MUSEUM LESSIANUM

PUBLICATIONS

DIRIGÉES PAR

DES PÈRES DE LA COMPAGNIE DE JÉSUS

LOUVAIN

SECTION ASCÉTIQUE ET MYSTIQUE

SECTION THÉOLOGIQUE

SECTION PHILOSOPHIQUE

Rédaction : 11, RUE DES RÉCOLLETS, *LOUVAIN*

Administration: BEYAERT, *BRUGES*

KOMA — SCUOLA TIPOGRAFICA PIO X — VIA DEGLI ETRUSCHI, 36

MUSEUM LESSIANUM: SECTION TIIÉOLOGIQUE

ARTHURUS VERMEERSCH, e S. J.

DOCTOR IÜRIS CANONICI ET SCIENTIARUM POLITICARUM

THEOLOGIAE MORALIS PROFESSOR IN PONT. UNIVERSITATE GRKGOBIANA

THEOLOGIAE MORALIS

PRINCIPIA - RESPONSA - CONSILIA

TOMUS II

DE VIRTUTUM EXERCITATIONE

M< . eal

FIRME CHARLES BEYAERT

ÉDITEURS PONTIFICAUX, BRUGES, BELGIQUE

ROMAE (19)

Univcrsita Grkgoriana

Via del Seminario, 120

PARISIIS (6)

Dépôts Charles Bryaert

(A. Giraudon) Rue Jacob, 22

1924

•

IMPRIMATUR

Josephus Filograssi, *Praep. Prov. Pom.* S. I.

IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi, O. P., *S. P. A. Magister.*

IMPRIMATUR

Josephus Palica, *Arch. Philippin., Vicesger.*

PRAEFATIO

Praesens huius operis tomus argumento destinatur quod moralis theologus ut maxime suum merito vindicarit. Ineo enim principia Theologiae moralis fundamentalis iugiter utenda veniunt; in eo exponendus est ordo moralis qui, regnante Christo Redemptore, humanae libertati servandus praestituitur; in eo immutabilis et nobis intima lex divina potissimum interroganda et consulenda est, ita ut humana decreta secundarias tantum complementi partes explendas habeant, lias tamen non exigui momenti esse fatemur in tractatu De lustitia, *qui, cum tractatibus* De Virtutibus theologicis *et* De Religione, *vere principalis vocandus est. Quomodo ad usum scholae vere internationalis iura positiva nobis adumbranda videantur, in ipso limine tractatus de iustitia explicabimus. Xegotium profecto satis arduum suscipiendum nobis erat conferendi dictamina conscientiae cum multarum legum civilium postulatis. Labor tamen ex parte nobis levabatur pluribus hodiernis operibus quae, ut generales vel speciales lucubrationes* AERTNIJS, ARREGUI, ('holly, DUIJNSTEE, FERRERES, GARIEPY. LeHMKUHL, PiSCETTA-GENnaro, Prümmer, Slater, Van (lestel, *vel legales definitiones allegant, vel, quod maioris pretii est, aliquatenus declarant. Quos libros adhibuerimus, Bibliographie tomi* ***IV*** *docebit. Vtrum magis nobis profuit benigna opera doctorum amicorum qui, e variis partibus Europae et utriusque Americac, vel textus iuris suppeditarunt, rei nostris quaesitis de iure erudite responderunt. His debitas grates agere hoc loco speciatim intendebamus.*

Velimus iam ut qua mente liber noster scriptus est eadem odeatur et legatur, i. e. sincero consectandae veritatis studio. Ideo nec

congruum honorem auctoritati negare, neque intrinseco causarum examine abstinere, neque animum abstrahere proposuimus ab attendendis adiunctis quae, in suis responsis et consiliis, summi doctores considerare non praetermiserunt. Hac via tantum, ni fallimur, semper optabilis progressus scientiae sperari potest. Ut autem ipse scientifeus progressus incrementum istud afferat quo solo cultores scientiae sacrae contenti esse possunt, incrementum dico euangelio pacis proficuum, id unus Deus dabit. Spiritualem huiusmodi utilitatem humili nostro conatui a divina munificentia efflagitamus per sanctum iuvenem, olim in hoc Instituto theologiae auditorem, in cuius festo die finem scribendi facimus.

Romae, in festo S. Aloysii, 21 iunii 1924.

INDEX ANALYTICUS

Introductio. — Cur tomus inscribatur de virtutum exercitatione *Pag-* .....

LIBER PRIMUS.

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

TRACTATUS PRIMUS.

De virtute Fidei.

Utilitas tractatus. Ordo dicendi..... 1

TITULUS I. — Notio fidei et actus fidei. Meritum eius obsequii (2-5)..... * 1

Summarium (6)..... * 3

TITULUS II. — De officio credendi.

Cap. I. — *Quaenam credenda sunt*(7-14)..... * 4

Summarium (15)..... * 8

Cap. II. — *Quandonam credendasunt*(16-18)..... * 9

Summarium (19)..... * 11

TITULUS III. — De officio profitendi fidem (20-26). . . » 11

Summarium (27)..... * 16

TITULUS IV. — De infidelitate et peccatis contra fidem.

Cap. I. — *De infidelitate* (28-40)..... » 17

Summarium (41)..... * 25

Cap. II. — *De aliis peccatis contra fidem* (42-45)..... * 27

Summarium (46)..... * 30

TITULUS V. — Legalia fidei praesidia.

Conspectus generalis (47)..... * 30

$ 1. Censurae contra haeresce (48. 49)..... » 31

$ 2. Communicatio cum infidelibus et acatholicis (50-53) » 33

$ 3. Disputatio cum acatholicis, et religionum exhibitiones (54. 55)..... » 36

Summarium (56)..... » 37

TRACTATUS II.
De Spe.

Utilitas tractatus. Ordodicendi..... *Pag.* 39
TITULUS I. — Spei notio, necessitas, usus (57-59) - - - » 39
Summarium (60)..... » 41
TITULUS II. — Peccatacontraspem (61-67)..... » 42
Summarium (68)..... » 45

TRACTATUS III.
De Caritate.

Divisio tractatus..... *Pag.* 47
TITULUS I. — Caritatis notio, sublimitas, ambitus, facilis exercitatio (69-71)..... » 47
Summarium (72)..... » 50
TITULUS II. — De caritate ut est amor Dei (73-77) . . » 51
Summarium (78)..... » 53
TITULUS III. — De caritate ut est amor nostri et proximi.
Cap. I. — *Varia dilectionis seu amicitiae ratio, universalitas, ordo* (79-85)..... » 54
Summarium (86)..... » 60
Cap. II. — *Corollaria de dileetioue inimicorum* (87-94) - - - » 61
Summarium (95)..... » 66
Cap. III. — *De caritate effectiva.*
Utilitas capitis et ordo dicendi..... » 66
Art. I. — Procuratio bonorum spiritualium (96-101) . . » 67
Art. II. — Procuratio bonorum corporalium et temporalium (102-109)..... » 69
Art. III. — Procuratio bonae proximi actionis (110). . . » 75
§ 1. De fraterna adhortatione et correptione (111-118) . » 75
§ 2. De spirituali aedificatione et scandalo.
I. De spirituali aedificatione (119)..... » 81
II. Do scandalo (120-128)..... » 82
§ 3. De cooperatione ad bonam et malam proximi actionem.
I. Notio et divisio cooperationis (129)..... » 90
II. De cooperatione ad bonam actionem (130. 131) . » 91
III. De cooperatione ad malam actionem (132-137). . » 92
IV. Corollaria seu applicationes.
A) Casus qui ipsa hominum condicione adducuntur (138-146) ..... » 97
B) Casus de variis obiectis (147-153)..... » 106
Summarium (154)..... » 115

LIBER II.

DE VIRTUTIBUS MORALIBUS.

Observatio de ordino *PaO-* 121

TRACTATUS PRIMUS.

De Prudentia.

Utilitas tractatus..... 123
Art. unicus. — Notiones. Gradus. Opposita vitia. Annexum Consilii donum. Eubulia. Gnomft. (155-161) 123 128
Summarium (162)..... 128

TRACTATUS II.

De Religione.

Cur hoc loco de religione..... 129
TITULUS I. — Virtutis notio et actus eliciti (163) . . . » 129
Summarium (164)..... 130
TITULUS II. — Positiva religionis officia.
Utilitas. Ordo dicendi..... » 131
Cap. I. — *De essentiali officio cultus.*
Art. I. — De varia cultus ratione et terminatione.
1. De cultu in genero (165-170)..... 131
ὐ 2. Cultus liturgicus.
I. Recta liturgiae definitio (171. 172)..... 135 138
II. Partes liturgiae in vita spirituali (173-175). . .
Art. II. — Do specialibus cultus actibus.
1. De tribus prioribus actibus (176-178)..... 141 142
$ 2. De oratione (179-188)..... 149
Summarium (189)..... 152
Cap. II. — *De officiis quae cum iuramento cohaerent.*
Art. I. — luxamenti notio, divisio, moralitas (190-193) . 155
Art. II. — De iuramento promissorio (194-205) 160
Appendix. — De adiuratione (206. 207)..... 161
Summarium (208)..... 162
Cap. III. — *De officiis quae cum voto cohaerent.*
Art. I. — Voti notio, condiciones, divisio, utilitas (209-213) 167
Art. II. — Voti obligatio et exsecutio (214-222) 171
Art. III. — Voti cessatio (223-228)..... 176
Summarium (229)..... 176

TITULUS III. — De vitiis virtuti religionis oppositis.
Utilitas..... pag- 178
Cap. I. — *De superstitione et rariis dus speciebas.* 179
Notio generalis (230).....
Art. I. — De vitioso cultu veri Dei (231-234) . .
Art. II. — Do superstitioso cultu creaturae. » 181
Observatio de ordine (235)..... » 181
$ 1. De idololatria (236-210)..... » 184
$ 2. De magia (241)..... » 185
$ 3. De vanis observantiis (212-246) . » 189
$ 4. De spiritismo hodierno (247-250) . . » 195
Summarium (251).....
Cap. II. — *De irreligiositate eiusque generibus*
Art. I. — De tentationo Dei (252-255). » 197
Art. II. — De blasphemia (255-263) . . . » 198
Art. III. — Do sacrilegio (264-274) . . . » 204
Art. IV. — De simonia.
$ 1. Notiones et divisiones (275-277)..... 218
$ 2. Simouiao malitiae (278)..... 219
$ 3. Quomodo et quatenus simonia absit a stipendiis, taxis et oblationibus (279-283)..... 228
§ 1. Sanctiones contra simoniam latae (284)..... 229
Summarium (285).....

TRACTATUS III.

De Pietate.

Cap. I. — *Notiones generales* (286)..... Pag- 235
Summarium (287)..... » 236
Cap. II. — *De pietate ad parentes* (288-292)..... » 236
Summarium (293)..... » 244
Cap. III. — *Dc pietate ad filios* (294-303)..... » 244
Summarium (304)..... » 251
Cap. IV. — *De pietate inter coniuges* (305. 306)..... » 251
Summarium (307)..... » 253
Cap. V. — *De pietate ad reliquos consanguineos* (308) » 253
Summarium (309). . . - ..... » 254
Cap. VI. — *De quasi-pietate inter tutores et pupillos* (310-313) » 251
Summarium (314)..... » 257
Cap. VII. — *De pietate ad patriam* (315-318)..... » 257
Summarium (319)..... » 258
Cap. VIII. — *De pietate ad scipsutn et suicidio* (320-326) . » 259
Summarium (327)..... » 265

TRACTATUS IV.
De Observantia et mutuis superiorum et inferiorum relationibus.

Utilitas.....*Pag-* 267
Virtutis notio (328)..... » 267
Art. I. — Do mutuis dominorum et famulorum officiis.
§ 1. De horis et famulis domesticis(329. 330) - - - - » 267
§ 2. De magistrisoperarum et opificibusconductis (331-331) » 269
Art. II. — De mutuis principal» et subditorum officiis (335-337)..... » 271
Summarium (338)..... » 272

TRACTATUS V.
De lustitia.

Introductio (339).....*Pag.* 275

Sectio I.
Officia triplicis virtutis institiae.

Generales notiones de virtute iustitiae (3-10-345) . » 278
Summarium (346)..... » 281

Sectio II.
Officia triplicis virtutis institiae.

TITULUS I. — Officia iustitiae legalis et distributivae.
Utilitas..... » 283
Cap. I. — *Officia iustitiae legalis* (347. 348)..... » 283
Summarium (349)..... » 285
Cap. II. — *Officia iustitiaedistributivae* (350)..... » 286
Summarium (351)..... » 287
TITULUS II. — Officia iustitiae commutativae.
Ordo **dicendi**..... » 287
Utilitas..... » 288
Cap. I. — *De vario iuris dominio et possessione.*
Art. I. — De vario dominio (352)..... » 288
I. Do dominio perfecto et imperfecto (353-366) . . » 288
II. De condominio (367)..... » 297
Art. II. — Do possessione (368-370)..... » 298
Summarium (371)..... » 301
Cap. II. — *De subiccto iuris.*
Art. I. — Generalia (372)..... » 303
Art. II. — Do variis personis in specie.
§ 1. De filiis familias (373-375)..... » 307
§ 2. De uxoribus (376-378)..... » 312
Art. III. — De clericis (379. 380)..... » 316
Art. IV. — Do religiosis (381) . ..... » 319
Summarium (382)..... » 319

Cap. IU. — *De obiecto iuris* (383. 384)..... 321
Summarium (385)..... » 322
Cap. IV. — *De modis acquirendi iura in genere.* (386) . » 323
Summarium (387)..... » 323
Cap. V. — *De modie originariis acquirendi iura.*
Art. I. — De occupatione et. thesauro.
$ 1. De occupatione (388-394)..... » 324
$ 2. De thesauro (395-397)..... » 330
Art. III. — De accessione (398. 399)..... » 333
Art. IV. — Praescriptio.
$ 1. Quid sit, quotuplex sit, quid operetur (400) . » 335
ὐ 2. Quid leges positivae statuant (401. 402) - - - - » 336
$ 3. Quaenam sit vis praescriptionis in foro conscientiae (403-406)..... » 342
Summarium (407)..... » 347
Cap. VI. — *De modo derivato acquirendi, qui est contractus.*
Art. I. Generalia de contractibus.
I. Notio, divisio, elementa generaliter (408-410) . . » 349
II. De obiecto et causa, specialiter (411-413) . » 352
III. Do contrahentibus specialiter (414-416) - - - - » 353
IV. De consensu specialiter.
A) Qualis consensus requiritur et quid etticiat (417422)..... » 358
B) Quibus causis et quomodo consensus vitietur (423-426)..... » 362
C) Quomodo contractus interpretandus sit (427) . » 367
V. De obligatione contractuum.
A) De obligatione principali (428)..... » 367
B) De variis stipulationibus secundariis (429-435) » 368
VI. Obligationum exstinctio (436-438)..... » 373
Art. II. — De variis contractibus specialiter.
I. De simplici promissione (439-442)..... » 378
II. Do donatione (443-447)..... » 383
III. Commodatum et precarium (448)..... » 388
IV. Mutuum et usurae (449. 450) - - - - - - - - » 389
V. Census (451. 452) ..... » 395
VI. Emptio-venditio.
A) Generalia (453)..... » 397
B) Obligationes venditoris (454. 455)..... » 398
C) Obligatio emptoris (456-467)..... » 399
D) De quibusdam venditionibus specialiter (468-475) » 105
VII. De permutatione et cambio.
A) De permutatione (476)..... » 410
B) De cambio (477. 478)..... » 411
VIII. Do locatione-conductione.
A) Notio generalis (479)..... » 412

B) De locatione rerum (480)..... *P<Vl·* 412
C) Locatio operi» (481)..... » 415
D) Do locatione operarum (482-486)..... * 416
IX. De societate (487-489)..... * 422
X. Do mandato et negotiorum gestione (490. 491) . » 425
XI. Do deposito et sequestro (492)..... » 425
XII. Do assocuratione (493. 494)..... » 426
XIII. De sponsione, ludo et loteria.
A) De sponsione et ludo (495. 496)..... 429
B) Do lotoria (497)..... » 432
Appendix do Bursis (498)..... * 433
XIV. Do transactione, compromisso et concordatis (499-501)..... » 434
XV. De fidoiussiono (502. 503)..... * 437
Summarium (504. 505)..... * 438
Cap. VII. — *De muneribus.*
I. Generalia (506-508)..... * 446
II. De indice (509-517)..... » 449
III. Do iuratis (518.519)..... » 455
IV. De arbitris (520)..... » 456
V. Do advocatis seu patronis causarum (521. 522) . » 457
VI. De aliis ministris iustitiae (523-525)..... » 459
VII. Do notariis (526)..... 459
VIII. Do accusatore (527)..... 460
IX. De medicis et chirurgis (528-530)..... 461
X. Do pharmacopolis (531)..... 463
XI. Do proxenetis (532)..... » 463
Summarium (533)..... v
Cap. VIII. — *De delicto, quasi-delicto et de praestanda culpa* (534-536)..... » 466
Summarium (537)..... * 468
Cap. IX. — *De hereditate.*
Art. I. Generalia (538-542)..... » 469
Art. II. Do hereditate ab intestato.
\\ 1. Expositio iuridica (543-548)..... » 473
§ 2. Expositio moralis (549)..... * 177
Art. III. Do testamentis et ultimis voluntatibus.
$ 1. Expositio iuridica (550-557)..... » 478
$ 2. Expositio canonica ot moralis.
I. Expositio canonica (558)..... » 486
II. Expositio moralis (559-564)..... * 487
Summarium (565)..... » 489

Sectio III.

De iniaatitia et conexa restitutionis obligatione.

Ordo sectionis..... *Pag.*

TITULUS I. — De iniustitia opposita iustitiae legali (566-569) *Pag.* 192
Utilitas..... » 492
Summarium (570)..... » 496
TITULUS IL — De iniustitia opposita iustitiae distribu·
tivae (571. 572)..... » 496
Utilitas..... » 496
Summarium (573)..... » 498
TITULUS III. — De iniustitia commutativae iustitiae op-
posita.
Utilitas. Ordo dicendi..... » 498
Cap. I. — *Notione» generale».*
Art. I. — Iniuriae notio et condiciones (574-579) - - - » 498
Art. II. — Restitutionis notio et obligatio (580-588). . . » 501
Summarium (589)..... » 505
Cap. II. — *De actione principali iniurioea.*
Notandum..... » 507
Art. I. — Do iniuriis personalibus.
Summum principium generale (590)..... » 507
§ 1. De iniuriis quae bona immaterialia attingunt.
I. Iniuriae circa bona spiritualia (591)..... » 507
II. Iniuria circa bona intellectualia (592) - - - - » 508
III. Iniuriae circa libertatem (593)..... » 508
IV. Iniuriae circa convictum socialem (594-604) . . » 509
2. Iniuriae in corpus seu vitam temporalem proximi.
Ordo dicendi..... » 515
I. De homicidio et mutilatione (605-609) - - - - » 516
II. De duello (610-615)..... » 519
III. De restitutione propter homicidium vel vulnera-
tionem (616-618)..... » 522
IV. De feticidio (619-621)..... » 526
V. De abortu et fetu ectopico (622-630)..... » 527
VI. De stupro et adulterio (631-634) - ..... » 536
Appendix de publica potestatis actione et bello (635-637) . . » 539
Art. II. — De iniuria reali.
ù 1. De ipsa iniuria (638-648)..... » 541
ÿ 2. De restitutione propter realem iniuriam.
Principium (649)..... » 553
I. De restitutione ob possessionem rei alienae (650-655) » 553
II. Do restitutione ob ininstam damnificationem (656-659) 560
Summarium (658-660).
Cap. III. — *De iniu»ta cooperatione.*
Ratio ordinis..... » 569
§ 1. Variae iniustae cooperationes.
Notiones (661)..... » 569
I. De positivis cooperationis modis (662-668) - - - » 570
II. De cooperatoribus negativis (669)..... » 575

$ 2. Do restitutione cooporatorinn.

I. Do restitutionis mensura (670-673)..... *Pag-* 575

II. De ordino servando inter cooperatores (674) . . n 577

Summarium (675)..... » 578

Cap. IV. — Generalee *restitutionis circumstantiae et excusationes.*

I. Generales circumstantiae (676-679)..... » 579

II. Generales excusationes (680-682)..... » 584

Summarium (683. 684.)..... » 587

Appendix. — Do perfectione iustitiae (685-689)..... * 588

Summarium (690)..... » 590

TRACTATUS VI.

De virtute Veritatis et contrario mendacio.

Utilitas. Ordo dicendi..... *Pa9'* 591

Cap. I. — *Dc virtute veritatis et sinceritate.*

Art. I. — Do virtute et oppositis vitiis (691-693) - - - * 591

Art. II. — De teste ot reo in iudicio (694. 695) . . . ” 592

Summarium (696)..... * 594

Cap. II. — *De secreto* (697-701)..... * 595

Summarium (702)..... - ..... * 597

Cap. III. — *De mendacio*(703-705)..... ’ 598

Summarium (706)..... ” 601

a

TRACTATUS VII.

De virtute Fortitudinis.

Utilitas (707)..... 603

I. Virtutis descriptio et partes (707-713) - - - - p 603

II. Virtutis exempla, occasiones et acquisitio (714-716) ” 606

Summarium (717)..... ” 608

TRACTATUS VIII.

De Temperantia et annexis virtutibus, maximae Humilitate.

Utilitas. Ordo dicendi..... *Pa9'* 609

Cap. I. — *De Temperantia*(718-722)..... * 609

Summarium (723)..... * 611

Cap. II. — *Dc Humilitate*(724-728)..... » 612

Summarium (729)..... * 615

Cap. III. — *De. Mansuetudine etClementia* (730. 731) - - - ** 617

Summarium (732)..... * 618

Cap. IV. — *Dc Modestia exteriore, Affabilitate et Eutrapelia* (733-736)..... * 619

Summarium (737)..... * 620

Conclusio (738)..... * 621

Corrigenda..... * 622

Index rerum ..... * 623

INTRODUCTIO

Cur tomus inscribatur « De virtutum exercitatione ».

Sicut ab initio scripsimus (I, 25), duplici via, i. e. usu sacramentorum et cooperatione nostra cum gratia Dei sanctificamur. Huic cooperationi explicandae tomus II deputatur.

Porro, non semel iam occasio fuit istud monendi. Quamvis status gratiae sit condicio ac principium, et habitus caritatis radix nostrorum meritorum, proprie tamen secundum actus nostros, non secundum habitus nostros, indicabimur : per actus, non per habitus meremur et demeremur; in actibus consistit cooperatio nostra cum gratia Dei. Nihilominus, habitualis dignitas agentis confert ad quantitatem meriti ; et ipsi habitus tamquam fontes actuum, sunt quidpiam principale in vita spirituali. Ideo morales theologi tractatus suos inscribere solent de *virtutibus,* nisi malunt seeundum varia praecepta decalogi argumenta sua distribuere. Ut suus honor maneat virtutibus, et tamen theologiae morali suum proprium obiectum in hoc tomo vindicemus, eum appellavimus *De virtutum exercitatione :* exercitatio virtutum simul et *actus* dicit, et *relationem* actuum *ad* varias *virtutes* exprimit.

Porro necessarias de virtutibus notiones dedimus T. I, n. 493-497.

Tomi divisio. Tomus in duos libros commode dividetur. Alter de *virtutibus theologicis* aget, alter *virtutibus moralibus* deputabitur.

LIBER PRIMUS.

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

TRACTATUS PRIMUS.

DE VIRTUTE FIDEI.

1. — **Utilitas.** Tractatus de Fide, qui Theologiae dogmaticae sollemne est exordium, non leve etiam momentum in Theologia morali sibi vindicat·

Omnem enim vitam Christianam fundat virtus sine qua placere Deo est impossibile!1); et dum de eius praestantia et merito instruimur, habemus unde fervorem spiritualem excitemus vel foveamus; dum variam necessitatem qua revelata explicite credenda vel profitenda sint discernit, utiles ministrandis sacramentis, praecipuo baptismo, normas nobis suppeditat. Nec desunt de positivis fidei officiis difficiles casus examinandi et solvendi. Hodie etiam, in tanta errorum perturbatione, plurimum refert ut reatum haeresis et infidelitatis probo perpendere noverimus, et quid in sua cum errantibus conversatione catholicis permitti possit et prohiberi debeat accurate discernamus.

Ordo dicendi. — Praeposita Fidei notione et praestantia, distinctis titulis agemus do otficio credendi ; de officio profitendi Fidem ; de infidelitate et de peccatis Fidei oppositis; demum de legalibus Fidei praesidiis.

TITULUS I.

Notio fidei et actus fidei. Meritum eius obsequii.

2. — 1'ides est *virtus theologica qua homo valet ad credendum, sicut oportet, propter auctoritatem Dei revelantis, ea q-uac Deus revelavit.*

Actus lidei assensum dicit primae veritati ; quo assensu credens divinam veritatem participat. Assensus iste est formaliter(*)

(*) Hebr. 11, 6.

in intellectu. Attento obiecto eius formali, quod est *auctoritas testimonii,* et deficiente evidentia primarii obiecti, quod est Deus, assensus iste est liber; ac proin voluntate sub ratione *boni* imperatur. Credimus autem *sicut oportet,* quatenus nulla ratio creata, sed ipsa scientia et veracitas divina in loquendo solum assensus motivum constituit; et quatenus firmitas istius assensus superat firmitatem evidentiae naturalis. TIaec maior firmitas ex solo gratiae beneficio repetenda est.

Quatenus ipso lumine intellectus divini illustramur, fides est immensa nostra dignitas ; quatenus in obsequium fidei captivamus intellectum, i. e. renunciamus proprio criterio ut divinum adhibeamus, fides est Deo gloriosa ; quatenus id praestamus ex liberi» voluntatis imperio, fides est in homine iusto magnopere meritoria. Cfr. de his punctis dogmaticum fidei tractatum.

3. — Actus fidei distinguitur: *a) Formalis* et *quasi-virtualis.* Formalis est, quando motivum fidei (auctoritas Dei revelantis) explicite menti obversatur. Persuasio autem habitualis quam frequens fidei exercitatio post se relinquit, in actum transire potest sine expressa 'motivi fidei memoria. Fit tunc assensus qui isto motive vere nititur ac proin est actus fidei ; sed quia motivum fidei explicite propositum non est, implicitus iste assensus improprie vocatur actus fidei *rirtualis.* Proprie, ex parte obiecti *formalis,* actus fidei in nullo alio actu virtualiter contineri potest : in nullo actu virtutis theologicae, nam spes et caritas fidem supponunt; in nullo alio actu virtutis moralis: haec enim est ordinis (inferioris. Ex parte autem obiecti *materialis,* fides proprie virtualis habetur. Sic credendo quaecumque Deus revelavit. homo virtualiter credit singulas veritates quae Dei locutione ad nos pervenerunt.

b) *Internus,* seu solo mentis indicio contentus, et *externus.* Is, coram testibus factus, est simul fidei professio, vel formalis vel virtualis, prout quis directe fidem suam protestatur, vel actus agit qui fidem demonstrant: ut cum quis peccata sua confitetur, accedit ad s. mensam, sacro devote interest.

4. — Fidei praestantia et utilitas. Fides est totius iustificationis initium et radix. Actus fidei est prima nostra libera responsio plena nostrae vocationi ad finem supernaturalem. Quae vocatio huc spectat ut esse velimus *viatores,* iter facientes ad Deum in se possidendum. Ad quam sublimissimam metam si

gressus nostros direxerimus, servitute praesentium rerum liberamur, ac, supra terrena elevati, mysteriosum huius mundi ordinem, mixtum aerumnis et malis, aliquo modo intellegere incipimus, ac principium tenemus victoriae supra malas cupiditates, et solatii in quibuslibet adversis rebus. Simul ad digne tanto line {agendum [impellimur, ita ut connaturalis nobis fiat ratio agendi non tantum honesta sed fortis, nobilis, magnanima. Quare non immerito Apostolus (Ilebr. XI), cuncta praeclare gesta in laudem fidei vertere non dubitat. Atque ita fit ut peritura in immortalem, vilis in divinam conversa vita humana, non minus quam propriae aeternae saluti, universae hominum societati maxime utilis evadat.

5. — Fidei nobis comparandae, servandae, augendae praesidia. Ad caelestia dona, qualis Fides est, nos, removendo obstacula *negative* disponere, atque habituum acquisitorum facilitate ipsas infusas virtutes quasi complere et roborare possumus. *Positive* vero ad Fidem nos disponere non possumus sine Dei praeveniente et adiuvante gratia. Cum autem, ut in schola dogmatis fuse declaratur, firmissimus supra omnem alium assensum Fidei assensus elicitive ad intellectum pertineat et voluntatis imperium requirat, ad Fidem comparandam, servandam, augendam, non minus voluntatis quam intellectus dispositiones nobis curandae sunt.

Mentem itaque habere studeamus sanam, alienam a cavillationibus, non nimis haesitantem, capacem firmi indicii vel sententiae; voluntatem vere boni amantem et studiosam, humilem, Deo devotam. Voluntas ista intellectum applicet ad luminosos potius quam ad obscuros religionis aspectus, ad directa adhaerendi motiva, magis quam ad solvendas difficultates. Spiritum fidei in omni conversatione nostra practice excolamus, ut secundum fidei normas, indicemus, sentiamus, loquamur, faciamus. Agamus quasi iam magnam fidem possideamus. Hoc pacto, eum verum et bonum sint unum, iam ipsa bonorum operum experientia, veritatem nostrae fidei veluti comprobabimus.

SUMMARIUM.

6. — I. *FidtK* definitur: *rirtux theologica rpia homo habitualitiT capax βĭ credendi, xicut oportet, propter auctoritati in Dei rerclantix, ‹‹i tjuac Deux rerclavit.*

Assensus Fidei, quamvis sit formalitor in intellectu, est tamen liber, ita ut voluntate, sub ratione boni, imperetur; sola scientia et veracitate divina

in loquendo innititur; atque, ex gratiae beneficio, firmitatem habet, motivo proportionatam, quae nostrae naturalis evidentiae firmitatem superat.

Fides est homini in praesenti statu necessaria, credenti honorabilis, Deo gloriosa, iusto valde meritoria.

II. Aetne fidei *distinguitur:* 1. *Formalis* et *rirtualis.* Ex parte *materialis* obiecti, *formaliter* credimus veritates fidei quae monti explicite obversantur; *rirtualiter* vero, veritates quae assensu generaliori continentur: ut cum credimus quidquid Ecclesia nobis credendum proponit. Ex parte *formalis* obiecti, actus fidei in nullo alio actu proprie continetur vel contineri potest. Quia tamen habitualis persuasio in actum sino explicita inotivi memoria transire potest, distinguitur fides *formalis,* quae exstat quando motivum fidei explicite memoramus, et *quasi-virtualis,* quae est adhaerentis veritati revelatae sine explicita motivi fidei propositione;

2. *Internus* et *externus: internus* solo mentis indicio; *externus* etiam externa significatione continetur. *Externus,* cum fit coram testibus, est simul fidei professio, sivo formalis, cum quis fidem suam expresse affirmat, sive virtualis, cum ea agit quae fidem per se supponunt et demonstrant.

III. *Fidei praestantia et utilitas* inde fit manifesta, quod ab ea initium habet divina nostrae vitae directio, qua, a servitutibus terrenis liberati et omni infortunio superiores effecti, ad honesta et magnanima agenda iimus expediti.

Ad fidem nobis facilius ex gratia Dei comparandam, servandam, augendam, obstacula removentur mente sana, recta, firma; voluntate studiosa boni, humili ac Deo devota; attentione ad positiva credibilitatis motiva; consuetudine agendi secundum fidei principia.

TITULUS II.

De Officio credendi.

Quaenam credenda sint; quandonam actu credenda sint: haec duo ordine explicanda veniunt.

CAPUT I.

Quaenam credenda sunt.

7. — Explicite vel implicite credenda sunt quaecumque Deus revelavit. Qui vel uni puncto fidem adhibere detrectat, derogat summae veritati, et consequenter iam nihil propter solam Dei auctoritatem credere potest. Huic auctoritati falsam propriae mentis evidentiam seu conclusionem anteposuit.

8. — Explicite, alia credenda sunt necessitate medii, alia, necessitate praecepti, (Jtraque actuum necessitas solos adultos allicit; hi soli enim propriis actibus salvandi sunt.

Porro necessarium *necessitate medii* istud est sine quo homo non haberet ad finem suum illam proportionem quam ex Dei ordinatione habere debet.

Etenim necessitas in ordine ad salutem desumi potest vel ex *natura rei* vel ex *obligatione legis divinae.* Ex natura rei. cum agitur de dispositione requisita, ut habeamus ad finem proportionem divina ordinatione praestitutam, vel de removendo obstaculo quo finis per se impediretur (v. g. de removendo statu peccati). Necessitas *medii* directe respicit hanc dispositionem positivam vel remotionem obstaculi; necessitas *praecepti* immediate et formaliter obligationem moralem consequitur. Quamquam pro adultis necessitas praecepti necessitati medii superadditur.

Ex notione colligitur critérium practicum quo solent necessitatem medii a necessitate praecepti discernere: involuntaria omissio non excusat a necessitate medii ; excusat a necessitate praecepti.

Medii necessitas strictius adest, quando materiam rei necessariae nullus actus, nulla dispositio supplere potest. Huius modi necessitas dicitur esse *medii, in* re.· sic baptismus pro infantibus decedentibus sine rationis usu. Si autem Deus admittit ut res necessaria suppleri possit intentione formali vel virtuali quae in actu quodam continetur, res dicitur necessaria necessitate *medii in voto.* Sic baptismus suppleri potest actu caritatis perfectae, pro adultis qui occasionem baptismi non habent, vel qui eius necessitatem ignorant.

9. — lain vero, necessitate *medii* explicite credendus est *Deus* ut *exsistens* et ut *remunerator ;* i. e. ut ait Apostolus, Ilebr. (›. « accedentem ad Deum credere oportet *quia est* et quia diligentibus se *remunerator est* ». Et ratio ipsa est in promptu.

Omnino oportet ut homo, quatenus per actus suos salvandus sit, voluntatem suam cum voluntate divina formaliter per caritatem coniungat. Nisi autem noverim Deum esse bonum meum, non potero allectare cum Deo unitatem, quae est caritatis seu amoris. In ordine autem praesenti, ubi raritas requiritur theologica, sola cognitio per fidem valet ad caritatem introducendam. Oportet ergo ut explicita fnles Dei exsistentis et Dei remuneratoris supernaturalis indispensabilem caritatis actum praecesserit.

Controversy autem quaestio utrum ipsa existent!» alicuius causae primae a mundo distinctae, quae est fidei preambulnm, possit ipsa esse simul fidei obiectum (’), a nobis praeteriri potest. Sullicit ut doceamus cum Apostolo (Heb. 11, 8), necessariam esse necessitate medii fidem supernaturalem et cxplicitain in *t'jxùtentiain,* Dei quatenus eam Ipse revelat, atque insuper in cius providentiam remuneratoris quam exercet erga nos. lam vero, non se mere revelat ut exsistentem, sed ut exsistentem vel unum, omnipotentem, providum: sicut revelabatur ludaeis; vel unum et trinum, Patrem, sicut christianis revelatur (S. Tu. 1. 2 in c. XI ep. ad Hebraeos).

Quare, eum Deus proponitur credendus ut exsistens, simul proponitur credendus sive unus in tribus Personis, sive praeditus attributis quorum fides nulla evidentia naturali impeditur.

10. — Suntne necessitate medii credenda haec alia duo puncta : *Trinitatem et Incarnationem Filii Dei /* Quidam explicitant illam fidem requiri putant post evangclii promulgationem; pliures hoc negant, tum quia talis necessitas ex nullo fonte revelato demonstratur; tum quia fides ista ad actum caritatis perfectae per se non requiritur; tum quia salvificae Dei voluntatis magis consentaneum videtur ut id solum exigat quod quasi ex rei natura ad salutem necessarium sit. Quia tamen ev. S. Matth., ult.; S. Ioan. 3. 16. 18; Act. 4, 12; Rom. 3, 22 fides lesu Christi medium esse iustitiae demonstratur; quia explicita SS. Trinitatis fides baptismo praemittenda est, praeferenda videtur sententia SUAREZ (7)e *fide,* d. 12, 4, n. 18. 19); LuGK) *{De fide,* ‹l. 12, n. 106. 107), secundum quos haec fides necessaria est, sicut ipse baptismus, in re, vel in voto. Itaque positiva dispositio ad primam sanctificationem non est in adulto, nisi quia in eius caritatis actu votum inest illa explicite credendi. Quare, etiam post iustificationem, obligationem servat duo ista puncta explicite credendi, quam primum potest. sicut servat obligationem suscipiendi sacramentum baptismi.

Inde quoque perspicitur cur necessitas medii de istis duobus punctis colligi nequeat ex hae 64a prop, damnata ab lunoc. XI : « Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, et etiamsi per neglegentiam etiam culpabilem nesciat mysterium SS. Trinitatis et Incarnationis I). N. I. C. » *{Den:.* n. 1214).

In schola S. Thomae, id communiter negatur., Cf. S. Thom, in c. XI ep. ad Hebraeos, 1. 2 versus finem, C. Billot, *De virtutibus infusis, De fide* thés. XI; Vas Nookt, *De virtutibus infusit.* p, 240 ss. (ed. 1506).

11. Necessitas *praecepti* dicit, *qua talis,* meram condicionem requisitam ad finem assequendum (x). I. e. *materialis* observatio rei praeceptae non est necessaria tamquam medium, sed id solum requiritur ut voluntas nostra sit formaliter cum voluntate divina conformis et sic maneat in caritate.

Verum formalis illa conformitas ex conscientia indicatur (cfr. I, 338. 339), nec proin inculpata praeceptorum ignorantia destrui potest.

lam vero, inter *status Christiani* officia istud repetitur, ut religio Christiana quod ad substantiam cognoscatur, nec communia Christianorum officia ignorentur. Et quia haec in sequentibus documentis continentur, documenta haec *sub gravi* cognoscenda sunt, non quidem, saltem per se, ita ut recitari queant, sed *crasso* saltem modo et quod ad substantiam:

a) *Symbolum apostolorum,* excepta tamen perpetua Mariae virginitate, Christi sepultura et descensu ad inferos, quae, utpote secundaria, sub levi cognoscenda sunt; excepto etiam nomine Pontii Pilati, circumstantia *tertiae* diei quod ad resurrectionem: quae impune ignorantur.

Sessio ad dexteram Patris et communio Sanctorum cognoscenda sunt, quatenus dicunt gloriosum regnum Christi in caelis, et beatitudinem quam Sancti cum Ipso participant.

ὐ) *Praecepta decalogi* et ea *Ecclesiae praecepta* (piae omnes afficiunt;

c) *Sacramenta* maxime necessaria: baptismus, eucharistia, paenitentia; alia, quando (piis ea suscipere vult;

d) *Oratio Dominica:* quatenus hoc saltem resciri debet, omnia bona esse a Deo tamquam a Patre petenda;

c) *Actus fidei, spei, caritatis, contritionis,* ita ut fideles haec elicere queant.

12. — Corollaria. — 1. Attenta probabili medii obligatione cognoscendi quattuor puncta :

«) Nomo sanus, haec ignorans, baptizari vel absolvi potest, antequam haec, suggerente ministro vol confessurio, distinete crediderit : v. g. faciendo cum rudi signum crucis, singula verba minister declaret. Non

(x) *a* Si vis ad vitam ingredi, serva mandata › Sed cave ne indo inferas bona iustorum opera, inter quae eminet libera mandatorum iinpletio, non esse simul causas meritorias vitae aeternae.

est tamen opus ut luiec iaiu memoriter recitare queat, sed de obligatione ea cognoscendi et melius addiscendi, pro captu suo monendus est.

h) Etiam in moribundis barbaris, quantum fleri potest, actualis tides in haec mysteria obtinenda est; quod si obtineri nequeat, sub condicione tantum baptizabuntur et absolventur.

13. — 2. Attenta *morali incapacitate* rudium aliter cognoscendi quae cognosci praecipiuntur, omni vi inculcandum est ut eadem memoriter et accurate discant. Nec illud neglegere sine culpa saltem veniali possunt. Non desunt tamen, saltem in quibusdam regionibus, rudes qui ipsa sua incapacitate ea capiendi et retinendi excusantur. Minus autem excusantur, seu potius inexcusabiles sunt qui, in ceteris rebus eruditi, de cognoscenda religione non curant.

!4. — 3. Attento bono *oriam* suarum cui prospiciendum est, graviter peccat *parochux* qui pueros et fideles docere neglegat quae sub gravi cognoscere debout.

4. Attento *munere suo ministri sacramenti,* debet *confessorius* ea docere quae hic et nunc necessaria sunt ut sacramentum paenitentiae cum fructu suscipi posait; — attento vero *officio caritatis* cuius implendi facilem occasionem habet, debet confessorius medium quodpiam indicare quo paenitens nimiam suam ignorantiam dissipare queat: ut v. g. sibi procuret et legat. libellum quo haec clare exponantur; ut ea audiat a persona parente, amica et competente; ut assistat sacro sub quo catechesis populo traditur.

5. Hodie opportunissimum opus misericordiae spiritualis exercent qui, sive soli sive congregati, scientiam religionis industriose propagare student.

SUMMARIUM.

15. — I. *Actus fidei obiectum, necessitas.* Omnia quae Deus revolavit saltem implicite credenda sunt, ne, primae veritati in aliquo puncto derogantes, falsam propriae mentis opinionem auctoritati divinae anteponamus, et nihil iam propter solam Dei auctoritatem credamus. Alia revelata etiam *medii* necessitate, alia, sola *praecepti* necessitate, alia, *nulla* necessitate explicite credenda sunt. *Medii* necessitatem habet istud cuius influxus requiritur ut homo eam ad finem suum proportionem consequatur quam ex Dei ordinatione habere debet: «piare dicitur ex natura rei necessarium; *praecepti* necessitatem habet quidquid lego requiritur. Involuntaria omissio a nulla medii necessitate, bene vero a praecepti necessitate excusat. Porro medii necessitas potest esse *strictior, in re,* quando nullo actu vel dispositione suppletur; et *latior,* seu *in roto,* quando formali vel virtual! intentione, in quodam alio actu contenta, suppleri potest: sic actus perfectae caritatis baptismum iis (pii eius necessitatem ignorant vel eius occasione carent, supplere potest.

II. *Quaenam, (μια necexeitale credenda Hunt.* 1. Necessitate *medii* explicite credendus est Dens ut *exfintens* et ut *remunerator* (Hebr. 11, 6); controvertitur num etiam *Trinitae* et *Incarnatio Filii Dei* necessitate medii credenda sint. Praeferenda est sententia Suarez, et Lugo, qui necessitatem medii in *re* vel *in voto* de ista fide affirmant.

2. Necessitate *praecepti* religio Christiana quod ad substantiam cognoscenda est. Quare, explicite credenda sunt principalia puncta symboli Apostolorum; et cognoscenda sunt praecepta Decalogi et communia Ecclesiae praecepta; sacramenta maxime necessaria; oratio dominica; actus fidei, spei, caritatis, contritionis. *Fer ne* non requiritur ut formulae recitari queant.

CAPUT II.

Quandonam credenda sunt.

16. — Internus actus fidei interdum ex ipsa lide. seu *per se;* interdum ex altera virtute, seu *per accidens,* fieri potest necessarius. Ac damnata est ab Alex. VII 1» propositio et ab Innoc. XI prop. 16R quae negabant exsistere obligationem per se *(Denz.* n. 1101. 1166).

17. — I. Ex ipsa fidei virtute seu *per se:*

1. *Pueri* Christiane instituti, eum pertectum rationis usum consecuti sunt, quasi ultro credunt mysteria fidei ipsis proposita, et actu credere debent mysteria quorum explicita fides ab ipsis ad salutem necessaria esse cognoscitur.

2. *Adulti infideles* vel *acatholici,* quando veritas catholica ipsis satis proposita est, eam actu credere, debent. Quamdiu mere probabilis habetur, hanc solam obligationem habent orandi et pergendi in sua investigatione. Actus enim fidei certam veritatis cognitionem supponit et requirit. Quo paeto ad ipsam istam certitudinem comparandam gratia seu illuminatio supernaturalis utilis vel necessaria sit, in schola dogmatis explicatur.— De ratione autem qua ab Innoc. XI damnata est propositio 4a « Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens ductus opinione minus probabili », in th. fumi. n. 155 b dictum est. Quare fatemur non videre quomodo quidam obligationem imponant amplectendi in hora mortis religionem probabiliorem si haec postulet actum fidei supra omnia firmum. — Gratia Dei aliter nodum illum solvet.

3. Qui in liaeresim aut apostasiam lapsi sunt, ut reparent iniuriain Deo factam, actum fidei elicere debent.

4. Urgente tentatione contra fidem, obiecta quidem difficultas generatim non est examinanda sed potius est ut ad alia obiecta mens se convertat. Sedata dein tempestate, de occasione dubii, si speciosum fuerit, doctus confessarius vel alius vir interrogari poterit, immo, luibita ratione periculi novae tentationis, interdum debebit. Verum simplicem, sine examine, generalem actum fidei pacato animo elicere plerumque in ipsa tentatione iuvabit. Idem necessarium esse dicunt si tentatio aliter vinei non posset: sed quo pacto id constabit?

5. Fides *interdum in vita* ipsis actibus colenda est. Quaerere solent ipiotiens. Et alii pro menstrua, alii pro annua, alii pro minore obligatione responderunt, ita ut Innoc. XI damnaverit prop. 17: «Satis est actum fidei semel in vita elicere» *{Denz,* n. 1167).— Praeceptam frequentiam theoretice definire nobis impervium est : satis frequens esse debet usus fidei ne homo in proximo periculo versetur illam perdendi. Definitio autem necessariae frequentiae est practice inutilis. Etenim, cum actus sufficiant quos quasi-virtuales vocavimus, et necessariae talium actuum occasiones abundent in vita Christiana, ex ipsis praeceptis Ecclesiae <piae missam audiendam, confessionem peccatorum, eucharistiae susceptionem imponunt, quotquot Ecclesiae oboediunt praecepto actus fidei eliciendi amplissime satisfaciunt; minus pii vero, (pii haec omnia neglegunt, ad hanc obligationem non advertent.

Restat ergo ut ferventi hortatione christianOS hortemur ad vitam suam secundum fidei praecepta et consilia dirigendam, utque eosdem saepius, etiam in confessione, excitemus ad cotidianam recitationem actuum fidei, spei et caritatis: (pii usus saluberrimus est.

18.— II. Ex praecepto positivo vel ex altera virtute, seu *per accidens* fides actu exerceri debet:

1. Quotiescumque *exterior* fidei *professio* facienda est.

2. Quando altera virtus (piae fidem supponit exercenda est : v. g. cum actus spei, caritatis, paenitentiae eliciendas est. Dum actus ille tit. simul implicite creditur articulus (pii ad illam virtutem pertinet. Iste implicitus actus sufficiens est.

3. Si urgens tentatio contra aliam virtutem aliter superari nequeat. Quomodo id umquam constet non apparet.

SUMMARIUM.

19. — *Quandonani ăctu fidei eliciendus est.* 1. Ex ipsa virtute lidei, seu *per se,* actus fidei *internus* eliciendus est: *a)* a *pueris* postquam perfectum rationis usum consecuti sunt; — *b)* ab *adultis infidelibus* vel *acatholicis,* quando veritas catholica ipsis satis proposita est; — e) ab iis qui in haeresim aut apostasiam prolapsi sunt, ut pars necessaria necessariae conversionis; — *d)* ad vincendam teutationem contra fidem, si tamen actus sit necessarium medium; — e) interdum in vita. Quotiens? Id definire theoretice nequimus, practice non est utile, cum pii homines praecepto abundanter satisfaciant, minus pii vero do obligatione ista non curent. His tamen maior actuum frequentia valde opportune suadebitur.

2. *Per accidens,* actus fidei obligat: *a)* cum exterior fidei professio facienda est; — &) cum altera virtus exercenda est quae fidem supponit; — c) si urgens tentatio contra aliam virtutem aliter superari nequeat.

TITULUS III.

De officio profitendi fidem.

20. — 1. Ducendo vitam Christianam, fidelis reapse fidem suam satis significat facitque eius professionem quae materialis vocatur.

2. Ex. e. 1325 § 1 « Eideles ('hristi fidem aperte profiteri tenentur, quotiens eorum silentium, tergiversatio aut ratio agendi secum ferrent implicitam fidei negationem, contemptum religionis, iniuriam Dei vel scandalum proximi ».

Itaque: formalis professio, ex iure naturae, facienda est. «piando, nisi fieret, magnus honor Deo debitus vel magna utilitas proximo procuranda *privative* vel *contrarie* subtraheretur.— *Privative,* inquam, si ideo cessaret magnus honor Dei, vel magna proximi utilitas: qui casus rarus erit. *Contrarie,* si propter omissam fidei professionem. Deus iniuria alliceretur, proximus grave detrimentum pateretur: puta religionem contemptum iri. proximum a conversione inde averti. Caritas tunc professionem imperat; immo ipsa fides, si detrimentum fuerit ipsius fidei.

Quotiescumque ergo silentium aut tergiversatio aequivaleret negationi, vel formidinem aut inconstantiam aut erubescentiam denotaret, fides nobis profitenda est, ne incidamus in illud: « Qui

me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua » (Luc. 9, 26. Ex ipso loco parallelo Matth. 10, 33, apparet agi de erubescentia quae negationi moraliter aequivaleat). Quare, ad significandam illam fortitudinis necessitatem, confirmandus Christianus in elata fronte sacro chriniate ungitur. Cfr. Lit g o, *De fide,* d. 14, n. 377. Manifestare ineram formidinem non est per se grave, contra atque indicium dare negationis vel inconstantiae.

Quare *regulariter* censent aperta fidei professione respondendum esse publicae potestati interroganti de religione, saltem si ordo legalis ab interrogante observetur. Of. prop. 18a damnatam ab Innoc. XI: « Si (a) potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri ut Deo et fidei gloriosum consulo: tacere ut peccaminosum per se non damno» *(JDenz.* n. 1168). Si enim lex ipsa inquisitiones in res conscientiae vetuerit, satis erit responsum propter hanc rationem declinare. Ac repelli quoque potest privatus vir qui de religione sciscitetur.

Doctrina ista confirmatur recitato c. 1325 § 1.

21. — Ex iure ecclesiastico (cc. 1106-1408), reprobata consuetudine contraria, *personaliter* et secundum formulam a Sede Apostolica probatam (qualis initio Codicis exhibetur) fidem profiteri debent:

1. *('oram praeside, eiusve delegato:* quicumque concilio vel synodo etiam cum solo voto cousultivo intersunt; praeses autem coram eodem concilio vel synodo;

2. *Coram sacri Collegii Decano, Cardinalibus primis* in ordine presbyterorum et diaconorum et »S'. Zi. *E. Camerario :* promoti ad cardinaliciam dignitatem ;

3. *Coram delegato ab Apostolica Sede:* promoti ad Sedem episcopalem etiam non residentialem, vel ad regimen abbatiae vel praelaturae *nullius,* vicariates Apostolici, praefecturae Apostolicae;

4. *Coram capitulo cathedrali:* Vicarius capitularis;

5. *Coram loci Ordinario, eiusve delegato et coram capitulo :* qui ad dignitatem vel canonicatum promoti sunt;

6. *('oram loci Ordinario, eiusve delegato et coram aliis consultoribus:* assumpti ad officium consultorum dioecesanorum ;

7. *Coram loci Ordinario, eiusve delegato:* Vicarius generalis, parochi et ii quibus provisum fuit de beneficiis quibusvis, etiam manualibus, curam animarum habentibus, rector, professores sa-

erae theologiae, iuris canonici et philosophiae in seminario, initio cuiuslibet anni scholastici, vel saltem initio suscepti muneris; omnes promovendi ad ordinem subdiaconatus; librorum censores ex officio in curiis dioecesanis (c. 1393); sacerdotes confessionibus recipiendis destinati et sacri contionatores, ante quam facultate donentur ea munera exercendi ;

8. *Coram Ordinario eiusve delegato:* rector Universitatis vel Facultatis; coram rectore vero Universitatis vel Facultatis eiusve delegato: professores omnes in Universitate seu Facultate canonice erecta, initio cuiusque anni scholastici, vel saltem initio suscepti muneris; itemque qui, periculo facto, academieis gradibus donantur;

9. *Coram capitulo rei Superiore qui cos nominavit eorumve delegato :* Superiores in religionibus clericalibus.

N. B. « Qui. priore demisso, aliud officium vel beneficium aut dignitatem etiam eiusdem speciei consequuntur, rursus debent fidei professionem emittere » (c. 1406 § 2).

Quamvis c. 1406 directam nunc obligationem profitendi fidem imponat, adhuc tamen ex veteri iure dici potest Superiores coram quibus professio emittenda est, primario teneri obligatione cu-

randi ut fiat fidei promissio (Gén. 197; Arregui, n. 121). Immo si ipsi fidei professionem recipere renuant, subditi impossibilitate excusabuntur.

22. — Ex resp. 6'. *Officii,* 22 mart. 1918, praescriptae decretis Pii X abiurationes modernismi vigere pergunt donee S. Sedes aliter statuerit. Quare, praemissa professione fidei, modernismum abiurare et subscriptam iuramenti formulam tradere debent: *Episcopo ordinanti:* ordinandi in sacris, saltem ante subdiaco-iiatum; — *Ordinario approbanti :* confessurii et sacri contionatores, antequam facultate donentur ea munia exercendi (non autem quando facultas ipsis prorogatur); — *Ordinario nominanti :* parochi, canonici, beneficiarii ante ineundam beneficii possessionem ; ac proin quotiens ad novum beneficium accedunt: contionatores quadragesimales ; — *Ordinario loci* vel *Cardinali Praefecto* aut *Secretario:* officiales curiae episcopalis, non excepto Vicario generali: tribunalium ecclesiasticorum, non exceptis iudicibus; Romanarum Congregationum ; — *Superiori nominanti rei capitulo:* religiosarum Familiarum Congregationumque moderatores, antequam officium ineant, ac proin quotiens novum munus

suscipiunt; — *Antistiti suo:* doctores, seu lectores, in seminariis et religionibus, singulis annis, ante auspicandas praelectiones. — Haec obligatio Superiores primario allicit: ipsi obligatos ad implendam obligationem vocare debent. Qui iurare nolunt, ad S. Officium ilico deferendi sunt.

(Haec colliguntur, tum ex Motu Proprio, 1 sept. 1910; tum ex variis declarationibus S.C.Consist. 25 sept., 25 oct., 17 dec. 1910. — Omnia proponuntur in nostris *Period,* t. 5 et 6).

Quaeres utrum professio fidei per fonuulam Pii IV cum udiectis definitionibus Concilii Vaticani, abiurationi modernisai! necessario praemitti debeat.

Id laudabiliter fieri dubitandum non est. Cum tamen in ipso Mot u Proprio 1 sept. 1910, professio fidei a formula iurisiurandi distinguatur, et Codex c. 1406 definiat a quibusnam et quando professio fidei facienda sit, haec professio abiurationi stricte apponenda non videtur, nisi quando ipsa fidei professio Codice praescripta est. Ceterum non memoratur nisi iusiurandimi in declarationibus 25 sept. 1910, quibus *annua* abiuratio praecepta est Doctoribus qui ex anteriore Motu Proprio « Sacrorum Antistitum » initio tantum officii sui iurare debebant (Cf. Per. V, 200 et 229).

23. — *Nullo casu,* sive voce sive nutu, exterius fidem negare licet.

Quando autem professio praecepta non est, fidem *occultare,* ac proin honeste et sine mendacio, per se licet, et interdum expedit, ut si, latens inter haereticos vel infideles, plus boni peragere possis, vel si plus mali ex confessione timendum sit : turbae, neces, exacerbatio tyranni, periculum defectionis in tormentis. I nde se ultro persecutori offerre, plerumque temerarium est.— Nec *generali* edicto quo fideles se prodere iubeantur per se parendum est, excepto, ut modo dictum est, si qui non comparent communiter pro apostata habeatur. Nec vetatur quis pecunia id obtinere ut de fide sua nulla fiat inquisitio. Multo minus negat fidem sed potius eam fatetur, qui *fugit* persecutionem. Pastori autem examinandum est quid consultius sit pro bono animarum: vel exemplo intrepidae confessionis, aut saltem praesentia sua ceteros confirmare, vel, contra, ad tempus se subtrahere ut ex loco securo territorium administret et se in plurimorum bonum reservet.

24. — Non magis vestibus quam verbis vel alio signo fas est profiteri superstitionem, aut adhaesionem sectae damnatae.

Quare vestes adhibere non licet quae neque de se neque ex adiunctis aliam significationem immediatam habent. Si vero diversa sit significatio immediata, vel haec sit ambigua seu duplex, locus erit prudenti usui principii de duplici effectu.

Hinc vestes *sacras a profanis* distinguunt; profanas, alias (piae, ut ait Leiimk. I, 405, incolas regionis infidelis demonstrantes, infideles a fidelibus *materialiter* distinguunt; alias quae signa ferunt ad dignoscendos infideles, quibus proin infideles a fidelibus *formalitcr* distinguuntur: ut vestes erant distinctivae iudaeorum in Urbe et in Polonia. Gravior sane causa requiritur ad has quam ad priores profanas adhibendas. Delatio tamen talis vestis aliam explicationem fert atque apostasia. Quare solae vestes quae in functionibus superstitiosis adhibentur in vetitum satis absolutum incurrunt, nisi diversa explicatio positive adsit.

Lehmkuhl, l. c., et etiam Génicot, I, 197, vestibus usus sacri assimulant *insiynia maseonica.* Verum id quoque prudenter intellectum velimus, quando adhaesionem damnatae sectae certo demonstrant. Namque vestes, cum in se sint res indifferentes, facile incertam habent significationem. Quid v. g. si ad decipiendos franco-muratores, plure» alii signa ista momentanee adoptent ne veri a falsis sectariis distinguantur; quid, si in civitate ubi est ignotus, peregrinus quispiam, sine ullo scandalo, insignia deferat ut sectarios observare possit; quid, si in hora periculosa, cum vitae timendum est, ignotus catholicus, non speciatim rogatus adhaesionem hoc signo manifestare, istis insignibus se protegat ad fugiendam persecutionem? Nonne ex ipsis adiunctis significatio fit ambigua, ac proin propter proportionatam causam tolerari poterit?

Regula haec est. Quo minus est significatio *de se* definita, eo facilius, ex ipsis «*diioictis* incerta redditur. Ipse Gén. I, 197, quem alii sequuntur, sinit ut sive ad eos decipiendos, sive ad eorum benevolentiam captandam, gestibus utaris quibus alii sectarii alios cognoscunt, « quia non videtur aequivalens sectae professio ».

25. — Cum esus carnium nullam religionis professionem de se dicat, et propter varias causas, carnes etiam a catholicis die abstinentiae manducentur, omnino fas est, ad grave periculum declinandum, — non tamen ad fugiendam irrisionem [11], fidem carnes manducando dissimulare. Immo, ad vitandam temeritatem, id per se faciendum est. Excipe, si in odium fidei esus iste postuletur. Tunc, sine protestatione, comedi non poterunt. Puta

11) Pro causa seu forma irrisionis, ista erubescentia poterit fidei vel religioni adversari.

statui a convivis ut qui hostis sit catholicismi carnes manducet: has, nisi fldem protestando, edere non liceat.

Neque aliter, si in colloquio quispiam te exhibeat ut fidei adversarium, silere possis, nisi omnis tuus habitus diversam silentii causam prodiderit.

26. — Occultatio illicita. Quia fides interdum profitenda est, damnanda est omnis occultatio fidei quae erubescentiam prodat de (pia Dominus in evangelio: « Qui me erubuerit et meos sermones: hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua et Patris et sanctorum angelorum » (Luc. 9, 26). Nec licet in Ecclesiam recipere aliquem (pii per totam vitam mere occultus Christianus esse velit. Adiuncta autem talia esse possunt ut vel professio exterior mere individualis nimio malo occasionem datura esset; immo ut bonum publicum silentium imperet. Quamdiu talia adiuncta permaneant, licebit Christianum esse occultum et professionis Christianae debito satisfacere per postumam revelationem, viro fido commissam, (piam primum haec sine damno communi vel praevalente fleri queat.

SUMMARIUM.

27. — I. Praeter *materialem* fidei professionem quam vita Christian» ducta secum fert, *formalitt* professio facienda est : 1. ex *iure naturae,* quando requiritur ne Deus magno honore vel proximus magna utilitate priventur; multo magis ne Deus iniuria, ne proximus gravi damno afficiantur. Obligatio est caritatis, immo fidei, si vitandum detrimentum fuerit fidei. Quotiescumque ergo silentium aut tergiversatio indicium foret negationis vel inconstantiae, fides profitenda est : id *regulariter* evenit cum publica potestas, servato legali ordine, de religione interroget (cf. c. 1325, $ 1); — 2. ex iure *eccleniautico,* reprobata consuetudine contraria, fidem *pereonaliter* profiteri debent qui c. 1406 indicantur. Praeterea, ex resp. S. Oilicii, 22 mart. 1918, praescriptae a Pio X modernismi abiurationes vigere pergunt donec S. Sedes aliter statuerit. His abiurationibus professio fidei praeponi debet, quotiescumque c. 1406 facienda imperatur.

II. Fidem *exteriut negare* numquam licet; *occultare* per se fas est et interdum expedit. Quare nefas foret vestes adhibere quae neque do se neque ex adiuuctis aliam ac superstitionis significationem immediatam haberent. Si ambigua fuerit significatio, principia de duplici effectu prudenter applicauda erunt. De *innignibut maeeonicie* fere perinde dicendum est. Nisi esus carnium in odium fidei postuletur, fidem esu carnium dissimulare non est vetitum. — Converso autem ad fidem non licet conversionem perpetuo, saltem ex causa privata, occultare: contra obligationem profitendi fidem peccaret.

TITULUS IV.

De Infidelitate et Peccatis contra fidem.

CAPUT I.

De Infidelitate.

28. — Infidelitas statum designat eius qui non credit assensu tidei saltem implicito quae a Deo revelata sunt ut ab ipso credantur.

Assensu fidei, impiam, quia adhaesio inferior, si qua sit. minime sufficit, neque assensum fidei ullatenus supplere potest.

Assensu saltem *implicito:* quia plerique, ne dicam omnes fideles adaequatae religionis revelatae cognitione carent; et bene multi implicite credunt, quod explicite negant: sicut, ante definita dogmata Immaculatae Conceptionis et Infallibilitatis Pontificiae. iis qui bona fide utramque veritatem negabant accidit. Ac propter implicitam eorum fidem, valde improprie infideles dicuntur qui revelata et non revelata modo etiam culpando miscent (Cf. Billot, *De Fide,* ante thés. XIV).

Quae revelata sunt *ut ab ipso credantur:* quia revelationem non universalem, (pialis antiquae Legis, non ludaeus positive credere non debebat (Uf. Billot, p. 348. ante thés. NXIV). Perinde dicas de privatis aliorum revelationibus.

29. — Infidelitas distinguitur *negativa* et *privativa.* Negativa est eius cui veritas fidei non est, — idque sine culpa sua. — sufficienter proposita; privativa, seu culpanda, esse potest mere privativa seu indirecte fidei contraria, et directe contraria. Mere privativa, quamvis culpanda, voluntatem credendi quod sit sufficienter propositum a Deo non excludit. Quocirca cum formali obiecto fidei componi potest; non est fidei directe opposita, ita ut habitum fidei non tollat. Directe contraria formali fidei obiecto repugnat. Est enim nolitio credendi (piae satis sunt proposita ut revelata: sive, postquam quis credibilitateni agnovit, noluit tamen actum fidei imperare ; sive ipsam propositionem veritatis impediverit, nolens ullo casu credere; sive propositionem veritatis per Ecclesiam pertinaciter respuerit.

lam credere renuit qui deliberate dubitat, et proin dubium vel incertum habet quod revelatum divinitus credendum est.

Opposita ipsi formali motivo virtutis seu fidei secundum primarium ac principalem actum considerata, infidelitas ista est grave toto genere peccatum, atque amissionem habitus infusi fidei secum necessario trahit.

Affectata ignorantia motivorum credibilitatis, si dictatur timore ne credere debeas, non est infidelitas contraria.

30. — Variae sententiae. Infidelitas, etymologico, statum designat eius qui non ost fidelis. Quia, in praesenti ordino, fides est omni homini debita, omnis infidelitas privativa dici potest. Sic CONINCK, apud LüGO, d. 18, n. 4.

Nihilominus pleriquo, etiam in praesenti statu, negativam quandam infidelitatem a privativa distinguunt. Quam distinctionem diversimode intellegunt. Alii enim, sic Salmanticenscs, tr. 21, c. 3, n. 1, bimembrem tantum divisionem admittunt, dum pleriquo privativam a contraria separant. Verum alii, ut Struqgl, tr. 4, q. 2, n. 1, *priratiram* intellegunt esso voluntariam assensus fidei omissionem in eo cui fides vel articulus fidei satis propositus est (hanc STRUGGL existimat non exclusivam habitus fidei prius infusi, contra vero opinatur Ballerini, *Opiu thcol.* tr. 5, n. 73); *positivam* vero seu *contrariam* esse dicunt assensum positivum contrarium seu contradictorium verae fidei.

Suarez, d. 16, sect. I, n. 7, *privativam* infidelitatem agnoscit in hominibus quibus vera fides nondum est proposita : peccatum hoc per solam neglegentiam committitur et opponitur praecepto audiendi fidem : est neglegentia in quaerenda et investiganda sufficienti fidei propositione. Dum nolendo audita credere, infidelitas *contraria* committatur.

LOGO, d. 18, n. 3, proprium infidelitatis peccatum definit « quod ex obiecto suo ita opponitur cum fide actuali, ut, quam diu non retractatur, non possit homo habere voluntatem credendi vero et proprio actu fidei ». Est ergo sola nolitio credendi opposita fidei sufficienter propositae. Quare voluntas, etiam graviter peccaminosa, qua quis nollet audire fidem et doctrinam christianam, nondum esset proprium infidelitatis peccatum, quia, cum ea voluntate, stare posset voluntas efficax credendi firmissime revelationem, quotiens sufficienter proponeretur.

31. — Triplex distingui consuevit infidelitas contraria: vel eius qui fidem christianam numquam suscepit : et est *paganismus* (quo nomine tunc etiam islamisions continetur); vel eius qui fidem istam in typo suscepit : et est *iudaismus;* vel eius qui fidem christianam in baptismo suscepit: et est *haeresis* vel *apostasia.* Apostasia tamen magis completum a christiania fide recessum

signat. Ut tamen infidelitas sit contraria, opus est ut paganus, iudaeus, ascriptus haeresi, veritati satis proposita-e restiterit.

32. — De Haeresi. *Haeresis, amplissima significatione, est erroneum indicium contra fidem, ab eo commissum qui baptismalem charaderem susccpit.*

Erroneo isto indicio, falsum vel dubium pronuntiatur quod, at a Deo revelatum, ipse credendum habet: sive propositum fuerit ab Ecclesia, sive non.

Quare haeresis sic *accepta, dividitur* in haeresim solius fori Dei et haeresim fori exterioris seu canonicam. Prior est haeresis mere interna, vel etiam exterior sed veritates revelatas quae non sunt ab Ecclesia propositae respiciens: sive sint in fontibus revelatis sed nondum authentice definitae, sive sint privatim revelatae. Altera, seu canonica, committitur per recessum externum a sociali magisterio divinitus constituto ad authenticam revelationis propositionem (Cf. Billot, *De Fide,* ad thés. XXIV). Haec est haeresis *proprie dicta,* sive fiat per adhaesionem sectae ab Ecclesia separatae, sive per plenam revelationis Christianae repudiationem (quae strictius dicitur apostasia), sive per negatum assensum fidei etiam uni articulo quem Ecclesia ut fidei dogma proposuerit.

Utraque haeresis, latius et magis proprie dicta, esse potest *materialis* et *formalis.* Materialis est errantis sine pertinacia, sine indicio eredibilitatis, et sine voluntate aversa ab obieeto formali fidei; formalis est pertinaciter errantis sive circa aliud revelatum sive circa auctoritatem Ecclesiae; i. e. errantis cum voluntate aversa ab obieeto formali fidei, seu nolentis credere quod est ei sufficienter propositum ut revelatum, vel etiam si esset sufficienter propositum. Hinc, c. 1325, § 2: « Post receptum baptismum, si quis, nomen retinens Christianum, pertinaciter aliquam ex veritatibus fide divina et catholica credendis denegat aut de ea dubitat, haereticus: si a fide Christiana totaliter recedit, apostata... est ».

In foro canonico *praesumuntur* formaliter haeretici quicumque scienter ab auctoritate Ecclesiae dogma proponentis recedunt. Propositio autem fieri potest sive sollemni Concilii oecumenici vel S. Pontificis ex cathedra loquentia definitione, sive ordinario et universali magisterio. Etenim: «e. 1323, § 1. Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt quae verbo Dei scripto vel tra-

dito continentur et ab Ecclesia sive sollemni indicio sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur. § 2. Sollemne Uniusmodi indicium pronuntiare proprium est tum Oecumenici Concilii tum Romani Pontificis ex cathedra loquentis ».

33. Corollaria. 1. Haereticus *canonice* est qui falsum vel dubium externe indicat quod ab Ecclesia credendum proponitur; vel quod indubitanter a fidelibus creditur in Scriptura contentum. Namque Ecclesia totam Scripturam proponit credendam.

2. Haereticus *canonice* est quoque hodie, qui, ignorans quid Ecclesia credendum dicat, haec profert : « Quidquid teneat Ecclesia do hoc puncto, illud nego ». Ipse enim his verbis infallibilitatem Ecclesiae negat, quod est dogma definitum.

3. Haereticus solum *coram Deo* est ac proin a censuris immunis, qui mere interno reicit articulum ab Ecclesia definitum: v. g. 8S. Trinitatem; vel qui negat etiam externe quod falso putat ab Ecclesia definitum osse: v. g. B. Virginem fuisse a matre sua virginaliter conceptam.

4. *Non* est *haereticus* qui, audita aliqua dogmatis propositione, mentem avertit et indicio abstinet. Facile tamen erit haereticus coram Deo, quatenus ratio cius silentii haec est quod, non obstante definitione, rem virtualité!· dubiam aestimet. Qui affectata ignorantia sive circa auctoritatem Ecclesiae sive circa articulum ab Ecclesia definitum laborat, quatenus investigationem respuit, erit coram Deo haereticus vel non pro interpretatione eius voluntatis, qimo potuit esse credendi si nosset articulum esse revelatum, et proin mere fugiendi sufficientem propositionem, vel non credendi in omni casu.

5. Qui *propter ignorantiam* graviter *culpandam* aut neglectam inquisitionem negat quod Ecclesia re vera definivit, non est formaliter haereticus, cum pertinacia desit. Immo improprie tantum *materialiter* haereticus diei potest, cum regulam fidei servet et ad ipsum corpus Ecclesiae pertinere pergat. Cf. Billot, *De fide,* ante thés. XXIV', p. 348.

6. Specie non differunt haereses inter se, qua tales; haeresis et apostasia; infidelitates contrariae. Cf. Lehmk. I, 413.

7. Qui dicit: « Si Ecclesia tale aliquid, manifesto absurdum, definiret, non crederem », *non est haereticus,* quia non agit contra conscientiam, nisi affirmare voluisset fieri posse ut Ecclesia tale quidpiam definiat : quod non est praesumendum.Cfr.de simili casu, LUGO, *Dt fide,* d. 17, n. 83; Ball.-Palm. t. 2, tr. 5, c. 4, n. 91.

Quare qui anxie de huius modi suggestionibus solliciti sunt, facile quietari possunt, sed dehortandi sunt ab huius modi casibus fingendis. Responsio autem quam talis suggestio manifesto moretur, haec est: Ecclesia nihil absurdum proponet credendum.

8. *Haereticn non txt* qui exterius tantum fldem negat ant adorat idoluiii. Ipse enim non errat. Nee in censuras incurrit, quamvis in foro exteriore pro haeretico habendus sit.

34·. — Scholin. 1. In homine non baptizato actus fidei necessarius est ut infusa fidei virtute informetur. Quare, sive culpando sive inculpato modo indicium credibilitatis ipsi desit, fides ad salutem necessaria in ipso desideratur. Qui vero, etiam inconscio modo, v. g. in baptismo, fidem habitualem susceperit, hac, sine voluntate, formaliter fidei contraria non spoliabitur. Facilius ergo quam acquiritur, fides habitualis ab adulto servatur.

2. Cum, ut actum fidei elicias, ad indicium credenditatis .«vcedere debeat liber actus voluntatis actum fidei imperantis, fieri potest ut quis veritatem religionis agnoscat, credere tamen recuset, et sic formaliter haereticus evadat. Quae formalis haeresis simul magnum peccatum continet superbiae, (pia quis supernaturalem vocationem reiciat, vel divinitus constitutae auctoritati se snbicere nolit, vel (quod vix possibile videtur) Deo quem revelantem noverit, credere nolit.

Negare fidem veritati quae ut revelata cognoscitur est peccatum contra spiritum sanctum, quôd raro committitur; sed si committatur, etiam indicium credenditatis obscurabit. Plerumque autem ipsum indicium credibiliratis a non credente abest, vel in eo destructum est. Plerique igitur increduli rei sunt neglectae diligentiae in exquirenda veritate, vel indicium habent passionibus obnubilatum. Tales autem non sunt *formaliter* haeretici in foro Dei.

3. Quaerere solent utrum sine *formali* haeresis peccato quispiam catholicus ad persuasionem de falsitate Ecclesiae catholicae vel revelationis Christianae pervenire possit, an formale contra fidem peccatum semper istam apostasiam praecedere debeat. Res controvertitur.

Quod, « (pii fidem sub Ecclesiae magisterio susceperunt nullam umquam habere possunt iustam causam mutandi aut in dubium fidem eandem ro\ocandi » id a C. Vaticano, s. 3, c. 2 definitum est *(I)tnr.* n. 1612). Verum ad causam *obiectire* iustam definitio ista restringi potest. Quare, post Ta NNI k. *De Fide,* q. 2, dub. 5, n. 139; Pi.a t e i.ii m, *Di Fide,* n. 61; Ta nq v e r e y, n. 659. putat fieri posse per accidens, ut sine formali peccato contra fidem, imprudentia catholicum ad incredulitatem perducat ; immo ipsam culpae *gravi»* necessitatem negare videtur. Idem concedit Ar r t n ijs-Da m e n, n. 323, Quacr. 3, abstrahens a gravitate peccati, et allegans Pe s c h, *De Fide.* n. 383.

Inter dubium et contrariam persuasionem distinguendum esso putamus. Quod quis, propter obiectivas imprudentias lectionum, conversationum, et propter vitam minus puram, ad statum dubitationis et cuiuspiam satis universalis scepticism! devenire queat, concedendum arbitramur; quod autem qnis, sine vi facta intellectui suo, seu sine interno mendacio quod contemptum auctoritatis divinae ac proin formale haeresis peccatum vix non

contineat, ad contrariam persuasionem perveniat: id nobis psychologice impossibile videtur. Id enim vi argumentorum pro tide et testimonio animae naturaliter Christianae, nimis repugnare videtur.

Neque in homine *catholice instituto* et de suis officiis erudito, id sine gravi peccato accidero posse, etiam affirmandum putamus.

35. — Notabile illud hodie est, propter subtiles indagationes quae fiunt de salute et psychologie acatholicorum, ab haeresi formali seu infidelitate contraria, secundum sententiam C. de Lugo, ibid. n. 200-201, excusari posse hominem qui, ex culpanda ignorantia, vere tamen persuasus sit nulli ecclesiae sed _tantum privatae revelationi credendum esse, dummodo servet voluntatem credendi Deo, quotiens eius revelatio sit evidenter credibilis: immo qui quamlibet Dei revelationem impossibilem reputet. Is sane actum fidei elicere nequit ; voluntatem tamen condicionatam habere potest credendi Deo si Deus aliquid hominibus revelaro posset. Hac enim voluntate non est divinae voracitati iniuriosum. Quare, quamvis non sit catholicus vel fidelis absolute, fidem si habuit in baptismo infusam, non ideo amisit, et catholicus seu fidelis condicionate, propter illam voluntatem, diei potest. C'f. Ball.-Palm., l.c. n. 94. Verum haec, ut liquet, non sunt passim fidelibus proponenda.

36. — Qui *in secta acatholica institutus* est, supernatural! fidei virtute non necessario caret ; et, quam diu non dubitat, materialiter *tantum* haereticus est, nulla speciali obligatione astringitur, nec est vere excommunicabis.— Serio dubitans, inquirere debet; quod si culpanda ratione neglexerit sive incuria, sive animi levitate, sive timore detegendi veritatem et apprehensione difficilis officii quod inde sequeretur, peccabit quidem et per se graviter contra fidem, sed *privative* tantum, nondum contrarie per haeresim. — Tunc tantum *formaliter* haereticus fuerit, si ideo inquisitionem neglegit quia catholicam veritatem amplecti absolute renuit, etiam si illam agnosceret. Cf. Lehmk. I, 425, 2.

Quamvis autem animo, seu propter bonam fidem, catholicus sit, nihilominus ascriptus sectae haereticae ad sacramenta admitti nequit ante quam, erroribus reiectis, Ecclesiae reconciliatus fuerit. Id canone 731, $ 2 expresso statuitur, ita ut sententia benignior quam de rudibus tenebant Laym. l. 2, t. 1, c. 13, n. 2, et, post eum, Bi'SEMIjacm, *De praec. Fidei,* dub. 3, Resolves 5, et Ball.-Palm. t. 2, tr. 5, c. 4, n. 97, iam admitti nequeat. Seventas tamen temperatur in periculo vitae, ea ratione quae dicetur, nec applicanda est illis qui ad Ecclesiam venire volunt ea aetate ubi formalis abiuratio ab Ecclesia nondum exigitur, i. e. qui nondum 14 annos completos nati sint (S. Off. nov. 1878, *Coll. P. F.* ‡· ed. n. 660; 8 mart. 1882. *Coll.* 1» ed. η. 1680; 2· ed. η. 1566).

Observes quam diversimode catholici et plerique acatholici se habeant *cimi dubia* in materia fidei seu religionis. Sane fidem non solum abicere sed etiam dubiam habere, neutris sine peccato fas est; dubium autem de Ecclesia vel de eius authentico magisterio, vel de articulo ab Ecclesia proposito, iam est, pro fideli catholico, dubium *de fide;* dum pro acatholico protestanticae reformationis, cum, secluso authentico magisterio, privatam S. Scripturae interpretationem admittat, dubium de sua ecclesia vel de puncto nt contento in 8. Scriptura, nondum est dubium *de fide.* Iam vero a conclusionibus nostris humanis minime excluditur ratio dubitandi, quae, cum agitur de assensu fidei, numquam haberi potest. Quocirca, exorto dubio de veritate suae sectae, ipsi acatholici logice perducuntur ad examen cuius fructus, opitulante Dei gratia, si serius conatus adhibeatur, facile erit agnitio verae Ecclesiae et conversio.

37. — Haeresis, apostasia, et haereses inter se specie non differunt; nec sectae, quatenus errant; differunt tamen quatenus diversas superstitiones exercent virtuti religioni contrarias, vel diversis modis Deo sunt contumeliosae. Quare qui culpando modo sectae adhaesit, sectam istam indicare debet, si tamen uinquam de istis diversis malitiis cogitaverit (x).

38. — Conversio personae per se dicit voluntatem se totum dirigendi versus unum finem vel terminum. Quo plenior ergo erat aberratio, eo strictior est conversio eius qui, deposito errore, veritatem amplectitur. Unde qui, ignarus Dei, sola temporalia curabat, plenissime convertitur cum Deo vivere incipit. Plenius convertitur paganus quam mahumetanus vel iudaeus: hi convertuntur quatenus Christo famulari seu in omnibus Christum glorificare intendunt; plenius convertitur mahumetanus vel iudaeus quam haereticus, (pii tantum ad Ecclesiam se convertere debet.

Porro ad recipiendum heterodoxum in gremium Ecclesiae, haec ordine facienda sunt:

1. Instruendus est in fide.

2. Si, quia non fuit baptizatus vel baptismum recepit certo nullum, baptismus absolute conferendus est, nulla abiuratio haeresis exigitur. Si baptismus non est iterandus nisi forte condicionate, prius formalis abiuratio sectae et professio fidei facienda est secundum formalum quae in Urbe a S. Ofticio, extra Urbem

(xi Iam eo qued ab ăcatholici qua talibus exercetur, cultus divinus fit illegitimus (Lr h mk. Casus I, 443). Hunc tamen nen dixerim superstitiosum. Haec ergo distinguenda sunt.

ab Ordinario tradetur. Ordinarius loci permittere potest ut flat non publice sed privatiin coram duobus testibus. (Minister alter duorum esse potest.)

3. Facta professione, si causa id postulat, baptismus sub condicione administratur. Huic accusatio sacramentalis, qua paenitentia ad baptismum necessaria iuvatur, praeponi potest.

4. Absolutio datur condicionata vel absoluta, ab haeresis et conexis censuris. Forma, ceterum non essentialis, in scripta instructione quam minister recipiet indicatur.

5. Fit confessio, vel, si iam facta accusatio, paucis verbis resumitur, et confertur absolutio sacramentalis. Sicut in tractatu de Paenitentia dicitur, probabilis sententia eos ab accusatione completa eximit quorum baptismus *tere dubius* erat, ita ut vera probabilitate, in iterata baptismi collatione, peccata huic anteriora deleta fuerint. Cf. La Croix, l. G, ρ. 1, η. 324; Buoceroni, *Theol. moral.* III, 672. 672-bis; Ball.-Palm. *Op. th.* λ', 22. Sententia tamen opposita tenetur a Lehmkuhl, II, 425 sq.; a Noldin, III, 226; a CiiR. Pesciï, S. I. *Praei. I)o(jm.* VII, 394 ss.; a ZlTELLl, *Apparatus,* ρ. II, n. 721 (ed. 1897), etc.

6. Si est adultus, nulla gravi causa obstante, statim audiat missam et communicet. Cf. Cod. c. 753, § 2. *(Statim* moraliter sumi potest. Insta causa sufficit ut non flat immediate.)

N. B. Si qui aetatem quattuordecim annorum non expleverunt, simpliciter sine abiuratione ad baptismum vel alia sacramenta admittuntur, neque in foro exteriore absolvuntur a censuris.

39. — De tentationibus contra fidem. Proprie sola facultas libera tentatur. Tentatur autem, cum ad obieetum illicitum spontanee seu actu (pii primo-prinius dicitur inclinat. Tentatio igitur contra fidem nondum formaliter habetur eo quod difficultas quaedam, etiam sine solutione positiva, nostro intellectui obversatur; sed tentari incipimus, si, propter huiusmodi difficultatem, voluntas propendeat in revocandum imperium (pio firmissimus assensus imperatus erat. Qui, igitur, ex huiusmodi difficultate in timorem de fide sua conicinntur, minime actu tentantur, cum timor potius affectum ad fidem prodat.

Verum tentatio intellectuali difficultate praeparari potest. Exorta autem vera tentatione dubitandi de fide, qui contrario voluntatis actu inclinationem ad dubitandum repudiat vel mentem

avertit, ipse meretur; qui semi-conscio modo eidem favet, venialiter peccat; qui eidem deliberato dubio vel negatione assentitur fit graviter reus peccati contra fidem quo ipsa fides amittitur. Nec fas est istam in voluntate inclinationem quasi neutraliter se habendo tolerare; sed eam positive abicere debemus quia tolerantia motus voluntatis eundem deliberatum efficit. Cf. I. n. 72, 2.

Qui, proposito articulo credendo, de eo difficultatem experitur, non potest quidem neutralem positionem eligere, seu assensum positive suspendere vel etiam actu fidei deliberate et definitive abstinere; actum vero lidei differre donec melius instruatur, hoc ipsi sane licet

40. — Quaeres, quo modo intellegendum sit celebratum istud. *tentatione* contra *Jidem'fuga vincenda ef* Hoc, ni fallimur, modo.

«) ('outra atque in rebus minus periculosis fieri potest, et interdum consultum est, ut obiectum tentationis (v. g. occasionem irae, impatientiae) ex proposito advocemus ad illustriorem victoriam de ea reportandam, hic minime expedit speciosae tentationi contra fldem, excitata occasione, locum dare, ut vires nostras quasi experiamur et exerceamus.

/›) Dum ipsa tentatio ingruit, saepe melius erit mentem time ad alia divertere, potius quam difficultatis examen instituere.

Verum minime dissuadendus est formalis actus fidei generalis, sive in ipsa tentatione, sive ante tentationes quas quis futuras praeviderit. *Saepe* tamen protestari de fide in ipsa tentatione, nullatenus necesse est.

Ac, postquam tentatio recesserit, minime quoque improbandum est quietum examen de difficultate cui tentatio conexa erat; sicut etiam vir peritior seu magis eruditus opportune interrogatur.

Positiva demum lidei exercitatio, etiam in cotidiana conversatione, per actus sive formales sive virtuales, omnino commendanda est.

SUMMARIUM.

+1 — 1. *Infulelitax,* seu status cius qui assensu fidei saltem implicito non credit quae ab ipso credenda sunt, est *negativa* seu non culpanda, et *privativa,* seu peccaminosa. More, privativa est quae, etsi culpanda, voluntatem tainen credendi quae sint revelata et sufficienter proposita non excludit. —

[39-41.]

Hac exclusione dignoscitur infidelitas *contraria,* quae toto genere est grave peccatum, et ipsam fidem habitualem aufert. — Alii tamen alitor infidelitatem dividunt.

Triplex distinguitur infidelitas *contraria:* paganorum, qui fidem Christianam recipere nolunt; indaoorum, qui fidem suam in Christo complere nolunt; et haereticorum vel apostatarum, qui a recepta in baptismo fido, ex toto, si apostatae, ex parte, i. e. retento saltem nomino Christiano, si haeretici, recedunt.

2. *Haeretis* latius sumpta erroneum dicit indicium, quo homo baptizatus falsum vel dubium pronuntiat quod credere debet esso a Deo revelatum. Complectitur tunc negationem vel deliberationem do qualibet veritate quam objective credere debeat, et prorsus interna esso potest. Strictius sumpta dicit recessum *exteriorem* a veritate quam Ecclesia proponit credendam ut revelatam, seu repudiationem, exterius manifestatam, magisterii Ecclesiae.

Ilaeresis potest esse *materialis,* in eo qui errat sine pertinacia, seu qui non est conscius negationis vel dubitationis oppositae veritati revelatae; ot *formalie,* in eo qui cum voluntate aversa a fido, i. e. non credendi revelata, errat. Formaliter haeretici esso praesumuntur, quicumque dogma negant vel dubium dicunt quod ab Ecclesia propositum esse norunt. *Improprie* dicitur materialiter haereticus, qui, magisterio Ecclesiae adhaerens, errat circa Ecclesiae dogmata, ita ut propter ignorantiam antecedentem neget punctum de fide definitum. Etiam materialis haeresis graviter culpanda esse potest in causa.

Formalis haeresis et apostasia, et haoreses inter se specie non differunt; nec sectae qua errantes: hae tamen superstitiones variae speciei exercere possunt.

3. Quo plenior orat aberratio, eo verius converti dicitur qui, deposito errore, veram fidem amplectitur. Porro, *in conventione haeteredoxi* haec praestanda sunt: instructio in fide, formalis sectae abiuratio et professio fidei ; baptismus condicionatus, si prior dubius esse praesumitur vel probatur; absolutio condicionata vel absoluta ab haeresi et conexis censuris; confessio, vel, si ante baptismum facta fuerit, brevis resumptio accusationis, et absolutio sacramentalis; domum, si adultus est ac nihil obstat, communio per missam quam statim audiet.

Minores quattuordecim annis completis sine abiuratione admittuntur; nec in foro externo, cum poenas latae sententiae non contrahant, a censuris absolvuntur.

I. *Tentatio* contra fidem proprie habetur, cum ipsa voluntas propendet ad fidem negatione vel dubitatione deserendam. Tentationes huinsmodi non sunt consulto evocandae; sed in tentatione vel ante tentationem actum fidei elicere, animum ab obiecto tentatiouis avertere expediet. Postea quietum difficultatis examen, interrogatio doctioris commendanda sunt. Huc addas positivam fidei exercitationem.

CAPUT II.

De aliis peccatis contra fidem

42. — Voluntate non credendi fide supernatural! etiam ea quorum revelatio satis proposita sit, constituitur peccatum directe fidei contrarium, necessario grave, quo peccator ipso fidei habitu spoliatur.

Verum plura alia peccata, variae gravitatis, contra fidem committi possunt.

1. Peccatur omissione *professionis Jidei,* divina vel ecclesiastica lege praescriptae; — omissione *actus Jidei* eliciendi ex lege divina; — omissione *diligentiae* in comparanda relative sufficienti cognitione fidei ; — omissione diligentiae, in inquirenda vera religione.

Peccata ista, genere suo gravia, non solo conscientiae errore, sed etiam materiae parvitate a letali excusari possunt.

Peccatur externa fidei negatione vel erubescentia. Negatio toto genere gravis est ; non item erubescentia.

Peccatur temeritate seu imprudentia qua fides periculo exponitur.

43. — Quaeres, quomodo peccet qui definitiones de veritatibus non revelatis respuat, vel tueatur propositiones infra haeresim notatas?

1. Ex theologia dogmatica, novimus infallibilitatem Ecclesiae se porrigere ad veritates (piae, quamvis deposito fidei non contineantur, ita tamen sunt eum eodem conexae ut sine his illud in tuto non foret. Quamvis hae fide divina credi nequeant, virtus tamen fidei divinae oboedientiam, etiam internam, huius modi definitionibus reddit necessariam. Oboedientia ista dicitur religiosa-catholica. Motivuni assensus est auctoritas infallibilis, a Deo constituta, cui omnes subiecti sumus. Non nulli utuntur verbis *Jidei ecclesiasticae.*

Itaque, (pii infallibilem declarationem conscius reicit, graviter peccat peccato inoboedientiae seu rebellionis erga Ecclesiam : quod peccatum adversatur ipsi virtuti fidei, cum ipsa subiectio nostra ad tutandam fidem sit praecepta. <'fr. Palmieki, *Op. theoL.* t. 2, tr. 5. e. 4, n. 106.

2. Propositio damnata tamquam *xcandalosa,* haeresim vel errorem *sapiens,* piarum aurium *offensiea,* non est necessario falsa. Directe tunc proscribitur sola *enuntiatio* thesis. Quare qui eam profitetur, peccat contra *religionem,* dum oboedientiam detrectat religiosae potestati : quae oboedientia ex religione necessaria est : peccat contra *caritatem,* quatenus aliis scandalo sit, vel unitatem Ecclesiae labefactet: peccat demum contra *virtutem* cui propositio ista directe noceat. Cf. Lehmk. I, 418.

3. Etiamsi a potestate non infallibili, utpote a S. Congr. romana, damnatio profecta sit. praeter inoboedientiam externam contra religionem, quae committitur proscriptas theses defendendo, profitendo, plerumque etiam *temeritate* peccatur per internum dissensum, excepto raro aliquo casu ubi assensus prudenter suspendi possit, donec infallibilis auctoritas in re pronuntiaverit. Cfr. LEHMK. I, 419 et dicta I, 317. — De ista quaestione agunt Suarez, *De Fide,* d. 19, Lugo, *De Fide,* d. 20, η. 133.

N. B. Codex, c. 2317. gravibus poenis, sed ferendae sententiae. eos plectit qui doctrinam ab *Apostolica Sede* (i. e. a R. Pontifice vel S. Congr. romana, cfr. c. 7) vel a Concilio Generali damnatam sed non ut formaliter haereticam, pertinaciter, sive publice sive privatim, doceant· vel defendant; et c. 2331 § 1 pariter congruis poenis puniendum dieit qui R. Pontifici vel proprio Ordinario aliquid legitime praecipienti vel prohibenti, pertinaciter non obtemperet.

2. Quid singulae notae significent, in theologia dogmatica proponitur. Lehmk, I, 116 rem sic compendio effort : « *Erronea* opponitur thesi theologice certae, seu illi quae, mediante altera veritate (naturaliter certa, ex doctrina revelata certo consequitur ». Qui eam sustineat, est *suspectus de haereri* et *praesumitur* haereticus.

Haeresi proxima illa est quae non tantum est erronea, sed etiam thesi opponitur que fidei proxima dicitur, quia a multis, non tamen ab omnibus, pro revelata habetur.

« *Errori proxima* opponitur ei quae probabilissime ex doctrina revelata colligitur ».

Temeraria opponitur communi theologorum doctrinae, quae sine solidis rationibus atque ideo temere deseratur.

44, — Quaeres de peccato illius qui adhaereat libéralisme.

1. Etiam secluso libéralisme extremo, qui re idem est ac pantheismus vel rationalisions, *obiective* haereticus est qui liberalism!. etiam (piem mitiorem vocant, doctrinam, vel plene amplecti-

tiir vel sumina eius capita tenet : v. g. plenam, in societate Christiana. independentiain Status ab Ecclesia et sublectionem Ecclesiae sub auctoritate Status. Hoc enim omnino repugnat primatui Romani Pontificis et magisterio Ecclesiae hic in terris: quae ambo sunt Iulei dogmata. Cfr. Palm., *Op. theol.* t. 2, tr. 5, c. 4, ii. 107.

2. Qui secundaria tantum liberalism! capita tenet, *obiectire* haereticus erit vel non, pro sui erroris qualitate. Sic haereticus erit qui neget fide tenendam doctrinam de sacramento matrimonii (cfr. prop. 05. 66. 68. 73 Syllabi) ; nondum erit haereticus, si opportunitatem praesentem libertatum « modernarum » absolute tueatur contra prop. 77 Syllabi. In dubio quod minimum est tenendum est. Peccat tamen contra *fidem,* quia plerumque reprobatam infallibili magisterio doctrinam tuebitur.

3. *Subicetire,* non raro, ob ignorantiam, etsi saepe graviter culpandam, ab haeresi formali liberalis excusabitur. In punctis quibusdam, v. g. in relationibus inter Ecclesiam et Statum, facilius in bona fide versari potest.

4. *Confessorius,* ex statu subiectivo, de reatu, de censura paenitentis indicabit. Si bonam fidem deprehenderit in homine •pii ceterum olliciis vitae Christianae satisfaciat, qualitas erroris quo laborat, scandalum maius vel minus quod dederit, fructus speratus et damnum timendum ex denuntiato errore, ipsum docebunt prudentem normam interrogandi et monendi, ('fr. Palm. l. e. n. 103-108. ('fr. Enc. *Libertas,* Leonis XIII, 20 iun. 1888.

45. — Similis quaestio quae de socialismo moveri potest, fere eodem modo solvenda est. Est socialisions quidam integralis. qui religionem ad vitam privatam amandat, qui auctoritatem reicit. (pii matrimonium respuit pro amore libero : et iste sine haeresi defendi nequit.

Restrictus autem ad bona temporalia exteriora eorumque possessiones, alia profert placita (piae sunt certo damnata infallibili Ecclesiae magisterio, ut si negaveris res exteriores quae fons sint redituum iuste possideri posse. Alia vero placita quibus, non reprobata ordinatione anteriore, novus ordo, novum regimen bonorum praedicatur, cautius examinanda sunt. Praeter enim temeraria et respuenda, puncta facile continent (piae vel controvert! possunt vel adeo utiliter, legitima via, introduci possunt.

Ipsa coacta plurium operarium adhaesio societatibus socialisticis nos movebit ut in confessione prudenter agamus, ne vel scandalosa coniventia vel funesto rigore peccemus. Instructiones Ordinariorum locorum quoque sedulo attendendae erunt.

SUMMARIUM.

46. — Praetor contrariam infidelitatem, quae voluntate fidem excludente committitur, peccari potest : «) variis *oin inion ibue* professionis fidei, actuum fidei, diligentiae in scientia fidei, in inquirenda vera fide : quae peccata genere suo gravia sunt; *b)* dein negatione (semper gravi) fidei, erubescentia de fide; c) temeritate et imprudentia in lectione facienda, in frequentandis sociis quibus fides exponitur periculo.

Ipsi fidei virtuti opponitur grave *inoboedientiae* peccatum ab eo commissum qui infallibiles declarationes, etiam extra fidem stricte dictam, conscius reicit; plerumque etiam *temeritate* peccat qui *interne* dissentit a doctrinalibus S. Congregationis Romanae decretis, praeter peccatum externae inoboedientiae, quae etiam fidei est periculosa. Varie, sed non necessarie contra fidem peccat qui violat decreta quibus ipsae propositiones vel saltem earum enuntiationes damnantur.

Adhaerens *liberaliemo,* etsi non semper *obiective* haereticus sit, contra fidem peccare convincitur. Prudens tamen confessarum *nubiectirain* persuasionem et omnia adiuncta considerabit, ut inde modum interrogandi et monendi colligat.

Eodem fero modo quaestio de *nocialiemo* theoretice et practice solvenda est.

TITULUS V.

Legalia Fidei praesidia.

47. — Conspectus generalis. Fidem, pretiosum a Patre luminum descendens donum, quod fideles in vasis fictilibus portant, praesidiis munire Ecclesia debet nec praetermittit.

lam in hunc finem praecipitur inultis professio Fidei, abiuratio errorum modernorum, ut rectoribus et ductoribus, ne sint vastatores sed probi et securi fidelium ductores et magistri.

Leges dein de censura et prohibitione librorum fideles monent, quaenam scripta tuto atque inoffenso pede adire queant; quaenam alia nullatenus vel admodum caute assumenda sint. Leges istae explicantur III. n. 889-906.

Huc spectat quoque proscriptio propositionum.

Ipsis dein medicinalibus poenis censurarum, iideles ab haeresi et haereticis sibi cavere docentur, praeter poenas vindicatives quae, ut denuntiatae, hacreticales audacias coercent.

Demum tides protegitur vetitis quae communicationem cum infidelibus et acatholicis, vel disputationes Jcum haereticis et religionum exhibitiones respiciunt.

Cum cetera iam declarata sint, de utroque posteriore argumento breviter disserendum est.

§ 1. — Censurae contra haereses.

Ut omittamus hic poenas ferendae sententiae:

48. — I. Excommunicatio apostatarum et haereticorum. Ex c. 2314, § 1, *omnes a Christiana fide apostatae et omnes et singuli haeretici incurrunt, ipso facto, in excommunicationem Sedi Apostolicae speciali modo reservatam.*

Apostatae sunt quotquot, post receptum baptismum, a fide Christiana totaliter recedunt. Ita, ex c. 1325, § 2. Potest ergo etiam qui sectae haereticae ascriptus sit, canonice fieri apostata. Et quis canonice sit apostata, non est opus ut religionem paganam, puta Buddhismum vel Islamismum amplectatur: satis est ut fiat theosophus (x), pantheista, rationalists, vel complete incredulus.

Omnes et singuli. Hac verborum abundantia Legislator usus videtur, ut non solos variarum sectarum asseclas (qui per verba *omnes haeretici* designari videntur) sed etiam qui separate et privatim pertinaciter in fide errant (singuli haeretici) attingat.

Haeretici non ii soli sunt qui veritatem fidei negant, sed etiam qui eam dubiam habent (c. 1325, § 2).

Sola tamen *externa* haeresis vel apostasia poenis ecclesiasticis punitur. Sed quia poena ipso facto contrahitur, prorsus occulta haeresis externe et culpabiliter prolata (ut si quis eam solus in cubiculo proferat) dat locum excommunicationi. Culpabiliter, in-

(x) *Thfosofihiae* nomine venit quidam satis parum definitus syncretismus, qui, ex exploratis et comparatis inter se religionibus seu religiosis experimentis, quid religioni fundamentale, quid essentiale et proin omnibus religionibus commune lit, veluti extrahere et sic syntheticam rationem pro sola religione vera, universali, perpetua et ex toto humana, exhibere contendit. Cf Giovanni Busnrli, S. I., *Manuale di Teosofia,* 4 vol. Roma, 1909-1915; *Doitrine teosofiche ‹ dottrina cattolica,* Roma, 1919; Ill. D. Janssens: *Peut-on lire à la fois, chrétien et ™hio i /he I* Parti, 1923.

quam, prolata, quia qui consilii petendi causa suam internam haeresim manifestarii, effugerit excommunicationem.

Porro excommunicatione soli *canonice* haeretici plectuntur. Necesse itaque est ut circa veritatem quam Ecclesia ut revelatam proponit pertinaciter erraverint. Coram Deo autem, seu re vera in conscientia, soli haeretici formales plectuntur, dum ascripti sectae haereticae in foro externo formales praesumuntur et ut tales tractantur.

In eodem foro externo ignorantia simplex (non crassa) etiam a censura contrahenda excusat.

Absolutio in foro interno facultatem in casus specialiter S. Sedi reservatos per se requirit, firmis normis generalibus quae omnibus confessariis permittunt ut dent absolutionem eum onere recurrendi infra mensem ad S. Sedem vel ad Superiorem potestate munitum vel ad confessarium privilegiatum : et excepto periculo mortis.

Quia tamen Ordinarius loci est index etiam criminalis in prima instantia, delictum haeresis ad ipsius forum externum deduci potest. Ad quod sufficit quoque voluntaria rei confessio exterior. Tunc autem resipiscens (recessus enim a contumacia pro absolutione a censuris necessaria est) potest ab ipso Ordinario loci (non tamen a Vicario generali sine speciali mandato) vel a viro ecclesiastico (piem Ordinarius specialiter delegaverit, absolvi in foro exteriore. Quae absolutio, ex c. 202 § 1, censuram quoque in foro interno tollit, ita ut peccatum iam ab omni confessario remitti possit. Absolutioni praerequiritur abiuratio iuridice peracta: ad id satis est ut fiat coram Ordinario loci vel eius delegato et duobus testibus. Servanda sunt de iure servanda: salutaris paenitentia imponenda, scandali reparatio, separatio a secta, denuntiatio, si (pia praecepta sit, v. g. ex c. 2336, § 2.

Nec solus Ordinarius proprius, sed quilibet loci Ordinarius absolutionem istam impertire potest ((’appello, *De censuris,* n.68).

49. — II. Suspecti de haeresi qui, postquam iuridice moniti sunt, causam suspicionis non removerint, et ideo actibus legitimis prohibiti fuerint, vel. tamquam clerici, a divinis suspensi fuerint; (pii, impiam, intra sex menses a contracta poena non se emendaverint, tamquam haeretici habentur, ac proin eandem excommunicationem, modo explicatam, contrahunt.

Suspecti de haeresi intelleguntur *iuridice* tales, ex expressa canonica dispositione. Numerantur III, n. 916.

§ 2. — Communicatio cum infidelibus et acatholicis.

50. — 1. Quinam hoc loco intellegantur esse infideles. Quaestio ponitur de iis qui falsum cultum profitentur vel sectae acatholicae adhaeserunt. De catholicis enim incredulis nulla specialis prohibitio exstat. Communes prudentiae leges observandae sunt.

2. *Communicatio* autem significat actionem communem. Quaerere de licita communicatione cum acatiiolicis est itaque interrogare utrum liceat necne catholicis quaedam communiter cum ipsis peragere. Communicatio est igitur genus quoddam cooperationis quod in morali participatione alicuius actionis consistit. Sic in missae celebratione communicant qui missam illam stipendio petierunt, qui sacerdoti ministrant, qui eius precibus vel cantui respondent, qui illam formaliter audiunt. Non autem formaliter communicant sed mere, per se, cooperantur, qui inter missam, musicis instrumentis vel organo ludunt, qui missam Campana, verbis, scriptis nuntiant, nec qui organo cantum iuvant. Hoc loco de sola communicatione agimus, postea casus cooperationis considerabimus.

3. Quaenam communicatio attendatur. Hodie communicatio *in rebus civilibus* cum acatholicis, nullo iure per se prohibetur. Quaestio ergo ad communicationem in rebus sacris restringitur. Res autem esse possunt sacrae functiones catholicorum, orationes catholicae privatae, et res sacrae acatholicorum. Ius positivum a iure naturali probe secernere hic iuvat.

a) *In rebus sacris catholicorum.* Res istae esse possunt *privatae orationes:* secluso scandalo, privatae orationes quae sint in se bonae, cum acatholicis fundere hodie nullatenus vetamur.

Possunt *esse functiones sollemnes.* In his non magis quam alii excommunicati, acatholici formalem seu *activam* partem habere possunt. Quare ipsos admittere non possumus ad ministrandum sacris, ad respondendum sacerdotis precibus. Observes tamen baptizatos, ante aetatem quattuordecim annorum completorum, forinaliter pro acatholicis non haberi. — Ad *passivam* assistendam acatholicos admittere hodie non prohibemur. Sic toleratur ut in collegiis catholicis, ubi acatholici mixti catholicis instituuntur, illi sacrificio missae intersint. Ad contiones vero audiendas forinaliter invitari possunt. Quin musicis instrumentis ludant vel

organum pulsent non impediuntur. Sacramentis recipiendis per se excluduntur, excepto matrimonio et periculo vitae. Of. III, 195.

b) *In rebus sacris acatholicorum.* α) Ipsa lege naturae *intrinsece malum* est ritum proprie acatholicum seu cultum erroneum celebrare, vel cultum erroneum profiteri seu serio simulare, vel celebrationem cultus erronei formaliter petere. Namque in ritu, quatenus est haereticus, proprie dicta superstitio continetur. Si quae vero acatholici obeunt omnino recte, sicut catholici, graves auctores communicationem in his sacris *qua talem* illicitam esse negant. Cfr. Suar., *De Fide,* 21, 3, 4; Lugo, *De Fide, 22.* 1 et ss.; Benedictus XIV, *De Syn.;* 6, 5, 2.

β) Propter coniuncta damna propria aut proximi, eadem communicatio illicita erit. Mala autem timenda sunt: auctoritas addita ad haeresim vel talsitatem, propagatio indifferentismi.Quae mala per se sunt multorum: quod in aestimanda excusatione observandum est.

γ) Lege dein positiva, propter bonum commune, severiores prohibitiones accedunt.

4. Can. 1258 § 1 haec habet: « Haud licitum est fidelibus quovis modo active assistere seu partem habere in sacris acatholicorum ». Iure itaque saltem positivo vetatur commercium istud in sacris acatholicorum etiam rite peractis, quod per se illicitum esse plures probati theologi et canonistae negant.

51. — **Corollaria.** 1. Ne quidem in mortis agone admittere licet ministrum acatholicum qui in ritu suo *acatholico* sacramenta etiam valido deferat seu ministret.

2. Extra periculum mortis, in quo secluso scandalo et altero deficiente, id licebit, vetamur ab acatholicis petere sacramenta *catholico* ritu administrata, v. g. baptismum; missam schismatici audire, communionem ex cius manibus recipere, eidem confiteri peccata nostra. Quare, nec patrinum agere licet in baptismo quem haereticus conferat: patrimis enim baptismum petit.

Excipitur *matrimonium,* quod, obtenta propter gravem causam dispensatione, cum acatholico contrahere permittitur, quamvis, si ambo baptizati sint, ambo coniuges, ac proin acatholicus, sint alter alteri ministri. Istud tamen coram ministello qua tali (secus si qua officiali civili) contrahere non licet. Quod si fiat, catholicus nec testis proprie dictus esse potest.

52.— **De praesentia mere materiali.** 1. Ex c. 1258 §2: «Tolerari potest praesentia passiva seu mere materialis, civilis officii vel honoris causa, ob gravem rationem ab episcopo in casu dubio

probandam, in *acatholicorum funeribus,* nuptiis similibusque solleinniis, dummodo perversionis et scandali periculum absit ».

In actibus ergo quos d'Ann. I, 110, mixtos vocat, quia civilis quoque officii causa obiri consueverunt, praesentia passiva propter gravem causam tolerari potest. Sed si, attenta qualitate personae, v. g. sacerdotis, vel adiunctis, honestas, propter scandalum, dubia evaserit, Ordinarius loci dubium dirimere debebit.

Dubium istud facilius occurret in funeribus mere civilibus eorum qui, catholice baptizati, sacramentajrespnerunt,"maxime si insignia damnatae sectae, simul exhibeantur, vel. quod peius est, ipsi feretro apponantur. Ipsa caerimonia non raro tunc in formalem impietatem desinit. Et patet in huius modi casibus catholici animi esse ut in abstentionem, quantum fieri potest, inclinemus. Exclusa impietatis significatione, de funeribus |mere civilibus valent dicta quae de funeribus acatholicorum.

Gravis assistentiae causa potest ipso famulatu praeberi, dummodo ne ita templum acatholicum frequentetur, utjfamulus vel ancilla videantur acatholici esse. Cfr. Lehmk. 1,809. Quare Gén. I, 200 et R/'P. WOUTEBS, *Xed. Kath. St.* 1919, permittunt ut ancilla catholica puerulum teneat dum a ministello baptizatur.

Passiva toleratur *assistentia.* Non licet itaque ipsis ritibus active cooperari. Non est tamen participatio ritus acatholici. genuflexio ante tabernaculum ubi verae sint hostiae consecratae, neque honor privatus redditus sacrae imagini B. M. V. neque etiam, ut nobis videtur, actus, in ‘se indifferens, qui ipsa urbanitate fere exigitur: ut si in templo caput detegas, assurgas eum alii assurgunt, ne sedendo iniuriosus aestimeris. Quare, in locis acatholicis, secluso omniJscandalo, visitatio Sanctissimi in ecclesia schismaticorum privatim peragi potest. Et si quis, ob gravem rationem, functioni funebri, cuius missa pars sit. assistat, reverentiam Christo praesenti debitam in consecratione et post consecrationem omittere non poterit, cavendo ut, quod ad cetera, satis a ministro se separet.

2. Etiam ubi gravis ratio deficiat, qui, secluso scandalo, periculo iidei et activa participatione, ex curiositate, functionibus acatholicorum intéressé, contionem observare voluerit, nihil grave per se commiserit, quamvis regulariter id non liceat.

Verum adiuncta severiorem prohibitionem suadere possunt. Sic Instructio Card. Vic. Urbis 12 pulii 1878, n. 5, strictissime prohibuit quo minus aliquis scienter, ex mera curiositate, aulas et templa protestantium

tempore collationum sou conferentiaruni ingrederetur ; et graviter peccare declaravit qui ex mera curiositate conferendas protestantium audirent, aut etiam pure materialiter caerimoniis acatholicis assisterent. Observes, in decreto isto, schismaticos non nominari.

53. — De monitione facienda eum interrogamur, et de bona lide non turbanda eorum qui in difficillimis adiunetis faciunt, sine periculo propriae ruinae, quae in se non licent, regulae generales applicandae sunt. Basque applicavit S. Officium 26 april. 1894 ad pueros qui in Russia ritus acatholicos participare adigebantur *(Ooll. P. F.* n. 1868).

Attente de istis punctis legenda sunt in *Coll. Prop. Fid.:* Instr. P. F. 1729, n. 311 ; et S. Off. 1752. n. 384; resp. 22 aug. 1900, n. 2093; et quae habet Lehmk. I, 809 ss.

§ 3. — Disputatio oum acatholicis, ET RELIGIONUM EXHIBITIONES.

54. — Non quidem ad investigandam veritatem sed ad eam aliis persuadendam vel ad eius honorem vindicandum, disputare de lide cum haereticis licet, quando ea sunt adiuncta doctrinae et personarum ut fructus saltem apud audientes sperari possit.

Quia tamen imprudens disputatio valde nocere potest, c. 1325 haec sapienter edicit : « (’aveant catholici ne disputationes vel collationes, publicas praesertim, cum acatholicis habeant, sine venia 8. Sedis, aut. si casus urgeat, loci Ordinarii ». lam saeculo XVII non semel respondit S. *O. de Prop. F.* se inconsulta, disputationes formaliter publicas ne quidem a clericis faciendas esse. Ct per se patet, prohibitio cessat cum aliud exigit necessitas aut, ut videtur, magna fidei utilitas, nec Ordinarius loci adiri potest. Nec raro hodie expediet verbo lepide dicto impiorum audaciam retundere ; minus tamen per se opportunum erit longiores coram testibus controversias admittere quae sine ulla quidpiam addiscendi intentione flunt: in his ipse amor proprius fructum impedit. Codex autem agit de disputatione quae ex professo ineatur de re dogmatica quam acatholici negent. Non attinguntur disputationes quae obiter, ex tempore, occasione data hunt, nec collationes privatae quae non ad vincendam personam sed ad eam convertendam diriguntur. De controversis scriptis solae regulae de censura scriptorum observandae erunt. Sic etiam Gén.-Salsm. I, n. 201, VI.

55. — Multo minus regulariter probandae videntur «imultaiieae quae dicuntur *exhibitiones religionum,* in quibus, ordine quisque suo, propria placita exponunt, et subinde, sine ulla confutatione, apologias aliarum doctrinarum placide audiunt. His enim per se *indifferentisinus* fovetur, et, specie saltem, veritas et ementitae religiones pari iure ac honore habentur. Cfr. epist. Leonis XIII ad Deleg. Apost. Stat. Foed. Amer. 18 sept. 1895 *(Xouv. Rev. Théol.* 28, p. 79). Huic assimilationi S. Sedes valde repugnat. Quare deer. S. Off. 4 iuL 1919 iussi sunt catholici abstinere societate ad procurandam christianismi ui/itatem, et evulgatae iterum sunt litterae 8 nov. 1865 de simili argumento (A. A. S. 1919, XI, 309).

SUMMARIUM.

56. — Praeter praescriptas fidei professiones, regulas Indicis, damnationes propositionum, legalia fidei praesidia sunt :

1. *Poenae* latae sententiae. 1. Apostatae et canonice haeretici qui culpando modo exteriorem haorosim etiam occulto proferunt, plectuntur excommunicatione quae, in foro interno, specialiter S. Pontifici reservata est. In foro tamen externo, reus delictum confitens a quolibet Ordinario loci vel delegato, servatis servandis, absolvi potest, ita ut postea a quolibet confessorio peccatum eius remitti possit.

2. Qui canonice sunt suspecti do haeresi, nisi emendentur intra sex menses, computandos a sententia quae, post monitiones, eos puniverit, poenas haereticorum contrahunt.

II.' *Communicatio cum acatholicis prohibita.* 1. Acatholici intelleguntur hic quotquot, baptizati vel non baptizati, extra Ecclesiam sunt propter sectam cui adhaeserunt. Formalis autem adhaesio non censetur ante pubertatis annos completa fuisse. Communicatio non omnem cooperationem, sed actionem communiter factam significat. Licita hodie por se est communicatio cum acatholicis in robus civilibus et in privatis orationibus. Sacra catholica active participaro, vel sacramenta (extra necessitatem periculi vitae) recipere acatholici non possunt, si matrimonium excipias. Ad mere assistendum sacris hodie admitti, innuo ad contiones audiendas, etiam attentis antiquis legibus, invitari possunt. Numquam licet sacramenta ritu acatholico recipere, vel sacra acatholicorum activo participare. Lege naturali non videtur per ho prohibitum no communices in sacris quao acatholici recte, sicut catholici peragunt. Id autem positiva lege votatur, extra mortis periculum, in quo sacramenta recipienda sint. Excipe quoquo matrimonium eum debita dispensatione contractum, quod tamen coram ministello, qua tali, celebraro non licet. Passiva praesentia catholicorum in sacris acatholicorum,

propter gravem causam, ab episcopo in casu dubio probandam, permittitur; inanio qui ex curiositate iis intersit, per se nihil grave committit.

2. Disputatio cum acatholicis de dogmate quod negant non potest </ *profeeno* iniri, praesertim publice, siue venia S. Sedis, aut, si res urgeat. Ordinarii loci (c. 1325, $ 3).

Nec, propter indifferentiami periculum, simultanea religionum exhibitio regulariter probatur.

TRACTATUS II.

DE SPE.

Utilitas. — Ex isto tractatu theologus moralis colligenda potissimum habet argumenta ad animos fidelium perpetua spe et fiducia erigendos et augendos, et criteria quibus vera desperatio et praesumptio theologicae virtuti contraria ab aliis eiusdem nominis peccatis discernantur.

Ordo dicendi is erit, ut prius spei notionem, necessitatem, usum ; dein peccata contra spem breviter exponamus.

TITULUS I.

Spei notio, necessitas, usus.

57. — I. Notio. Spes est *virtus theologica qua, innixi Dei bonitate, omnipotentia et Jidelitate in promissis, animo erigimur ad certam exspectationem beatitudinis et consequenter mediorum quae ad eam obtinendam necessaria sunt.* Spes in illa animi erectione et firma exspectatione formaliter consistit. Non speramus autem nisi quod cognovimus appetibile et consecutionis possibilis etsi difiicilis. Quare spes esse dicitur *boni futuri, ardui, possibilis* (S. Thomas, Q. *De Spe* art. 1). Infinita Dei perfectio, qua Ipse creaturae summe convenit, edicit ut sit summe concupiscibilis. Simul autem est in se omnino nobis impervius. ita ut spes possidendi Deum nullatenus nostris viribus vel actionibus, sed tota auxilio divino inniti debeat. *Formale* itaque spei obieetum. seu motivum cui innititur est Dei Omnipotentia, Summa Eius Bonitas relativa. Einsque fidelitas in promissis. Merita vero nostra sunt, si adulti simus, condicio consecutioni rei speratae apposita. Perfectius porro sperat qui, in statu gratiae, merita actu habet, quam qui futura tantum acquirere proponit (S. Tn. 1, 2, q. 65 art. 4). Beatitude aeterna, seu Deus beatificans est spei obieetum *materiale primarium;* media seu auxilia necessaria sunt eius obieetum ma·

teriale *secundarium*. Beatitudo ista spem directe terminat ut est *obiectiva,* seu Deus in se possidendus; simul tamen in obliquo intenditur *subiectiva* felicitas eius possessionis.

Deus autem non concupiscitur a sperante ut medium fruendi alio bono sed ut ipsum bonum quo sperans frui desiderat; atque amor Dei ut relative boni amorem quo Deum amemus propter se minime excludit; sicut divina amabilitas quod ad nos, infinitam amabilitatem Dei in se et propter se minime tollit, sed praesupponit.

Spes praesupponit *Jidem :* convenienter apprehendendum est quod speramus et cur speramus: theologice exspectare nequeo quod theologice ignoro. Inchoatur in theologico affectu seu amore obiecti sui primarii seu Dei, quatenus is lumine fidei cernitur et creditur esse nostrum bonum supremum, infinite appetendum. Veram et rei proportionatam ambitionem huius boni spes nobis formaliter dat. Quatenus ad bonum tam arduum assequendum nos erigimus, spes est insignis Christiani magnanimitas ; quatenus id audemus nixi promissione divina et Deo fidentes, spes est Deo gloriosa; quatenus libera voluntate invitanti gratiae Dei cooperamur, spes est nobis maximi meriti.

Per spem, participamus immutabilem voluntatem qua Deus amat et vult suam beatitudinem ; iimno anticipatam quandam tantae beatitudinis possessionem nobis confert; quo sensu Paulus nos « *spe gaudentes* » (Rom. 12, 12) dicebat. Ex parte Dei, certa est sperati boni consecutio: inde spei firmitas; ex parte nostra, per accidens deficere potest: inde timor et tremor quocum, ex Apost. (Phil. 2, 12), operanda nobis est salus nostra.

Ipsa fiducia est « spes roborata ex aliqua firma opinione»; est modus quidam et perfectio spei (2, 2, q. 129 art. 6, ad 3).

Varia quae de obieeto materiali et formali spei controvertuntur praelectionibus dogmaticis permittimus.

58. — II. Spei necessitas. Sine spe nulla caritas esse potest, cum naturae nostrae repugnet ut amemus quod nullo modo sit bonum nostrum. Ergo et habitus spei, pars est essentialis iustificationis pro omni homine, et actus spei habet in adulto necessitatem tum medii tum praecepti.

Praeceptum istud obligat *per se,* seu ex virtute spei: 1. Sub initio vitae moralis, tamquam pars conversionis voluntariae ad Deum, finem nostrum (sic S. Tn. 1, 2, q. 89 art. 6; sed cf.

'Ball-Palm JI, 122); —2. Ad recuperandum habitum spei, qui. per actum desperationis seu spei repugnantem, amissus fuerit; — 3. Ad vincendam tentationem desperationis, si fuerit medium necessarium; — 4. Ut plures volunt, circa finem vitae, ubi homo conscius, quasi necessaria propensione aspirabit ad caelum, nisi caelum contemnat;—5. Interdum in vita. Quotiens? Id definiri nequit. Sed in implendis vitae Christianae officiis actus numero sufficientes non deerunt. Cf. dicta de fide.

Idem spei praeceptum obligat *per accidens:* 1. Quotiescumque imponuntur actus qui *mrtualem* usum spei continent: oratio, paenitentia, caritas; — 2. Quando tentatus homo in proximo consensus periculo versatur, nisi animum spe erigat: si tamen huius conexionis sit conscius.

59. — Detractores fidei catholicae gratuitum virtutis amorem praedicant, et veram honestatem moralem negant actionis quae timore inferni ve! spe praemii aeterni imperetur. In qua sua impugnatione primo <le vera natura spei et timoris turpiter decipiuntur. Theologicam spei essentiam jiror.-u> praetermittunt; pro vulgari cupidine habent sublimem participationem anticipatae beatitudinis divinae: bonum concupitum seu praemium detrudunt ad summam sed vulgarem quandam delectationem, dum agitur de ipsa intrinseca et supernaturali hominis perfectione; affectum supponunt humanum, dnm est communicatio sanctissimi istius amoris quo Deus amat suam beatitndinem. Ignorant dein vel ignorare tingunt, catholice non honestari timorem *serviliter servilem,* sed eum tantum qui affectum ad peccatum excludat: nec spem laudari vel immo subsistere cum exclusione inotivi superioris qui est amor. Ipsi vero sua gratuitae virtutis praedicatione peccant in naturam humanam, quae invincibili tendentia nihil amaro potest nisi quod aliquo modo sit bonum suum; logico damnaro doberont omnia socialia instituta quae, ad coercendos malos ot bonos stimulandos, poenas delictis, ot bene facti» iustam mercedem promittunt. Quocirca eorundem praedicatio perfecte sterilis demonstratur.

Quanto felicius insignis isto hortator perfectissimae caritatis, S. l'ai i.rs. oculos athletae Christiani intentos roddit in caeleste bravium, dum eidem fidem inculcat quae per caritatem operatur. Inde hanc formulam actionis ut Paulinam commendat R. P. Bover S. I. *(La asoética de S. Pablo,* p. 90): « Fide» per caritatem propter spem operatur ».

SUMMARIUM.

60. — 1. *Spes* est *virtus theologica qua, innixi Dei bonitate, omnipotentia et fidelitate in promissis, animo erigimur ad certam exspectationem beatitudinis, et consequenter mediorum quae ad eam obtinendam requiruntur.* In illa animae ere-

ctione et firma exspectatione, spes *formaliter* consistit. Relativa Dei Bonitas anxiliatrix, Eius Omnipotentia et Fidelitas in promissis, obiectum eins *formait* constituunt. Deus beatificans, connotans beatificam visionem, est eius *obiectum materiale primarium,* dum *secundarium* in mediis scu auxiliis necessariis consistit. Spes fidem praesupponit atque in theologico affectu seu amore Dei (caritate imperfecta) inchoatur. Est simul Deo gloriosa, nobis magnanima et meritoria. Ex parte Dei *certa* est boni sperati consecutio, quae ex parte nostra, per accidens, deficere potest.

Fiducia est modus quidam et spei perfectio, quatenus est spes ex aliqua firma opinione roborata.

II. Cum sine spe nulla caritas esse queat, eius habitus est essentialis pars iustiticationis ; einsque actus habet in adulto necessitatem medii et praecepti.

ITT. Praeceptum obligat *per m·* et *per accidens,* fere sicut de fide dictum est, nisi quod controvertitur obligatio actus spei statim ab usu rationis. Cf. Ball.-Palm. II, 122.

IV. Cum Deo ipso frui velimus et amor Dei, ut nobis boni, minimo excludat, immo praeparet, amorem Dei propter se, spes in nullam reprehensionem cadere potest. Praedicatores gratuiti virtutis amoris ignorantia decipiuntur, atque in naturam humanam peccant.

TITULUS II.

Peccata contra spem.

61. — I. Spes violatur desperatione, qua voluntas deliberate cessat a beatitudinis persecutione, quam sibi moraliter impervíam vel neglegendam existimat: sive de auxilio divino ad superandas difficultates necessario, sive de misericordia divina propter peeeata sua. obstinate saltem dubitet, sive nimium aestimet laborem exantlandum, ac praemium fastidiose contemnat.

Desperatio directe fiduciae in Deum opponitur, Huic est iniuriosa, ac proin mortalis est ex toto genere suo. Saepe tamen, v. g. in gravi tristitia, imperfectio actus a gravi excusabit.

62. — IL Non defectu, sicut desperatio, sed malo excessu, homo praesumptione in spem committit.

Praesumptio, in genere, dicit fiduciam (piandam de re antequam eveniat vel evenisse cognoscatur. Sensu « peiorativo » et recentiore, est fiducia non fundata. Quatenus autem vana fiducia vitam nostram moralem aliquo pacto sustentamus vel informa-

mus, inordinate agimus; peccamus imprudentia et temeritate variae gravitatis et speciei pro quantitate et specifica qualitate mali cui exponimur.

Hinc distinguenda est praesumptio *contra apem* theologicam, et praesumptio *praeter istam spem:* (piae praesumptio etiam vulgaris vocari potest.

Praesumptione contra spem, homo propriis viribus beatitudinem supernaturalem obtinere contendit; vel tribuit auxilio Dei (piod ei non convenit, cum veniam sine paenitentia, gloriam cum finali perseverantia in peccato sperare audet.

Primum praesumptionis genus formale spei obiectum removet: alterum mutat eius obiectum materiale, quasi (pii credere velit obiectum non revelatum. Ambo haec genera mortalia sunt ex toto genere suo. Ac S. Thomas gravius aestimat velle spem exercere in obiecta falsa, (piam suis viribus potius quam divino auxilio confidere.

Pulchre S. Thomas graviorem quam praesumptionem dicit *desperationem,* (plia dare caelum, Deo secundum se, punire autem solum secundam peccata nostra convenit (2, 2, q. 21, art. 2, c.).

Peccata proprie dictae praesumptionis vix umquam committuntur.

63. — *Practice,* nomine praesumptionum, homines accusant malas confidentias, quibus nimia a se, etiam cum gratiis divinis, exspectant atque ita pericula temerarii adeunt, vel. longanimitate divina abutentes, paenitentiam differunt, vel peccatum ad peccatum addunt, quia tria peccata aeque facile atque unum accusentur. vel Dens non minus promptus sit ad plura quam ad unum peccatum condonandum, etc.

In huiusmodi actibus nullatenus niti cogitant promissione divina seu exercere spem theologicam. Quare praesumptiones istae non sunt contra spem sed praeter spem: homines isti peccant *temeritate* contra caritatem ad seipsum. et ingratitudine in Deum. Pro natura et gravitate periculi cui se committunt, peccabunt graviter vel venialiter. Propositio: Deus aeque tria sicut unum peccatum condonat, sane de se est blasphema, quasi Deus numerum peccatorum non curet: sed ad blasphemiam istam parum attenditur. Observes quoque, bonitatem seu misericordiam divinam non assumi tamquam motivum peccandi, sed potius a peccato tunc non prohibere (Cf. Leiimk. I. n. 436).

Genus quoddam praesumptionis committitur, ex gravitate periculi vel mali aestimandum, cum vires suas nimium aestimans quispiam se in periculum peccandi conicit; vel cum quaedam praeter ordinationem divinam exspectantur: v. g. valetudo sine usu medicinae. Pro gravitate periculi vel mali, peccatum erit grave aut leve (Cf. modo dicta).

64. — III. Desperatio summo gradu continetur certo quodam odio Dei, quod dicitur *abominationis,* quo Deus nobis displicet tanquam infensus propter vindictam peccatorum, ita ut homo felicitatem suam iam in Deo non ponat.

Verum, peccatum istud, potius quam ipsi spei formaliter, adversatur dilectioni Dei quam quidam vocant *amorem spei.* Dilectio ipsa ad ipsam animi erectionem, (piae formalis spes est, praesupponitur, et melius ad caritatem (utique imperfectam) refertur.

65. — Mortale est sperare sive amare magis, amore concupiscentiae. terrena haec quam caelestia: puta aliquem ita comparatum esse ut perpetuo in hac vita degere cupiat, et Deo relinqueret caelum si sibi terram relinqneret. Plerumque tamen verba haec mortalem istam repudiationem boni caelestis prae terreno non continent, sed meram velleitatem exprimunt, quae magnum affectum ad praesentem vitam, vel timorem mortis ob incertam salutem, vel etiam defectum vivae fidei et naturalem quandam haesitationem de vita futura significant.

66. — Omni peccato quo perit ipsa fides, spes concomitante!· adimitur. Praeterea amittitur *desperatione :* sive bonum divinum tamquam non desiderabile contemnas, sive non iam confidas bonum illud tibi esse pervium; ac duabus rationibus proprie dictae *praesumptionis* (cf. n. 62): haec sunt spei theologicae directe opposita.

67. — Quaeres, quomodo peccet qui spem suam applicet ad obiecta quae Deus dare nullo modo possit: malum morale, res indifferentes, qua tales. Si velit ipsum spei theologicae motivum ad haec impetranda appellare, tribuendo promissioni divinat (piod omnino non convenit, contra ipsam spem, ut diximus, n. 62, peccarit, peccato quod cum habitu spei componi minime possit. Cf. 2, 2, q. 21 art. 1 ad 3. Si vero mere Deum pro ista re ora-

verit. nullam promissionem divinam appellans, tunc obiectuni malum inoraliter ab indifferenti distinguendum est: graviter, non contra spem sed contra religionem peccaverit qui Deum oret ut ipsum in malo morali adiuvet. Peccatum istud ad genus superstitionis ascribendum est. Addas obiective blasphernum esse ut Deum supponas malo morali faventem. Non peccant autem qui mere oraret ut physice incolumis evaderet, post malum patratum; nec qui in ipso peccati actu misericordiam Dei imploraret. Quamvis etiam inordinatum sit indifferentia, qua talia, postulare, cum Deus omnia velit et det ut ad salutem nostram ordinem dicunt, id tamen grave esse non censemus.

SUMMARIUM.

68. — I. *Contra spem peccatur:* 1. *desperatione,* qua quis a persequenda beatitudine cessat, sive de auxilio divino, v. g. post commissu peccata, saltem dubitet, sive ipsum praemium caeleste fastidiat : haec est desperatio minu- proprie dicta; — 2. *praesumptione,* qua quis vel propriis viribus vitam aeternam obtinere tentaret, vel auxilio Dei tribueret quod ei non convenit: veniam sine paenitentia, gloriam eum finali perseverantia in peccato. Tam desperatione quam praesumptione, formale spei obiectuni removetur ipsaqm- spes amittitur. Ista autem praesumptio vix committitur: desperatio'Iıoη ra.ro ipsa actus imperfectione a gravi peccato excusatur.

Nomine vero *praesumptionum,* plerumque veniunt plures malae confidentiae quae pro vario gradu, conscientia et creato periculo, grave vel leve peccatum esse possunt.

Grave contra ipsam spem foret motivis spei deliberate niti ad petendum a Deo quae Deus dare nequit prae infinita sanctitate sua: malum morale, indifferentia qua talia; ac grave quoque est contra religionem, auxilium ad malum morale (aliud foret ad evadendum incolumem) a Deo simpliciter postulare.

II. Spei opponere solent *odium* quodpiam Dei. conceptum ex occasione iustitiae qua Deus peccata punit. Potius tamen peccatum istud adversatur caritati imperfectae quae ipsi spei praesupponitur.

III. Gravis foret repudiatio boni caelestis prae terrestri; sed verba quibus quis optare videtur ut semper in hac vita degat potius continent venialem inordinationem nimii ad praesentem vitam affectus, vel nimii timoris mortis, vel non satis vividae fidei.

TRACTATUS III.

DE CARITATE

Divisio tractatus. — Tractatus iste principalis de caritate theologali liane naturalem divisionem admittit ut, post generalem virtutis conspectum, de caritate ut est amor Dei et de caritate ut est amor nostri et proximi successive agamus.

TITULUS I.

Caritatis notio, sublimitas, ambitus, facilis exercitatio.

Utilitas. — Id theologo morali maxime usu venit, ut percepta virtutis notione, quam nobilis et simul quam facilis sit caritatis actus fidelibus suadere possit.

69. — I. Notio, sublimitas, ambitus. Novae et ineffabili communitati qua, ex nostra supernatural! vocatione, unum cum Deo et proximo efficiemur in immediata Dei possessione beatifica, respondet nova virtus, operativa simul et unitiva, qua Deum et. in Deo, omnem proximum nobiscum diligimus sicut, attento praesenti ordine, diligere oportet; quemadmodum per spem, beatificam illam possessionem intendimus et exspectamus, sicut tantum bonum exspectare oportet; quemadmodum per fidem, Deum credimus et in Deum revelantem credimus, sicut oportet.

Itaque, definitur theologica caritatis virtus: *habitus supernaturalis, infusus, guo valemus ad Deum, tamquam infinite in se bonum, amandum suprema amicitiae dilectione, et nosmetipsos et proximum propter Deum*. In definitione *istu,formale* caritatis obieetum esse demonstratur infinita Dei bonitas in se-ipsa, amabilitas ista quam Deus patefacit bonitatem suam intuenti; duplex assignatur obieetum *materiale: primarium,* qui est ipse Deus infinite in se bonus; *secundarium,* quod ipsi sumus, cum proximo. A Deo, ad nos et ad proximum fit quaedam extensio seu diffusio amoris:

[«!).]

nos et proximum diligimus quatenus ad partecipandam divinam naturam vocati sumus. Dilectio ista est *amicitiae,* quatenus est mutuae benevolentiae fundatae in communicatione beatitudinis divinae et aeternae. Haec communicatio enim, quamvis non sit· *motivum* caritatis, est tamen condicio necessaria ut Deum supremo benevolentiae amore amare possimus, et ut amor iste sit *amicitiae.* Est simul *suprema,* non solum quatenus, in aestimatione nostra, Deus, bonitate sua, infinite superat omne bonum creatum, verum etiam quatenus, fundata in supernatural! cognitione fidei et in supernatural! ardore spei, dilectio ista donatur virtute (piae obiecto quadantenus proportionate est: diligere incipimus Deum quasi Eum videamus.

Caritas, ut omnis vera dilectio, *amat, unit, operatur. — Amat,* sed affectu qui imitatur infinitum amorem quo Deus amat Bonitatem suam et in hac quidquid extra Ipsum amabile est: et sic purior ac sublimior affectus excogitari nequit. — *Unit* nos cum Deo et proximo: per sanctam illam amicitiam, pervenimus ad quandam communionem causae et unitatem cum Deo, quae nos divinizat; per eandem amicitiam homines perfectissimo vinculo inter se conjunguntur: fit ut bonum singulorum fiat bonum omnium. et sic de omni bono universale praeparatur gaudium; fit ut malum singulorum fiat malum omnium, et sic universali beneficentiae datur initium. — *Operatur,* coniungendo nostram voluntatem cum voluntate divina: et sic ad apicem perfectionis nos perducit; operatur, stimulando omnem bonam actionem: et sic evadit maxime fecunda.

Nihil magis *gloriosum Deo* praestare possumus, quam ut Eum perfecto amore amemus; nihil magis *nobis meritorium,* quam ut libero voluntatis conatu bonum divinum affectu et effectu amplectamur; nihil magis *utile proximo,* (piam ut ipsum eodem quo nos et Deum amore comprehendamus.

Sine caritate nihil plane meremur: et sic omnis meriti radix est caritas; per caritatem qua ipsi Deo eoniungimur opera nostra ad Deum perveniunt: et sic, qua meritoria, opera nostra perficiuntur caritate, (piae omnium virtutum fit forma.

Nulla virtus in nobis, magis quam caritas, est *formaliter (lirina.* Deus enim, qui se intuetur et sibi praesens est, formaliter

lx) Relativa Dei bonitas condicio est amoris benevolentiae quem etiam in ordine naturali erga Deum qua servi fovere deberemus; bonitas progressa usque ad communionem vitae beatae filiali amori amicitiae locum dat.

nee credit nec sperat. Tam fides quam spes defectum conotant sive visionis sive praesentiae Dei; sed in formali caritate, convenimus cum Deo.

Inde caritas est virtus aeterna: «Caritas numquam excidit» (1 Cor. 13, 8).

Nulla exercitatio magis praecepta est quam caritatis, ad quam omnia praecepta sicut ad finem diriguntur. Et simul nulla magis est libera, cum caritas ultroneo motu omnia praecepta impleat, ita ut lex dicatur ipsi non esse posita (Cf. 1 Tim. 1, 9).

Nihil affectu sublimius, nihil effectu fecundius.

Regina virtutum, caritas omnibus aliis tamquam subordinates instrumentis utitur.

Et quatenus universum mundum cum Deo ad magnificam unius obiecti amati unitatem redigit, caritas est laetitia, splendor et perfectio universi mundi creati.

70. — Nomen. Vi ipsius vocis, *caritas* (gr. αγάπη), nobilius quam amor nominatur. Affectum enim designat qui a) proprius est hominis, hic in terris, dum amor (gr. ερω), etiam de brutis praedicatur; ὐ) magis procedit ex ratione etexiusta personae amabilis aestimatione quam ex impetu passionis, unde nascitur amor.

71. — II. Facilitas. Ne tamen sublimem istam caritatis exercitationem lingamus nobis *difficilem*. Ex toto impervia nobis sine Dei auxilio, spontaneus fit eius usus ab iis qui spiritum adoptionis receperunt, i. e. eorum qui, actu a peccato gravi aversi, infusum caritatis habitum possident. Quid enim sufficit, ut. tilii Dei effecti, Illum caritate actuali diligamus? Sufficit ut Deum non solum concupiscamus, sed vere amemus, « sicut homo amat amicum » (2, 2. q. 17 art. ‹8, c). Ad hunc autem amorem nonne cogimur, (piando, a servitute peccati immunes, consideramus vel divina beneficia, tam ea quae accepimus quam ea quae exspectamus. vel passionem Christi cui ea referimus accepta? Spes ipsa, ait ibidem S. Thomas, caritatem introducit (l). Et quae gratia facere iubet, ipsa adiuvat ut facere possimus.

(xl Gratitudo enim, quamvis receptis beneficiis formaliter imperetur, et sub hoc respectu ad amorem concupiscentiae pertineat, gratum hominem quasi ultro impellit, ut in ipsis beneficiis ipsam largientis bonitatem amet, quod est proprium caritatis (Ci. Billot, *Dt caritate. Dt praecutis caritatis,* p. 427).

Proprium quo pie est amantis ut unionem cum amico affectet. Quare desiderium possi dendi Deum, nisi explicite ad propriam consequentem felicitatem detrudatur, est *practice* actus caritatis. Cf. S. Alph., l 2, n. 24

Immo Deus, in omni online, est tantopere bonum omnis creaturae, ut secundum S. Thomam (1, q. 60 art. 5; 1, 2, q. 109 art. 3; 2, 2, q. 26 art. 3), omnis creatura naturaliter amet Deum plus quam se ipsa. Ceterum, non possit magis et melius amare se quam amando Deum, a cuius bonitate bonitas omnis creata essentialiter pendet. Verum, in ordine naturali, amor inter Deum et hominem non fuisset amor amicitiae, qui postulat quampiam aequalitatem sive naturae sive gratiae, ac proin communicationem in eadem vita.

N. B. Plura quae de caritate controvertuntur theologiae dogmaticae definienda permittimus. Iam de utroque materiali caritatis obiecto: Deo et proximo, distincte agendum est.

SUMMARIUM.

72. — I. *Theologica caritas* est *habitus supernaluralis, infusus, quo capaces efficimur Deum, tamquam infinite in se bonum, conaturalitcr amandi supremae amicitiae dilectione, et nosmctipsos et proximum propter Deum.* — *Formale* caritatis obiectum est infinita Dei bonitas ac proin amabilitas in so ipsa; *materiale* obiectum primarium est ipso Deus; secundarium: nosmetipsi cum proximo: hos diligimus ut actu vel potentia participes divinae naturae; *condicio* est communicatio beatitudinis divinae et perpetuae; *natura* est *amicitia,* fundata in hac communicatione, seu communione in eadem vita; *gradus* ost supremus.

II. Caritatis *amore,* imitando amorem quo Deus Bonitatem suam amat, et in Hac, quidquid amabile est, *unum* cum Deo et proximo efficimur; et, coniuncta voluntate cum divina, omne bonum *operamur.* Quare nihil magis Deo gloriosum, nihil magis nobis meritorium, nihil magis utile proximo quam exercitatio caritatis: sine qua nihil moremur et quae omnium virtutum fit forma. Nulla exercitatio est magis praecepta. Nulla virtus est magis formaliter divina et aeterna; est laetitia, splendor et perfectio mundi creati. — Nobilius quam nomen amoris, est ipsum *nomen caritatis.*

III. Nec iis qui a servitute peccati immunes sunt et infuso habitu sunt donati, exercitatio eius fit difficilis. Sufficit amaro Deum sicut homo amat amicum. Qui affectus ipsis beneficiis obtentis et speratis praeparatur: bonitas benefactoris in ipsis donis diligitur. Cf. Billot, *De caritate, De praeceptis caritatis,* p. 427.

TITULUS II.

De caritate ut est amor Dei.

Utilitas. — Duo potissimum in hoc titulo nobis attendenda sunt: quomodo praecepto amandi Deum satisfiat, et qua ratione timor servilis et desiderium beatitudinis cum amore filiali componantur.

73. — I. Praeceptum. Dominus in Evangelio, S. Mare. 12, 30, tamquam maximum et primum mandatum promulgavit praeceptum diligendi Deum, idque verbis Deuteronomii, 6, 5: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua ». Cfr. S. Matth. 22, 37. (Apud Hebraeos, cor significat intellectum et affectum.) Verba ista praedicant nobis amorem affectivum et effectivum, amorem totius hominis hac ratione plenum, ut nihil quod ab amore Dei discordet admittatur. Cfr. citatos scriptores a Knabenbauer in allegatos locos. In his itaque locis, non praecipitur amor *intensive* summus. Is talis est ex subiectiva vi affectus, potissimum quatenus amor sensibilis cum amore voluntatis concurrit: quae intensitas maximopere decet, quantum est in nostra potestate. Sed solus praecipitur amor Dei *apprêtiative* summus, seu ex aestimatione indicii, ita ut nullam creaturam Deo anteponamus et omnia potius quam Deum perdere malimus.

74. — Praecepti exsecutio. Sicut de fide dictum est, caritas, praeter actum suum formalem, reperit in actibus qui affectum illum supponunt, exercitationem quasi virtualem qua praeceptum caritatis impleri potest.

Porro urget praeceptum caritatis *per se:* sub initio vitae moralis, ut nos convertendo ad Deum, ad ipsum finem nostrum nos dirigamus (cf. tamen dicta n. 58); — si tentatio odii Dei aliter superari nequeat; —ut plures volunt, in fine vitae; — frequenter in vita. Quotiens? Alii dicunt semel in anno, alii semel in mense, alii singulis dominicis et festis. Redeunt dicta de actu fidei et spei. Quisnam Illius interrogat quotiens affectum suum ad parentes actu demonstrare debeat? Neque ipse neque alius numerum definire possit. Verum, bonus filius satis habet affectum fovere qui multis actuum occasionibus libentissime utetur; minus bonus autem de ista frequentia nullam sollicitudinem gerit.

Ex alia virtute, *seu per accidens,* actus caritatis fieri debebit, si reconciliatio cum Deo procuranda est, nec copia est sacramenti quocum attritio sufficiat; — si tentatio contra diversam virtutem aliter superari nequeat.

Actum caritatis implicite seu quasi virtualiter exercet qui orationem dominicam ex animo recitat, qui gaudet de divinis perfectionibus, qui optat ut nemo Deum offendat, qui dolet de offensis Deo per alios irrogatis, qui cupit ut omnes Deum colant, qui vitat-qieccata quia Ipsi displicent, etc. Gury-Ball.—Palm., I, n. 219.

In hac re, neqnentos propositiones damnatae sunt ab Innoc. XI : 5. « An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condamnare non audemus ». — 6. « Probabile est, ne singulis quidem rigoroso quinquenniis per se obligare praeceptum caritatis erga Deum ». — 7. « Tunc solum obligat, quando tenemur iustificari, et non habemus aliam viam qua iustificari possimus » (2 mart. 1679 — *'Dens.* n. 1155, 1156, 1157). — Antea, Alexander VII, 21 sept. 1665 *(Denz.* n. 1101), hanc proscripserat: «Homo nullo umquam vitae suae tempore tenetur elicere actum fidei, spei et caritatis ex vi praeceptorum divinorum, ad eas virtutes pertinentium». (Propositiones damnatae sunt *ut minimum tanquam «candaloxuc;* priores etiam *ul in praxi perniciosae.)*

Res itaque practice huc redit, ut fideles ad frequentes actus caritatis eliciendos, ad agendum in spiritu amoris et ex motive amoris hortemur, et graviter aegrotantibus actus caritatis suaviter inculcemus.

75. — Caritatis necessitas. Habitus caritatis est *in re* necessarius necessitate *medii.* De actu caritatis perfectae idem stricte dici nequit, cum sacramentum paenitentiae habitum caritatis restituat, et, quamvis quasi virtualem usum fidei et spei postulet, sine actu caritatis perfectae fructuose recipi possit.

76. — Peccatum odii Dei. *Mortale* et gravissimum omnium est, Deum O. M. formali inimicitiae seu malevolentiae odio prosequi, ut si quis optet Deum non esse vel attributo quopiam privari, v. g. scientia, potentia, etc.

77. — Timor inferni et amor beatitudinis. Veccaminosa quidem foret praesens intentio peccandi si non foret infernus (timor serviliter servilis); aut non amandi Deum nisi esset praemium

beatitudinis; sed non peccat qui, dum actum caritatis elicit, ipsam beatitudinem pro fine operantis habet. Non ideo enim Deus ap· pretiative minus diligitur. Nonne omnis actus rectus, qualis est spes, iam per se in Deum tamipiam finem supremum dirigitur.' Nonne S. Thomas (in h. 1.) de ipsa spe theologica intellegit dictum a S. Paulo: Caritas... « omnia sperat » (1 Cor. 13, 7)? Nonne S. Paulus haec magis expresse probat: « Audientes *fidem* vestram in Christo lesu, et *dilectionem* quam habetis in sanctos omnes, *propter spem* quae reposita est vobis in caelis» (Col. 1, 4.5)?

Contra, reprobatae sunt ab Alexandro VIII interdamnatas et prohibitas, 7 dec. 1690, *tamquam temerarias, scandalosas, male sonantes, iniuriosas, haeresi proximas, haeresim sapientes, erroneas, schismaticos et haereticas respective* propositio (piae negabat timorem gehennae esse supernaturalem (prop. 14. *Denz.* 1305), et ab INNOOENTIO XII. 12 mart. 1699, inter damnatas et reprobatas... *tamquam temerarias, scandalosas, piarum aurium ofi'ensivas, in praxi perniciosas, ac etiam respective erroneas,* propositiones (piae vitiosum dicebant intuitu beatitudinis operari *{Denz.* 1327. 1331. 1332).

SUMMARIUM.

78. — I. Speciale praeceptum diligendi Deum *pleno* amore *affectivo* et (in dispositione) *effectivo,* ideoque *appretiative* non intensive summo. Dominus ipse, in Ev. S. Marci 12. 30, ut primum et maximum mandatum promulgavit.

Praeceptum istud urget *per se,* secundum S. TlIOMAM, sub initio vitae moralis, et. ut plnros volunt, in tine \itae; dein, si tentatio odii Dei aliter superari nequeat; tum frequenter in vita: frequentia quae theoretice definiri non potest, practice vero a pio homine abundanter procuratur. Per *accideux* urget, cum, deliciente copia sacramenti paenitentiae, reconciliatio cum Deo procuranda est, vel si tentatio contra aliam virtutem superari alio modo nequeat.

II. Caritas autem, praeter suos formales act us, quasi virtualiter exercetur in actibus qui caritatis affectum supponunt.

III. *Habituu* caritatis est *in ve* necessarius necessitate medii.

IV. Gravissimum omnium peccatorum est *odium* malevolentiae quo quis Ileum persequeretur. Non ipsa *praevitio* peccati futuri, sed praesens intentio peccandi nisi esset infernus, peccaminosa foret; nec peccat qui, dum caritatis actum elicit, ipsam beatitudinem pro fine operantis habet.

TITULUS HL

De caritate ut est amor nostri et proximi.

CAPUT I.

Varia dilectionis seu amicitiae ratio, universalitas, ordo.

Utilitas. — Plurimum refert distinctam do ordine caritatis rationem nobis comparare, ac conaturalem concordiam inter amorem nostri et ainorein proximi probe intellegere.

79. — I. Varia ratio. 1. Quia omnis amicitia in quadam vitae communione fundatur; quot sunt communiones tot erunt genera amicitiae. Ineffabilis communicatio qua, supernatural! gratia sanctificante, in vita divina communicamus, amicitiam fundat simul maxime sublimem, cum sit caritatis cuius obiectum primarium est ipsa Bonitas divina in se; et maxime universalem, cum ipsos puros spiritus nobiscum et cum proximo coniungat.

Communicatio *in natura* universalem hominum quos Deus infernali degradatione non punivit, societatem et amicitiam gignit.

Praeterea inaequales coniunctiones inter creaturas rationales initium ducunt ab inaequalibus communicationibus in aliis bonis: utpote in familia et in civitate.

Coniunctiones quae in inferioris vitae communione nituntur, tum ex caritate, tum ex benevolentia minus altae honestatis observari possunt.

Cum enim a sapientissimo Deo praevisae et volitae sint, ipsa caritas earum observantiam praecipit. Integrant ordinem caritatis, potius quam legi caritatis repugnent.

Atque honeste colendo varias inferioris ordinis amicitias, exercemus virtutes caritate quidem inferiores, sed (piae tamen, in homine iusto, suo proprio merito non carebunt. Bifariam itaque legitimas coniunctiones observare possumus: quatenus in ipsa caritatis exercitatione ad illas attendamus; et quatenus ex motive.» inferiore lideles amici demonstremur.

2. Nulla vera dilectio in sola *exteriore* actione consistit: bonam et utilem actionem etiam brutis, inuno plantis, honeste praestare possumus.

Quare, pro varia exercitatione, distinguere possumus dilectionem *cordis,* seu *interiorem; oris,* seu quae est in *significatione ;* et *operis,* quae est in *beneficentia.* Quae distinctio in ipso caritatis ordine attendenda est.

80. — II. Caritatis universalitas. Praeceptum est diligendi *proximum* etiam *affectu.*

Proximus est sola et quaevis creatura rationalis, exceptis damnatis. Hi enim, sicut creaturae irrationales, excluduntur beatitudine in cuius communicatione caritas innititur. — Etiam *affectu* diligendus est. Nulla enim est vera dilectio quae mere sit exterior. Praeterea, ab interna benevolentia proficiscitur actio benefica quam erga nos exercemus. Ex Christi ore autem secundum praeceptum simile primo, his verbis excepimus: « Diliges proximum tuum sicut te ipsum ». Ergo generali benevolentiae affectu omnis proximus fovendus est.

Huc faciunt ambae propositiones 10 et 11 damnatae ab Innoc. XI 2 mart. 1679, inter damnatas et prohibitas, ut minimum tanquam ſcanda loses et in praxi perniciosas: « Non tenemur diligere proximum actu interno « et formali ». — « Praecepto diligendi proximi satisfacere possumus per «solos actus externos» *{Dcnz.* 1160. 1161).

2. Illud officium non postulat ut formales actus universalis amoris eliciamus. Satis est ut, pro occasione data, bonum vel malum cuiuslibet proximi quod noverimus, excitet in nobis aliquod gaudium approbationis vel aliquam compassionem, quae demonstrent generalem quampiam benevolentiae dispositionem seu sympathiam. Se manifestat quoque et exercetur generalibus orationibus, v. g. *Pater Noster,* Are *Maria,* unde neminem excludamus.

81. —III. Caritatis ordo. 1. *Praenotanda.* Inter rectum *amorem nostri et proximi* nulla *per se* est oppositio, sed, contra, mira concordia. Non possumus melius amare proximum quam recto nostri amore, quo fimus perfectiores ac proin potentiores ad proximum iuvandum. Immo, propter bonorum communitatem quae amicitiam consequitur, bonum nostrum iam est bonum proximi, saltem cum de iis veris bonis agitur quae non ita dividenda sunt, ut quo plus unus recipiat eo minus alteri competere queat. Ac rursus, amando proximum nos amamus, eum rectus amor proximi sit meritorius. Dum igitur proximo bona spiritualia procuramus, nostro bono spirituali nullo modo per se nocemus, et a meliore

proximo plura subsidia exspectare possumus. Si vero, pro proximi utilitate, bona nostra temporalia, immo vitam neglegimus, detrimentum istud ordinis inferioris compensatione boni superioris abunde redimitur (2,2, q. 26, art. 4). Unde sibi eligit maius bonum, ac proin magis se quam amicum diligit amicus qui vitam dat pro amico suo.

Quare vera quaestio de practica praelatione qua unum alteri praeferimus potius inter varios proximos quam inter nos et proximos oritur. Namque cum agitur de aliis, ii quos beneficentia nostra non iuvat, non obtinent de se meritum et compensationem ordinis superioris, quae ille adipiscitur qui « non quaerit quae sua sunt» (1 Cor. 13, 5).

Itaque sine ulla « egoismi » specie statuere possumus, cum S. Thoma, rectum ordinem postulare, ut ex caritate *magis nos quam proximum,* pariter tamen diligendum, diligamus, quia caritas ad nos relata fundatur in nostra participatione beatitudinis divinae, dum alii ut socii in ista participatione diliguntur (2, 2, q. 15 art. 12; q. 26, art. 1 et 4). Praeterea, secundum S. Scripturam et ipsum Christum: «Diliges proximum tuum sicut teipsum », dilectio nostri est regula pro dilectione proximi ; regula autem est prior regulato.

Praeter communicationem in beatitudine aeterna, supra quam caritas theologica fundatur, habentur inter homines inaequales communicationes in aliis bonis, quae varias gignunt coniunctiones : utputa in familia, in civitate. Coniunctiones istae, cum sint a sapientissime Deo praevisae et volitae, legi caritatis non repugnant sed potius ordinem caritatis integrant, ita ut secundum ipsam caritatem sint observandae.

.2. *Duplex ordinis principium.* Post S. THOMAM, 2, 2, q. 26 art. 6, duplicem ordinis principium agnoscimus: alterum ex parte *obiecti,* quod est Deus; alterum ex parte *subiecti,* quod est ipse qui diligit; et secundum inaequalem propinquitatem ad alterutrum principium variat ipsa ratio dilectionis ex caritate. Sic. secundum S. Doctorem, intensitas affectus sumitur ex diligente; quare intensiore affectu volumus magis propinquis bonum quod ipsis optare et procurare possumus (1. e., art. 7). Semper autem ipse diligens est principium et veluti regula diligendi propinquum.

82.— 3. *Ordo caritatis,* a) *Quod ad actus interiores.* Si agitur de *simplici complacentia* et *approbatione,* unicuique proximo velle

debemus bonum quod habet. « Ad caritatem pertinet ut. velit iustitiain Dei servari secundum (piam meliores perfectius beatitudinem participant » (2, 2, q. 26, art. 7). Quare ista dilectione, quae mixta est aestimatione, et honorem, cultum et reverentiam secuin fert, nudiores, sanctiores anteponendi sunt minus sanctis, quamvis magis nobiseum coniunctis. Ob similem rationem, etiam in ordine communionis inferioris, parentes magis (piam filii vel uxor, benefactores magis quam ii quibus benefecimus ⸸ diligendi sunt (2. 2. q. 26, art. 9-12).

Si vero agitur de *benevolentia et desiderio,* quibus alteri bonum nondum possessum optamus, sicut ipsa sollicitudo providendi subjectiva propinquitate augetur, sic ordini consentaneum erit ut magis cupiamus- bonum eorum (pii artiore nexu nobis vinciuntur. Quare, hoc ordine, uxor (piae est una caro cum viro, lilii (pii sunt aliquid parentum, ipsis parentibus praeferuntur.

b) *Quod ad significationem.* Caritas debet quoque exterioribus signis manifestari. Haec variant pro qualitate personae et ipsa coniunctione. Superioribus debentur obsequia, affabilitas aequalibus, benignitas inferioribus. Exsistunt signa *communia,* (piae nemini per se deneganda sunt, et *specialia,* inter magis propinquos.

c) *Quod ad actionem beneficam.* Denique caritas vera debet esse benefica. In aestimandis laudabilibus actibus et otliciis caritatis, *ordo caritatis* hic *cum variis necessitatibus* componi debet.

83. — Porro duplex genere distinguitur necessitas: *spiritualis,* (piae consideratur respectu *vitae aeternae (non* simpliciter respectu vitae gratiae); *temporalis,* quae aestimatur respectu *vitae temporalis.*

Extrema spiritualis est eius (pii sine alterius auxilio certum et proximum subit aeternae damnationis periculum, ita ut haec ruina sit moraliter certa v. g. puer moriturus est sine baptismo. In simili necessitate versatur quoque rudis infidelis, vel rudis fidelis (pii pessime vixerit; non autem omnis rudis fidelis: is enim se actu contritionis iuvare potest.

Gravis est (piae dilliculter superatur: ut cum (piis in periculo satis proximo versatur amittendi fidem aut bonos mores.— *Com-i*

il) Naturali tamen inclinatione magis amamus eos quibus bene fecimus, quia aliquid nostrum in iis positum est, et sic nos in ipsis amamus. Hinc humilem amicitiam testatur qui beneficium acceptat : annuit ut ad alium quodammodo pertineat.

munis premit peccatores aut eos qui peccaturi sunt nisi doceantur aut corrigantur.

Extrema temporalis ea est ex qua egenti imminet mors vel malum aequivalens in morali existimatione: perpetua servitus, infamia, stuprum, ruina valetudinis. Imminere dicitur malum quatenus certo et brevi, utputa inter paucos menses, sit secuturum. Cf. Busembaum, *Dubium de eleemosyna·;* S. Alph. l. 2, 31; LUGO, *De lustitia,* d. 16, n. 135; (xÉN.-SALSM. I, 222. Huic necessitati fere aequiperatur ea quae *quasi extrema* dicitur, quando minus imminens, probabile tamen est periculum mali extremi, vel quando imminet malum quod morti fere aequivalet: perpetuus languor, gravis infamia positiva. — *Gravis* necessitas constituitur imminente malo gravi quo tamen non auferuntur bona quae natura voluit per se esse omnium: v. g. amissione divitiarum, magistratus, deiectione e statu, captivitate non gravissima. — *Communis* necessitas definitur remoto illo vitae periculo in quo habitualiter versantur qui nulla bona habent. Est communis sors mendicantium; quare dicitur esse ipsorum.

In materiali necessitatum descriptione non omnes stricte conveniunt. LüGO, d. 16, n. 154, sat commodam *regulam* proponit *formalis distinctionis,* ut necessitatem dicas extremam, quasi extremam, gravem, prout privatio morali certitudine afficit bona quae natura voluit simpliciter omnibus adesse, vel per se omnibus suppetere, vel contra aliis concessit, aliis negavit. Altera formalis ratio sumitur ex relatione qnam bonum habet cum bono temporali quod est maximum et fundamentale: i. e. cum vita.

84. — Ordo caritatis cum variis necessitatibus compositus. 1. *Inter nos et proximos,* quod ad *actionem beneficam,* haec generalia principia seu normae ipso caritatis ordine demonstrantur.

1. Bonum *spirituale necessarium* pro nulla proximi utilitate posthabere nobis licet: quare, cum certa peccati mortalis praevisione, nulla opera proximo praestari potest. — Bonum *spirituale non necessarium,* sed certum, officio postponere debemus, nulli vero proximi utilitati cuius cura nobis non sit imposita. Quare nec filius matrem indigentem deserere, nec religiosus oboedientiam violare potest ut barbaris evangelium praedicet. Non autem suadendum est ut boni spiritualis iactura utilitatem proximi redimamus. — Bonum spirituale *incertum* utilitati proximi praeferre licet. Quid consulendum sit, ex adiunctis colligi debet. Quare, pro vita probabiliter perfectiore actioni valde bonae in populo renuntiare licet, quamvis non semper magis expediat.

Fac tamen observes, oppositionem istam inter bonum spirituale nostrum et proximi utilitatem non esse nisi accidentalem. Sic, in classico exemplo filii qui officio pietatis erga pauperes parentes impeditur quo minus ingrediatur religionem, vel missiones exteras obeat, filius per se non minus sanctus apud parentes (piam in mediis barbaris evadere potest. Verum humana fragilitas efficit ut difficultati adiunctorum cedamus.

2. Bonum *corporale* nostrum spirituali proximi singularis necessitati extremae posthabere *debemus;* corporali proximi bono per se *possumus* sed non debemus.

3. Quod ad *bona externa,* possumus per se sed non debemus proximum singularem nobis praeferre; ac proin, qua ratione licet physicam corporis curam neglegere propter aliam nostram utilitatem temporalem, eadem ratione fas erit corpus propter proximi utilitatem neglegere.

4. Excepto bono spirituali nostro, cum de aliis bonis agitur, *communis utilitas* (J) propriae anteponenda est.

Principia ista facile demonstrantur, si consideres : a) Oportere ut nos magis quam proximum caritatis dilectione diligamus: 6) Detrimentum spirituale nullo bono nobis compensari, dum detrimentum corporale et temporale compensatione boni melioris admittat; c) Nos per corpus et bona exteriora, non autem per spiritualia, membra seu partes esse communitatis, partes autem esse propter totum ac proin earum bonum bono communitatis cedere debere.

85. — 2. *Inter ipsos proximos,* idem caritatis ordo iubet ut prius succurramus personis *privatis* magis coniunctis. et quidem attendendo prius ad illos quibus *per se* opem ferre debemus. Quare proximi hoc ordine veniunt: uxor vel maritus, filii, parentes, consanguinei collaterales et propinqui, domestici et familiares. Una ordinis istius exceptio admittitur: in extrema necessitate. parentes, eo quod vitam dederint, etiam uxori et liberis praeferendi perhibentur. Cf. Laymann, L. 2, t. 3, c. 3, n. 5. 6.

Necessarium *bonum publicum,* bono privato anteponendum est; non necessarium bono privato necessario (seu obligatorio) praeferri non potest; bono privato non necessario praeferri potest, idque per se laudabile est.

Nomine utilitatis venit quod italic© vel gallfco dixerimus Z/f/rrr/χ Quare vox ista non sola bona utilia sed vel maxime etiam *ntctstarin* complectitur.

SUMMARIUM.

86. — 1. Variae communicationes in bonis varias coniunctioues gignunt quae ex suprema caritatis amicitia observari possunt; et variis quoque amicitiis honestis sed inferioris dignitatis locum praebent. Ac, pro varia exercitatione, distinguitur caritas *interior, exterior* eius significatio, et *exterior* eius operatio.

2. Proximum non sola exteriore actione sed etiam affectu diligere iubeinnr, eum eum sicut nos diligere debeamus, et nulla dilectio vera mere exterior esse possit. Interior autem affectus conaturalem eius manifestationem appellat.

Proximus autem est sola et quaevis creatura rationabilis, exceptis daninatis. Hinc praecepta dilectionis universalitas quae, praeter formales actus qui generali oratione (Pater Noster) continentur, nullos alios expresse universales exigit: satis est ut, occasione data, generalis benevolentia exerceatur.

3. Inter rectum amorem nostri et proximi, nulla per se est oppositio, ita ut sine ulla « egoismi » specie principium statuere possimus: ex caritate prius nos quam proximum, pariter tamen diligendum, diligere debemus. Id ex verbis Christi : « Diliges proximum tuum sicut te ipsum », et ex caritatis fundamento manifesto colligitur. Quaestio autem de practice praelatione potius inter varios proximos quam inter nos et proximos exoritur. I diplex porro est ordinis principium : ex parte *obieoti,* quod est Deus, et ex parte *pubiccti,* quod sumus nos, ut diligentes.

1. *Ordo quoi ad actu interiore* Simplici complacentia et approbatione, meliores minus sanctis in nostra aestimatione praeferendi sunt ; benevolentia autem desiderii, magis coniuncti recte praeferuntur.

5. Quod ad *significatioue* signa personae qualitati et coniunctioni accommodanda sunt.

6. Quod ad *beneficam actionem,* ordo caritatis cum variis necessitatibus componendus est. Distinguitur, respectu *citae aeternae,* necessitas spiritualis : et temporalis respectu *citae praesentis Extrema npirituali* is premitur cuius ruina aeterna sit, sine alieno auxilio, moraliter certa: *grari,* qui ruinam difficulter superaturus sit : *communi,* qui, nisi iuvetur, peccaturus sit vel gratiam non moraliter statim sit recuperaturus. *Extrema temporali* est eius qui. sine aliena ope, imminentis mortis vel aequix alentis mali periculum non effugiet; *ijrari* imminente malo absolute vel relative gravi constituitur: graxe vero malum est quo qualitas vitae praesentis notabiliter afficitur, quamvis ea bona intacta esse sinat quae natura omnibus communia esse xoluit. *Communi* necessitas definitur remoto illo periculo in qifo qui nulla bona habent communiter versantur. Inter extremam et gravem necessitatem interiacet *fere extrema,* quando periculum mali extremi minus imminet, xel malum imminet quod fere cum morte comparatur.

Hi» positis, hae sunt normae caritatis *effertirae,* a) *Inter ſto et pro·rimoe:* spirituale bonum nostrum utilitati proximi praeferre licet; non semper expedit; interdum debemus; officio vero postponere debemus: nec tunc de bono nostro necessario sermo esse potest. — Bonum *corporali* nostrum spirituali proximi necessitati extremae posthabere debemus; corporali, per se possumus, sed non debemus. In bonis *ſexterni* proximum singularem nobis praeferre possumus sed non debemus. Excepto bono spirituali nostro, publica seu generalis necessitas vel utilitas nostrae propriae anteponenda est.

Nos enim prius quam proximum diligere debemus; sed, contra ac spirituale, detrimentum corporale et temporale compensationem boni ſmeliori admittit. Per bona autem exteriora et corpus, non autem per bona spiritualia sumus partes communitatis: partes autem sunt propter totum.

b) Normae *inter ſtpeo ſproximo* huc redeunt, ut juins succurramus personis privatis magis coniunctis, atque, inter has, iis quibus per ſe opem ferre debemus. In extrema tamen necessitate jmrentes, eum nobis vitam dederint, omnibus aliis praeferendi sunt.

CAPUT II.

Corollaria de dilectione inimicorum.

Utilitas. — Quia recta casuum aestimatio ita a variis adiunctis pendet ut ipsa probatorum auctorum responsa ad circumstantias aptanda sint nec litteraliter observari possint, magnopere oportet ipsa principia determinaro unde in hae re peccantes monere, timoratos ad meliora hortari et simul a scrupulis liberare prudenter possimus.

87. — Quisnam sit inimicus et quotuplex. Ille est cuiuspiam inimicus affectu qui eum odio vel mala aversione prosequitur; vel effectu qui eum iniuste laesit in persona, fama, honore, bonis. Inimicos diligendos esse Christus nos formaliter docuit: « Diligite inimicos vestros» (S. Mattii. 5, 43 s.: Lue. ⟩. 27 s.); et ipsa ratione demonstratur, cum sint proximi.

Distinguendus autem est inimicus qui *actu* talis est propter praesens odium vel offensionem, et qui talis *fuit.* Is rursus potest praesenti obligatione reparationis teneri, vel nullum huiusmodi officium habere.

88. — I. Praecepto illo prohibetur:

1. Odium *inimicitiae*. *Odium* dicit aversionem animi qui bono alterius sit contrarius (Of. I. 2, q. 29, a. 1 et 2). Est odium *inimicitiae,* cum quis alteri, in se vel bonis suis, vult malum quatenus illi malum est: idque est mortale ex genere suo. Odium

abominationis non afficit ipsam personam sed eius malitiam. Illo odio aversamur personam non qua talem sed quatenus culpanda est: ita v. *g.* Psalmista se laudat quod iniquos odio habuerit,— vel quatenus nobis est noxia. Ac saepe significat sensibilem istum horrorem vel repugnantiam quam, viso, audito inimico, experimur. Tale odium, de inimicis religionis, civitatis conceptum, plane honestum est; de istis qui nobis infensi sunt, plerumque veniali culpa miscetur, sicut etiam per se veniale est sensibilem istum horrorem non superare seu domare.

2. *Vindicatio illicita.* Haec malum offensoris principaliter intendit et in eo malo quiescit. *Licita,* contra, est quae, servatis debitis circumstantiis, per poenam consectatur vel emendationem peccantis, vel cohibitionem eius et quietem aliorum, vel iustitiae conservationem et Dei honorem. Multo magis fas est exigere satisfactionem pro damno. Immo stricte loquendo, oblatam satisfactionem non acceptare et iuridicam actionem iniuriarum persequi non vetamur. Id tamen est periculosum: facile malae vindictae tunc ceditur, et si valde gravis poena inimicum maneat, sine proportionate incommodo proprio aut aliorum, culpa facile gravis fuerit contra caritatem.

Itaque confessarius paenitentem de licita et illicita vindicta instruat; eique proponat ut rem perpendere velit, quasi non propria sed tertii cuiuspiam causa agatur.

3. *Exclusio inimici* a communibus orationibus, v. g. ab oratione dominica; atque etiam, saltem si ab ininria cessavit et debitam reparationem facere paratus est, a communibus dilectionis signis, ut sunt: communes eleemosynae, resalutatio, responsio ad eius verba, venditio expositarum mercium. Quare *ex genere suo mortale* esse censent ut quis omnes cognatos, solo inimico excepto, invitet; omnes obvios e vicinia vel collegio salutet, solo excluso inimico. *Supponitur,* ut patet, *inimicus ab iniuria cessasse.*

Attamen cui ius puniendi competit, ut patri, is potest ad tempus, ad correctionem, haec negare. Excusatur quoque denegatio quae non manifestat odium, sed potius iustum moerorem propter iniuriam recentem aut atrocem et infamem. Omitti etiam potest conversatio ex qua timeas maius malum, dummodo interius diligas, et scandalum apud alios declines aut repares. Nec prohibemur, in casibus levioribus et ob iustam causam, v. g. ad retundendam audaciam, legitimam vindictam sumere quae vix a indice peti potest.

Leve erit peccatum si vel causa futilis ostendat non agi de gravi odio: ut si duae moniales ob modicum discidium, per aliquot dies commercium abrumpant; — vel si distantia personarum gravitatem rei auferat: ut si persona multo maior inferiorem non salutet.

Paucis verbis, gravis est negatio signorum communium quae ex gravi odio procedat, vel inimicum graviter offendat, vel aliis sit scandalo. Cfr. Noldin, II, 83. Et ad id magis attendendum est quam ad materiales descriptiones signorum caritatis quae sub gravi negari nequeant: si res aliam atque odii interpretationem fert, non erit gravis; interpretatio autem ista alia est in alio loco et tempore.

Vitandum enim est ne nimis absolute proferamus do casibus concretis responsa etiam probatissimorum anctorum, qui in alio tempore vel regione scripserunt. Oracula ipsorum vera exstitisse pro moribus et adiunctis quae contemplabantur, facile concedemus; sed non ideo sine novo examino hodie prudenter inculcari possunt. Hodie, v. g. in pluribus locis, ille qui mere signa dilectionis omiserit, simul tamen iniuriis ot detractionibus abstineat, et stricta caritatis officia, si quae ex necessitate oriantur, imploro non recuset, plerumque a gravi reatu excusandus videtur.

l'bi enim distinguunt quandam affectus *abalienationem* seu *frigiditatem* a vero *odio mutuo,* rarae sunt inimicitiae mortales. Et abruptio commercii seu consuetudinis, sive ob lovein causam discidii, sive ob permanentem insolubilis controversiae statum, sive ob non reparatam offensionem, sive ob relaxatum familiarum vinculum, quo fit ut no quidem inter satis arte propinquos consuetudo frequentis commercii semper exsistat, aliter ac per grave odium explicatur.

89. — Bene quoque distinguenda est fuga qua quis inimicum evitat ad ipsum contristandum, a fuga quae imperatur permanente quadam aversione sine cupidine vindictae. Prior sola demonstrat odium inimicitiae; altera, si Iit sine ratione, peccaminosa quidem erit, sed. secluso scandalo, non videtur graviter culpanda. Aliud est antipathia, aliud est odium; aliud est odium voluntarium, aliud horror et ira quae non nulli, viso vel memorato offensore, experiuntur, unde dicunt se ignoscere quidem velle sed non posse rem oblivisci, hominem alloqui, etc. Tales, quamvis non semper credendum sit ipsis dicentibus se odio carere, absolvi poterunt, si confessarius deprehendat motus istos irae ex nulla deliberata malevolentia procedere (Ball.-Palm., II, 180).

[89.]

90. — In confessione, qui non mere verbali imprecatione, quae saepe non est nisi ira, sed vere voluit ex odio grave malum inimico, plerumque speciem mali optati declarare non debebit, quia sub confusa et communi notione mali id optavit, sine speciali affectu ad tale vel tale malum defluite. Lugo, *Vuen.* 16,260.

91. — II. Inimicum non odisse caritati non sufficit; sed caritatis praecepto iubemur inimicum diligere dilectione interiore et exteriore, communi tamen, non speciali, nisi spiritualis necessitas inimici aut scandalum quod aliter (v. g. declaratione) vitari nequeat, plus postulaverit. *Communis* autem dilectio, considerata qualitate et necessitate personarum aestimanda est, ita ut quae communis inter fratres est, specialis foret inter extraneos. Servandus itaque est in corde affectus quem communiter omni proximo (cf. n. 80) et peculiariter maiore necessitudine coniunctis habere debemus, una cum animo prompto ad reconciliationem, si ab altero praestentur quae iuste ab ipso exiguntur; affectus iste etiam satis, prudenter tamen manifestandus est, nisi iustae causae dispensent; atque exsequenda sunt officia caritatis quae vel propinquitas vel necessitas imponat.

92. — Veniam poscenti, haec per se danda est; idque, ne odium prodas, externis etiam signis manifestare debes: *statim* post illatam offensam veniam concedere non debes, eo quod res ista sit violenta et supra humanam fragilitatem. Nec post reconciliationem intimior et ultronea familiaritas quae prius exsistebat redintegranda est. Ei tamen qui officia peculiaris amicitiae exhibeat similia reddere oportet. S. Tu. in 1. 2 S. d. 30, q. 1 art. 2 ad 5„m.

93. — Reconciliationem prior tentare debet offensor; vel, si mutua offensa fuerit, qui *gravius,* vel qui *prius* offenderit. Verum, nisi res manifesta fuerit, praestat, prudenter tamen, utrique inculcare ut reconciliationem procuret, quae aliter numquam futura foret, ob occaecatam amborum mentem, qua alter alteri culpam ascribit.

Reconciliatio requirit ut venia petatur et quidem per se *formalité)*·. Hoc offensus rationabiliter quandoque exigit. Saepe tamen supplet implicita, virtualis, quae continetur dono, obsequio indebito. Id admittitur, si offensor alterum dignitate, statu longe superet; si offensus formalem veniae petitionem non curet, si plena alio modo satisfactio data fuerit. Non raro tamen Superior qui

veniam petere non erubescit, sibi fiduciam et amorem conciliat, nec derogat suae auctoritati.

Ne res peiores fiant, si laesus veniam concessurus non videtur. magis opportunum veniae petendae tempus prudenter exspectari potest.

Confes.sarius caveat ne umquam, propter delictum occultum quod sic manifestaretur, formalem veniae petitionem imponat; et etiam ubi certa sit obligatio, saepe prudens tacebit ne, sine spe fructus, bonam fidem turbet. Obligationem istam mere declarare potest, non autem in paenitentiam imponere, ne sigillum sacrainentale violet.

94. — Suasio evangelica. Hactenus quod minimum est in hac re tenendum declarare conati sumus. Verum evangelicus spiritus perfectiorem tum ministris Christi tum fidelibus agendi rationem suadebit. Dolens de litigiis Corinthiorum, Apostolus, ex S. Matth. 5, 39; S. Luc. 6, 29, haec incunctanter scribebat (1, (’or. G. 7): « lam quidem omnino delictum est in vobis, quod indicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?» In epist. ad Boni. 12. 17; et ad Hebr. 12, 14, haec commendabat: « Si fleri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes... »;« Pacem sequimini cum omnibus ». Immo volebat ut benefica actione sua discipulus Christi « carbones ignis » congereret « super caput eius » inimici, i. e. in bono ita malum vinceret ut inimicus rubore suffusus, quasi morae impatiens, amorem negare non posset.

His documentis instructus, praedicator evangelii et palam et privatini improbabit catholicas istas familias quae, propter contentionem de hereditate, tam facile parum aedificans exemplum dant divisionis et separationis; detrimenta etiam temporalia discordiarum demonstrabit; monebit quomodo prima odii victima sit ipse qui odium fovet: affectus enim ille alit quidem superbiam, sed pacem et felicitatem cordi eripit.

Fideles autem, et in vitandis dissensionibus erunt solertes. de vano honore parum solliciti; in condonandis iniuriis faciles et prompti, ut inter pacificos sint qui, cum maxima omnium aedificatione, filii Dei vocabuntur.

Hae etiam consideratione stimulabuntur, quod, cum nulla exercitatio magis amore proprio soluta esse perspiciatur. nulla est quae certius ad theologicam caritatis virtutem pertinere de-

monstretur. Propinquos, benefactores, amicos etiam propter proprium commodum vel solacium, inimicos solum propter Deum diligimus.

SUMMARIUM.

95. — 1. Inimicus alicuius est *affectu,* qui eum odio vel mala aversione prosequitur; *effectu,* qui eum iniusto laesit. Potest actu talis esse vel talis fuisse, sive maneat reparationis obligatio, sive sola mala aversio supersit.

2. Inimicos *diligere,* debemus : Christus id aperto docuit, et sunt proximi. Quare *prohibemur* omni *odio inimicitiae,* quo malum qua tale alieni velimus; *vindicatione illicita,* et *positiva* inimici *exclusione a communibus orationibus;* immo, nisi insta causa excusarit, a *communibus* dilectionis *signis.* Peccatum genere suo grave est, sed levitatem materiae admittit; et mera omissio significationis dilectionis, raro hodie de gravi damnari poterit. Praeterea et affectu communi et effectu *officia positiva* caritatis erga inimicum *implenda* sunt.

Ab odio inimicitiae odium *abominationi»* distinguendum est: hoc non personam sed eius malitiam allicit; quaedam aversio quae in sensu observatur etiam ab odio est secernenda.

3. Species mali quod quis vere inimico optaverit, saepe non erit declaranda, cum potius sub generica mali ratione volita fuerit.

4. Veniam poscenti per se danda est, saltem post non nimiam moram; quamvis intimior familiaritas per se, si ultronea erat, redintegranda non sit.

Reconciliationem per veniam formaliter vel saltem virtualiter potitam prior tenture debet qui solus vel gravius vel prius offendit. Saepe utrique inculcandum erit tentamen, quod tamen interdum prudenter differtur, et a confessario caute tantum imponendum est.

5. Evangelicus spiritus perfectiorem agendi modum tum Christi ministris tum fidelibus suadebit.

CAPUT III.

De caritate effectiva.

Utilitas et Ordo dicendi. — Sub titulo isto explicantur cotidiana officia quibus in lege ovangelica frater fratrem in necessitatibus tum spiritualibus tum corporalibus et temporalibus adiuvare iubetur ct suadetur Succedunt quaestiones de adhortatione et correptione fraterna, de aedificatione et scandalo ; demum de cooperatione ad bonam et malam proximi actionem. Cum multitudo, tum momentum rerum usus cotidiani attentionem theologi moralis sollicitam eflicere debent. Maxime autem ei proderit probe cognoscere quaenam necessitates hodie proximum premant, quantum urgendum sit

eleinosynae praeceptum <le rebus quae quoti ad usum communes manere debent et qnibusnaiu principiis casus de cooperatione solvendi sint. Quemnam ordinem dicendi secuturi simus simul indicavimus.

Articulus. I. — Procuratio bonorum spiritualium.

96. — I. Pecc&t contra caritatem sui qui salutem suam *spiritualem* neglegit: plerumque autem peccatum istud accusatione aliorum peccatorum satis continetur.

2. Ad nullum bonum consequendum vel cuipiam rocurandum. peccare, etiam venialiter, fas est: actus enim ille, cum divino beneplacito repugnet, non est eligibilis. Non sunt facienda mala ut eveniant bona. Cfr. S. Aug., *De mendacio,* c. 9, n. 15 (M. 40, 499).

Quocirca, qui officio pietatis filialis, v. g. opitulandi parentibus graviter indigentibus, vita religiosa impediretur, religionem ingredi non potest.

3. *In proxima gravis peccati occasione manere,* propter ullam proximi singularis vel communitatis utilitatem aut necessitatem nemo debet, si nimiam difficultatem experiatur convertendi istam occasionem in remotam. Patio est, quia, quod ad bona spiritualia, se quisque praeferre potest aut debet. Quare nec militiam agere, nec parentum egestatem levare cum tanto damno spirituali cogimur. Si tamen extrema fuerit necessitas spiritualis proximi, periculum admodum probabile, ex S. Alph. sententia, aggrediendum vel tolerandum fuerit: iure ac merito possit tunc homo maiore gratia confidere.

4. Non peccat qui ingressum in religionem differat aut etiam omittat ut paroeciae consulat ubi utilissimam operam navat quam alter difficulter praestare possit; ut minus gravem parentum inopiam sublevet; ut tristem eorundem solitudinem soletur; ut fratrum vel consanguineorum educationem curet. Vocatio enim religiosa plerumque non est praeceptiva; et rationes allatae ex iis sunt quae honestae et ipsi Deo acceptae dicendae sunt.

Quid autem, in his et similibus adiunctis *suadendum* sit, una regula generali definiri nequit. Haec potissimum consideranda veniunt: (pia innocentia, quo studio pietatis ac virtutis vita extra religionem agetur? — Quaenam bona in ipsa vita religiosa homo sibi et aliis consequetur? Vita apostolica. praesertim apud infideles, longe pluris aestimanda erit communi vita multorum religiosorum in nostris regionibus. Quaenam bona opera deseret pro

vita religiosa f Quaenam agendi ratio maioris erit aedificationis ? Cfr. quae de hac re scripsimus in t. I, *De religiosis institutis et personis.*

97. — Proximo qui in extrema necessitate spirituali versetur. unusquisque etiam cum certo periculo vitae succurrere debet : dummodo aeque certa sit spes illum iuvandi, neque gravius inde malum immineat. In his adiunctis valet dictum a S. Ioanne. ep. 1, c.3, v. 16: « Debemus pro fratribus animas ponere». Hinc, si alius ilVm adsit probabiliter facturus, cum vitae periculo baptizare vel absolvere debemus moribundum qui sibi auxilio esse moraliter nequit. Gravius malum inde imminens, esse potest detrimentum spirituale gregis quae unico ministro sacro quo iuvatur privaretur. Quare fit interdum ut Vicarius ApostolicuS missionario prohibeat ne, cum nimio valetudinis periculo, se conferat ad moribundum nimis distantem. Gravius malum quoque esse potest odium quod Ecclesiam alliceret, si v. g. modo violento vellet quis in nostris regionibus baptizare infantem moribundum, reluctantibus parentibus. (I't patet, occulta administratio, quantum copia est, procurari debebit.)

98. — Gravis necessitas communis aequiperatur extremae, sive (pda homo pro bono communi, tamquam pars, propriam vitam neglegere debet, sive quia in gravi necessitate communi plures extreme indigebunt. Cfr. S. A1 pii., l. 2, n. 27. Hinc si tempore pestis parochus desit, alter sacerdos in loco praesens, aegrotos deserere per se non poterit. Magis etiam cum omni incommodo manere debebit, si minister haereticus errores spargere coeperit, ita ut periculum sit ne communitas fidem amittat. Ipse parochus gregem deserere vetatur, nisi aeque idoneum sibi substituerit.

99. — In gravi necessitate spirituali proximi particularis, solus ille qui ex officio alienam salutem curare debet, tenetur *grave* incommodum sufferre. Ratio est, quia ipsi proximo in primis incumbit ut difficultatem vincat.

Si vero facile quis succurrere potest proximo (pii gravi necessitate spirituali premitur, gravem habet obligationem opem illam ferendi.

100. — Exemplum Tot sunt damna spiritualia puerorum et adolescentuin qui *ncholas non catholicae* frequentant, tot ruinae tidei et morum-

catholica inventntis institutione vitantur, nt gravis obligatio fideles premat conandi ut copia huius modi institutionis ubique praesto sit. Quare pro viribus eleemosynae ad id siitlicientes sub gravi conferendae sunt : et, si oportet, cum gravi quoque incommodo. Undo si in aliquo loco quispiam, sumendo do bonis statui suo nocessariis, certo procuraverit institutionem catholicam plurium qui alitor scholas acatholicas frequentarent, et aliud medium desit malum istud avertendi, ad hanc largitionem faciendam teneri videtur.

101. — Quaeres, cur non debeamus regiones longinquas petere ad succurrendum infidelibus, ubi tot sunt in extrema necessitate spirituali Î

Ratio est, quia proxima 'succurrendi copia pluribus deest ignorantibus linguam, mores, etc.; quia efficacia actionis est incerta; quia ad bonum commune Ecclesiae, ac proin ipsorum barbarorum, refert ut in regionibus excultis floreat religio et idonei operarii praeparari possint. Inde de singulis personis diei nequit illas ibi (piam hic utiliores futuras esse.

Articulus II. — Procuratio bonorum corporalium et temporalium

102. — Principia. 1. Ex ordine caritatis, potest unusquisque se ipse, in pari necessitatis causa, praeferre proximo singulari. Sed, cum agitur de bonis corporalibus et exterioribus, licet quoque, ut supra n. 81.84 diximus, proximo primas dare ex caritate, quae simul nobis spondet compensationem boni melioris.

2. Debet autem, quamdiu de singulis agitur, personas magis coninnctas aliis praeferre erga quos peculiare pietatis officium non habet. Ordo servandus inter istas personas est indicatus supra, n. 85.

3. Res publica seu societas perfecta a privatis exigere potest ut suam utilitatem temporalem publicae causae postponant. Et publicam causam privatae, etiam proximorum, anteponere quoque licet, si aliunde proportio habeatur utilitatis vel necessitatis.

4. Nunquam, ad opitulandum singulari *proximo* indigenti, illud incommodum sustinere vel illud dispendium facere quispiam debet quod, sine peccato contra caritatem ad seipsum, *propriae* incolumitati corporali aut temporali negare permittitur.

5. Excepta necessitate moraliter extrema, temporali proximi indigentiae cum notabili incommodo proprio succurrere nemo debet. Huc facit istud : « Caritas non obligat cum gravi incommodo ».

Hinc intelleguntur haec responsa :

103. — 1. Salutem suam corporalem sine causa et cum gravi damno (m >rtis aut gravis morbi) neglegere est perse grave, peccatum; saepe tamen ignorantiae excusatio habetur: in ista enim causa, ex amore proprio, potius in nimiam curam propendemus. Casus tamen evenit ubi quis a medico monitus de instante periculo, non renuntiet cuidam proxime fatali voluptati seu oblectamento.^

Vita praesens non tanti pretii aestimatur ut debeat quispiam longa cura, magno dispendio, remedio extraordinario valetudinem recuperare.

104. — 2. Numquam illam opem proximo singulari debemus, (piae nos in eandem coniciat necessitatem cui proximum eripere velimus. Nec magnam pecuniae vim dare debemus pauperi ad pretiosam emendam medicinam vel eum e periculo mortis eripiendum. Id tamen temperate accipiendum est. ubi non de proximo extraneo sed de arte coniuncto agatur.

105. — De praecepta eleemosyna. lain ARISTOTELES *{Politica,* 2, c. 2) communisme anteponebat regimen bonorum temporalium quo, non quidem dominium, sed usus possessionum esset lege vel benevolentia factus communis. Qua sententia proprietatem privatam ita tuebatur ut simul negaret facultatem plene subducendi res temporales generi humano in universum, cui, ex prima Dei intentione, addictae sunt et addictae manere debent. Communem autem utilitatem divitiae iam procurant ipsis commodis (piae possessoribus fruenda offerunt: sic enim magis intensam et ingeniosam operositatem stimulant (l), et sinunt ut plures nobilioribus studiis communitati serviant; communem quoque utilitatem promovent parsimonia (pia. vitata nimia consumptione, societati servantur thesauri, praeparantur capitalia; demum communi utilitati prosunt magis immediate necessaria inter multos distributione quae divitiarum expensas et frugiferas industrias comitantur et consequuntur.

Restat tunc gratuita distributio (piae ad lines temporales atque etiam ad morales et spirituales dirigi potest. Hinc duplex *elee-(*)*

(*) Cf. nostrum *Principes de morale sociale,* n. 148 ss.

motynae ratio, altera angustior, qua materiali inopiae; altera plenior, qua omni indigentiarum generi succurritur.

Praeceptum eleemosynae (pio pauperes aluntur iam apertis utriusque Testamenti paginis, nec. paucis SS. Patrum locis inculcatur; hodie autem urgendum praesertim est ut ad spirituales plurimorum necessitates imminuendas vel tollendas divitiae temporales eflicaciter conferant.

Praeceptum istud sic exponi posse videtur.

a) Bonorum distinctio. *Bona* dicuntur *necessaria* aut xiz- *perflua;* idque sive respectu vitae cuiuspiam propriae et suorum (quibuscum moraliter pro una persona habetur) sive respectu status seu condicionis. *Simpliciter* statui necessaria dicuntur ea sine quibus homo sua condicione deiceretur: ut si notabiliter famulatum, exceptionem hospitum, rationem liberos instituendi minuere deberet, aut non haberet unde inopinatis infirmitatis casibus provideret, etc. Ad *decentiam* status necessaria dicuntur tum bona sine quibus, intra limites honestae liberalitatis, non posset eadem consueto modo continuare, tum alia quae pertinent ad curandum moderatum ascensum.

Cetera bona habentur tamquam relative *superflua*. *Absolute* superflua hodie moraliter non habentur in nostris regionibus, ubi pecunia non iam consuevit otiose reponi, sed omnia utiliter impenduntur (exceptis nimiis luxus sumptibus) in opera et negotia unde divitiae publicae atque etiam humilium facultates accrescunt. Verum superflua dicere possumus modica illa bona quae, sive adsint sive non. consuetum vitae cultum vel prosperitatis incrementum moraliter non alliciunt[p]. Hinc recte damnata est haec prop. 12 ab iNNOCENTio XI : « Vix in saecularibus invenies, etiam regibus, superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynas, quando tenetur tantum ex superfluo statui » *Den:*. 1162.

b) Obligatio pro varia necessitate. Pauperi extreme vel (piasi extreme indigenti opitulari debemus etiam ex bonis quae aliquo modo statui sunt necessaria. Sed casus de paupere singulari vix eveniet, cum non debeamus magna pecuniae vi temporalem proximi indigentiam levare. Obligatio autem succurrendi proximo extreme vel paene extreme indigenti est gravis.

c) Si pauper *graviter* indigeat, id controvertitur utrum debeas ex *bonis superfluis* illam necessitatem levare, cum nemo alius

p) Quid v. g. plerumque refert 45000 potius quam 5 fr. habere?

1108-105.)

probabiliter id facturus sit, an possis eleemosynam tuam alii bono operi reservare quando utrumque commode non potes. Hanc optionem plures permittunt, quia ea privari grave censent esse incommodum. Quod ipsi menti S. Thomae, 2, 2, q. 32 art. 5, consentaneum videtur.

Sub gravi itaque teneberis, si nullum alium usum pium tibi proponas; si commode possis utrique intentioni satisfacere; si agitur de auxilio quod aliam utilitatem non habet. Sic v. g. sub gravi monere debes illum cuius domus incendio flagrare incipit, quia monitio tua non potest per se, sicut pecunia, alii operi bono deputari.

Probabilius quoque graviter peccat qui, relative superflua habens, pauperes gravi inopia laborantes frequenter repellit. Scripturis enim parum consentaneum videtur ut gravia earum monita ad rarum extremae necessitatis casum restringamus. Addas scandalum et sociale nocumentum.

d) In *communi* necessitate, gravis obligatio non probatur, quamvis a pluribus affirmetur, (’fr. S. Alphi. l. 2, n. 32. Et minus hodie constat, cum per subsidia publica quibus cives omnes contribuunt, temporalibus indigentiis satis laute provideatur, ac pecuniae fructuose collocatae usum habeant qui minus fortunatis non est inutilis. Obligationem saltem venialem esse largiendi interdum eleemosynas, si bona habeas naturae et statui superflua, a nemine dubitatur.

e) Inquirere pauperes, privati homines non debent. Si tamen de extrema cuiuspiam indigentia serium dubium habeant, oportet ut de re se certiores reddant. Solita mendicantium asserta se esse ieiunos, sine pane, ad dubium efficiendum non sufficere per se perspicitur.

106. — De quantitate eleemosynae erogandae in communi pauperum necessitate, nulla melior et expeditior regula est quam ut ad usus piorum suae condicionis se. quisque accommodet. Hanc regulam formalem scriptores proponunt, id dandum esse quo, collatis aliorum divitum eleemosynis, pauperes subsidio non sint destituti. Rationabilem existimabat S. Alph. l. 2, n. 32, eam magis certam taxationem, ut quis quinquagesimam partem redituum tribueret, si quinquagesima ista pars ad bona superflua pertineret. (Reditibus abundantem, minore rata parte contentum esse posse quidam declarant.') Sic explicamus, ex auctoribus quos

S. Doctor l. c. videtur approbare, locum satis ambiguum *Hominis Apostoliei,* Tr. 4, c. 2, n. 19: «Sufficit si detur quinquagesima pars annuorum proventuum, qui supersunt ». Quem locum plures v. g. Aertnijs-Damen, I, 364, Q. 2 intellegunt de quinquagesima parte superlini annui. Liquet hic non agi nisi de strictius dicta eleemosyna, qua alimenta praestantur. Quid *hodie* dicendum videatur, cf. infra, n. 108.

107. — Eleemosyna ex alienis bonis. Qui bona propria habeat, ex his, non ex alienis, eleemosynas facere debet. Excipe expressum vel tacitum domini consensum. Sic fideles famuli, praesertim qui propter diuturna obsequia quasi ad proprie dictam familiam pertinere demonstrantur, huius modi assensum praesumere et herum in stipe eroganda honeste, prudenter et moderate iuvare non videntur prohibendi.

Bona furto sublata non esse materiam eleemosynae sed restitutionis, per se est manifestum. Is autem qui aere alieno gravatus est peiorem creditorum condicionem largitionibus suis facere vetatur: a modicis autem eleemosynis ideo abstinere non debet.

Uxor, qua talis, potest, in regionibus nostris, moderatas eleemosynas largiri. Pro notabilibus, nisi bona sua libere administret, per se assensu mariti opus habet. Assensum tamen istum facilius quam filius, et is facilius quam servus praesumere potest.

Qui ex officio bona aliorum curant, quales sunt *tutores* et *curatores,* ex administratis a se bonis eas eleemosynas facere possunt (piae dominum per se facere deceret. In hac re, sicut in administratione, dominum supplent. Perinde dicendum est de iis (pii communitatem personarum regunt.

108. — Conclusio generalis de eleemosynae officio: 1. Si *controversias* consideres moralistarum, id persuasum habebis, positivum caritatis praeceptum accuratae definitioni resistere: non perturbatione timoris sed liberiore et generosiore impulsu est exercenda: « Hilarem datorem diligit Deus» (2 Cor. 9, 7).

2. Si *ad humanos mores* animum convertas, causae pauperum et bonorum operum bene cedet ut divites in antecessum statuant quamnam ratam partem in pios fines erogare velint. Etiamsi valde exigua sit, plus plerumque largientur ac si, occasione data, hanc vel illam liberalem contributionem pendant. Quot sunt qui pu-

tent se amplos benefactores fuisse qui, si summam annuam a se libéralité!· expensam computarent, propriam parsimoniam erubescerent!

3. Si *tempora nostra* respieias, forma eleemosynae manualis trivialibus pauperibus datae, haec intima et magis caeca misericordiae demonstratio, in dies minoris aestimatur. Sed simul quasi in eius locum succedunt plura communis et prudentioris beneficentiae opera, quae ubiques caritatem bonorum provocant: piares spirituales necessitates praecipue catholicis institutis sunt levandae; et ex longinquis regionibus operarii evangelici et ipsae ephemerides, quae tristia plurium gentium fata narrant, misericordiam implorant, ita ut nemo sit qui se ollieio temporalis beneficentiae solutum putare queat.

Materialis aestimatio eleemosynae pleniore sensu intellectae. Si homo cui omnia necessaria vel utilia abunde praesto sunt, simul omni onere familiari levatur, nulla ratio perspicitur cur non omnes saltem reditus qui supersunt operibus piis deputet. Quod fortiore ratione dicendum est de ministris sacris, praesertim si ex ipsis ministeriis sacris reditus profecti sint. Nonne ium Ecclesiastes, 4, 7, eum irridebat qui, sine filio et fratre oculos numquam divitiis satiatos ferebat, nec recogitabat cuinam laboraret. Quia tamen non omnes capiunt istud », *tamquam rationabilem,* si nulla peculiarie necessitas generalis plus postulet, hanc normam agendi proponimus, ut· ex annuis reditibus qui post omnes expensas supersint, rata pars deputetur ope·
3 ribus piis; quae rata pars esse possit:

Si reditus supersint :	possessor sine onere familiae ;	cum 3-1	cum 7-10 liberis;
25.000 fr.	tribuat 20 p. c.	10 p. e.	o p. c.
50.000 »	» 24 p. c.	12 p. c.	6 p. c.
75.000 »	» 26 p. c.	13 p. c.	6 1/2 p. c.
100.000 »	» 28 p. c.	14 p. c.	*i* p. c.
150.000 »	» 30 p. c.	15 p. e.	*i* 1/2 p. c.
200.000 »	» 32 p. c.	16 p. c.	8 p. c.
250.000 »	» 36 p. c.	18 p. c.	9 p. c.
300.000 »	» 40 p. c.	20 p. c.	10 p. c.

Magis autem positive probata norma a scriptoribus ecclesiasticis haec luit, ut qui id sine detrimento familiae possent, facultates suas (annuas, ut putamus) in tres partes dividerent, ut prima pauperibus; altera religioso cultui deputaretur; tertia vero addiceretur alendae familiae. *(Exerc. spir.* S. *bpiatii,* Regulae in distribuendis eleemosynis servandae.)

Observes a nobis augeri ipsam proportionem pro maiore sumina redituum; dum aetateS. Alphonsi eandem potius pro eadem ratione minuebant. Verum, ni fallimur, hoc statuebant de sola eleemosyna stricte intellecta et

quiie tunc erat magis loco circumscripta: facile crut per summam absolute niaiorern communibus pauperum necessitatibus satisfactum. Sed si. ut hodie debemus, eleemosynam ampliore sensu et extensione sumamus, cum inexhaustae necessitates sint, nulla nobis ratio esse videtur, cur regulae raritatis alia ratione ac regulae tributorum ponerentur; i. e. secundum capacitatem. quae, quo maiores sint reditus, non decrescit sed relative crescit.

109. — Scholion. */)e eleemosyna per verba et actionem.* Quamvis, minus quam res exteriores, ingenitae et acquisitae ingenii dotes sint prima origine communes, cum ab initio et ex ipsa earum natura sint cum persona coniunctae, nihilo minus non ad solam hominis docti vel habilis utilitatem sunt a divina Providentia ordinatae; sed observanda est lex (piam Leo XIII his magnificis verbis efferebat: «Summa est: quicumque maiorem copiAm bonorum Dei munere accepit, sive corporis et externa sint, sive animi, ob hanc causam accepisse et ad perfectionem sui. pariterque, velat minister Providentiae divinae, ad utilitates adhibeat ceterorum » (Enc. *Rerum Xorarum*. 15 maii 1891).

Est itaque laudanda et praecepta eleemosyna consilii et cuiuslibet beneficae actionis. Sic causidici, medici et chirurgi sua arte pauperes indigentes etiam gratis iuvare debent, obligatione quae ex necessitate indigentis et incommodo succurrentis, et interdum ex assumpto munere aestimanda est. Omnia 'opera misericordiae, tam corporalis (piam spiritualis, rationem eleemosynae continent.

Articulus III. — Procuratio bonae proximi actionis.

110. — Societas humana efficit ut actiones alienas *verbis* seu *monitione, exemplo* et *physica* vel *morali participatione* iuvare vel impedire possimus.

Pro vario actionis genere, caritas alterutrum suadebit vel imperabit. Hinc ordine nobis agendum est de *fraterna adhortatione* et *correptione ;* de *aedificationc* et *scandalo:* et *cooperatione* ad bonam et malam actionem proximi.

1. — De fraterna adhortatione et correptione.

111. — Bonum et modi adhortationis fraternae. Quia omnes infirmi sumus in opere bono peragendo, opportunissima exercitatio misericordiae spiritualis consistit in pia hortatione qua proximus ad bonas actiones stimulatur. Pia huiusmodi hortatio

communis et publica esse potest in contionibus ml populum directis, vel allocutionibus cuiuspiam communitatis; utilissime iit privatim, sive in sacramento paenitentiae sive extra sacramentum. Caritas movebit confessarium ut faustissimam spiritualis consilii occasionem quam ipsi praebet spontanea accusatio paenitentis minime neglegat, praesertim cum de iis agitur qui. raro ad sacramenta accedentes, vix iimquam aliter spirituale amici consilium audirent.— Quamquam etiam cum piis personis, modus ille plerumque non est omittendus. Paenitentibus gratus esse solet, praesertim si hortatio fiat, non generalis et indefinita, sed ad propriam animam aptata. Atque etiam in colloquio mere privato, quam saepe verba prudenter suasiva fecundum magni boni initium fuerunt! Immo genus istud apostolatus inter homines eiusdem condicionis maxime efficax praedicatur. Porro, attento *obiecto,* duplex genere, est hortatio: altera, ad *intellectum* directa, potius docet, instruit, opportunitatem lucri spiritualis indicat, memorat; dum altera, in *voluntatem* agens, magis movet, animos addit ad operandum bonum. Attento *tempore,* altera rursus bonam actionem instigans, hanc praecedit, dum altera bene factam approbat et laudat. Sincero et temperato eneomio, ab adulatione alieno, mire stimulantur homines ad meliora tentanda, dum plures aliorum silentio graviter alliciuntur et paene animum despondent.

112. — Correptio seu correctio *fraterna* admonitionem dicit qua quis, fraterna caritate motus, proximum a peccato revocare conatur. Est exercitatio misericordiae spiritualis, in spirituali necessitate communis gradus tentata. Et tum persona corrigente tum fine differt a monitione et a correptione *auctoritativa* et *iudiciali,* quam sola persona publica, sive secreto sive publice peragit ad bonum publicum vel aliquo modo commune, vitato delicto tutandum. In foro canonico haec ordinatur ce. 2307-2309. Rarior est eius usus in foro civili, ubi plerumque sola iustitia vindicativa exercetur, et correptio in ipsa poenae impositione consistit.

Praeceptum correptionis fraternae interpretes communiter legunt in loco S. Matth. 18, 15: « Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum etc. ».

Constat ipsa ratione: debemus ex caritate, secluso gravi incommodo, grave malum a proximo avertere. Nec obstat neminem peccare nisi volentem, nec eleemosynam deberi ei qui voluntaria

egestate laborat. Namque homo quem malesana cupido agitat, comparandus est cum insaniente, qui sine alterius ope vix a malo sibi inferendo abstinebit; ac sunt praeterea ignorantiae depellendae et removenda pericula quoque involuntaria.

113. — Correptionis materia. 1. Omne *mortale* proximi peccatum est per se sufficiens materia ut hoc praeceptum sub mortali obliget. Id enim quod vitam spiritualem tollit, sufficientem correptionis necessitatem inducit. Veniale peccatum nullam gravem corripiendi obligationem paritj nec levem, nisi facillime possis. Ac venialiter tantum peccat privatus vir qui. ob timorem, verecundiam, pusillanimitatem, existimet se non esse ita obligatum, vel minus esse idoneum. Tali enim, ex huius modi affectu, nascitur fere grave incommodum quoeum caritas minus obligat. Severius autem est pronuntiandum de Superiore, ad quem ex officio corrigere pertinet. Is, ad tutandum disciplinae nervum, ipsas culpas veniales et transgressiones regularum, facile sub gravi (non tamen in singulis casibus) corrigere debet.

2. Hactenus dicta valent quoque de peccatis factis vel faciendis ex ignorantia *vincibili,* praesertim graviter culpanda. Si vero ignorantia fuerit *invincibilia,* correptioni proprie dictae subtrahitur ipsum fundamentum, i. e. delictum. Subintrat tamen latius dicta, quae officio docendi ignorantes impojiitur. Officium istud magis proprium est Superiorum; obligatio tamen alios quoque afficit propter damnum quod non correctus defectus afferat vel ipsi *ignoranti:* sive agatur de punctis necessario credendis ad salutem, sive agatur de libidine quae ex consuetudine tyrannica evaderet; vel *aliis:* sive scandalum inde patiantur, sive laedantur in bonis fortunae, famae, corporis; vel ipsi honori *Dei.*

De (pia re haec observanda sunt. Transgressio legis naturalis semper noxia est; (piare levis saltem est obligatio monendi eum qui legem istam materialiter violat. — Cum agitur de bonis fortunae (piae, ex facta correctione, mere possessorem mutant, non autem de damnis (piae nulli lucrum aequivalens afferunt, correctio non obligat sub gravi, nisi possessor legitimus gravi egestate prematur vel, ob aliam causam, a te praeferri debeat. Namque ad bonum commune per se parum refert bona exteriora ab hoc potius (piam ab illo detineri; et bona fides omne scandalum per se aufert.

Si quis aatem *per accidens,* puta ex diei oblivione, et sine scandalo praeceptum aliquod humanum violet, v. g. ieiunii, abstinentiae, nemo contendit gravem monendi obligationem adesse: nec pauci omnem obligationem negant.

114. — Personae obligatae. *Privati* ex sola caritate; *parentes* etiam pietate; *Superiores* ae *Praelati* ex stricto oflicio obligantur: quod officium est religionis vel quasi-pietatis, immo iustitiae commutativae, si pars est suscepti muneris.

Et quamvis pietas non minus obliget quam iustitia, curandum bonum commune eflicit ut Superiores cum graviore incommodo quam ipsi parentes teneantur.

115. — Condiciones obligationis colliguntur ex *necessitate* correptionis, ex *probabilitate* effectus, ita ut *in dubio* excuseris, et aliunde ex *incommodo* quod correptio seeum afferat. Ut haec magis explicentur:

1. Solus Superior *indagare* debet. Neque id facere debet indiscrete, curiose de singulis interrogando, sed de iis tantummodo de quibus indicia data sunt. Privato viro oportet ut proximi peccatum vel periculum peccati certo de se constet; nec signum dubium sufficit. Inquisitio quam privatus tentarit odiosa et potius vitiosa foret.

2. Soli *egenti* eleemosyna danda est. Quare ut corripere tenearis, oportet ut saltem probabile sit nec fuisse nec, sine monitione, futuram esse emendationem.

3. Privatus non tenetur, .si *alius adsit* aeque idoneus qui correpturus putetur.

4. *Sine spe* fructus nulla obligatio correptionis premit saltem privatum virum. Namque Praelatus interdum, ad vitandum scandalum, etiam immediate inutilem correptionem facere debet. Oportet ut fortis reprehensio vitii bonos confirmet.— Ubi *modica spes* fructus fuerit, cessabit, saltem in privato, gravis obligatio, Correptio quae forte nociva fuerit non iam est praecepta, nisi ratio maioris boni concurrat. In dubio tamen correctio utilis praesumenda est. Et quam diu spes fructus est. correptio repetenda erit.

5. *Extra locum* et *tempus* opportunum, correptio facienda non est. Nec privatus tenetur cum gravi suo damno.

Corollarium.— Gravis ergo obligatio correptionis in privatis (non item in Superioribus vel Confessariis) potius raro aderit.

Regulariter ea facienda excusantur *scrupulosi,* cum incapaces sint opportuni consilii in' hae re mlliibendi, et obligatio ipsis foret gravissimi incommodi, Cum illis demum quorum ignoret ingenium, privatus satius habebit correptionem omittere. Cfr. de audiente detractionem S. Tu. 2, 2, q. 73 art. 4.

115. — Ordo in correptione servandus is ab ipso Christo indicatur. ut primo omnino privatim liat, deinde coram testibus, tum ad Praelatum Ecclesiae sive Superiorem res deferatur. Verba enim « Dic Ecclesiae » tantumdem valere ac « dic Praesidibus Ecclesiae » communiter admittitur. Cfr. Knabenbauer in Matth. 18, 17. Ratio est servanda fama.

Peccatum *publicum* seu ita notorium ut nulla tergiversatione celari queat, statim palam corripi vel Superiori deferri posse, per se est manifestum.

1'tilitas ipsius delinquentis (quae damno revelationis proportionate» fuerit), damnum aequale innocentis praecavendum, damnum communitatis, consensus specialis vel generalis ipsius delinquentis, sinunt quoque ut, omisso illo ordine, res immediate Superiori deferatur. Ac, prout sunt mores nostri, quamvis Dominus prius unum vel duos adhibendos dixerit (S. Matth. 18, 16). non frequenter eveniet ut alii testes praeter Superiorem vel ante Superiorem advocandi sint.

Praestat ne rem statim ad Praelatum deferre? Haee ex S. Tn. Quodlib. 11, 9. 10. accipiamus: «Tenendum est hoc pro regula, quod in omnibus istis semper servanda est caritas, et quod melius et magis expedire videtur; et si hoc intendat, scilicet emendam proximi, et servet (piantum potest bonum caritatis, tunc denuntiando non peccat ».

Ipsi autem Superiores ne faciles aures praebeant ultroneis accusatoribus qui, per speciem boni communis, saepe se'ipsi quaerunt. Nec delatum pro convicto vel suspecto habeant antequam eius explicationes audierint.

117. — Denuntiatio. Quia correptio fraterna aliqua denuntiatione miscetur, operae pretium videtur de *denuntiatione* haee pauca tradere, praesertim eum omnis denuntiatio denique tandem ad propulsandum malum vel proprium vel proximi dirigatur.

Triplex distinguitur denuntiatio, *ovangelica, canonica, iudicialis.* Prima lit Superiori ut patri, finemque habet bonum ipsius

delinquentis. — Altera recipitur a Superiore tamquam praeside communitatis cuius bono prospicere debet; ac tendit ad incolumitatem servandam sive personae innocentis sive communitatis. — Tertia fit, propter bonum commune, vindici publicae securitatis, sive impedienda sint mala quae noxii meditantur, sive saltem per punitionem delicti nocentes coercendi sint et animi bonis sint addendi.

Judicialis denuntiatio per se *licita* est, sine alia consideratione facienda: quia officium indicis nulla privata actione suppleri potest, et fama delinquentis neglegi potest prae utilitate communi quam delictorum punitio affert. Per accidens tantum, in certis adiunctis, propter nimium damnum vel privatae personae vel religionis (ut si deferatur persona valde catholica aut sacerdos) erit ex caritate vel religione omittenda. Ubi necessaria flat ad damnum publicum vitandum, eadem denuntiatio erit praecepta.

Canonica denuntiatio iisdem regulis subiacet quibus ipsa correptio fraterna, cuius est quaedam extensio. Ilie igitur famae parcendum erit personae reae, ubi prudenter incolumis manere potest. Quare, per se omittenda erit denuntiatio si eius finis correptione privata satis obtinetur. Prospiciendum quoque est caritati communi, quae imprudenti denuntiatione facile labefactatur. Ipsa persona Superioris plus vel minus benigni, discreti, prudentis attendenda est. In pari tamen causa utilitatis vel detrimenti, innocens reo praeferendus erit.

Evangelica denuntiatio est ipse modus correptionis fraternae (pii, rebus prudenter perpensis, immediatae monitioni praeferendus videtur. Evangelica denuntiatione, Superior non potest nisi ut pater procedere ac proin solani poenam medicinalem iuiungere. Nihil tamen obstat quin quaedam subdito denuntiato vetet in virtute s. oboedientiae vel sub poena excommunicationis, si id *bono* eiusdem subditi profuturum videatur.

Ex *canonica* denuntiatione, licet Superiori sanctiones omnes sumere quae ad disciplinam communem tutandam vel restaurandam conducere videntur: idque etiam si haec per accidens denuntiato nocitura praevideantur.

Judicialis denuntiatio locum dat vindictae publicae.

Si res id ferat, potest Superior evangelice deferenti declarare obligationem denuntiationis canonicae aut iudicialis, et utramque stricte eidem praecipere. Quam diu autem denuntiatio evangelica

non fuerit in canonicam vel iudicialem legitime conversa, Superior *per se,* generali secreti commissi lege, canonice aut iudicialiter agere prohibetur. Per se, inquam, quia ipsa secreti commissi obligatio certis finibus circumscribitur.

118. — Corollarium — 1. *Occulti corruptori* in collegiis quibus prudentes Superiores praesunt indicatio *regulariter* enixe suadenda est: perpenso tamen damno illius qui defertur, cui forte, si expellatur, ruina spiritualis immineat. — 2. Quam diu agitor tanturn de unius alterinsve damno, non videtur, si grave sit deferentis incommodum, stricte imponenda. Grave incommodum fuerit, si deferens proprium delictum manifestare inde debeat, si tamquam « delator » aliis fiat invisus. — 3. Si autem plurium corruptio, infamia domus, aut alia ratio damni communis timeatur, delatio, neglecto gravi damno proprio, facienda erit. Confessarius tamen silere de re poterit, si monitio plane inutilis fort videatur, aut de efficacia factae denuntiationis ad malum praecavendum dubitandum sit.

Nondum corruptor est qui minus caste locutus est. Sed videndum est utrum occasio fuerit extraordinaria, an potius ex aliqua consuetudine sermones turpes misceat: is per se deferendus est.

Pro Superioris qualitate ratio agendi mutari potest. Sed Superior praesumendus est prudens et discretus.

§ 2. — De SPIRITUALI AEDIFICATIONE ET SCANDALO.

I. *De .spirituali aedificatione.*

119. — In operibus asceticis, vox aedificationis translate sumi consuevit ad designandam actionem istam positive beneficam quam vel inconscius exercet homo pietati et virtutibus colendis sincere addictus. Mira vis boni exempli ipso proverbio:« Verba sonant, exempla trahunt », exprimitur et confirmatur. Ac nihil praeclarius in laudem boni exempli afferendum est his verbis Christi :« Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est » (S. Matt ii. 5, 1G).

Non ideo tamen virtus fingenda seu simulanda est. quem ad modum etiam docemur a Christo: «Tu autem eum ieiunas. unge caput tuum, et faciem tuam lava, ne videaris ab hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondito » (S. Matth. 6, 17. 18). Perit enim tunc meritum, si ob solam gloriam humanam haec fiant, et perit ipsa aedificatio, si suspicio vanae gloriae suboriatur.

Sunt itaque actiones quae, ut palam factae, semper aedificant, quia directe cedunt in honorem Dei, et ipsa manifestatione exercetur virtus: v. g. professio fidei, observatio externae legis, v. g. audiendi sacrum, abstinendi carnibus. Et sunt actiones bonae quae, quia omnibus in pretio sunt, facile minus recta intentione miscentur. Hae potius celandae sunt quam affigendae, et permittendum adiunctis ut manifestentur.

Ceterum est quaedam virtutis exercitatio vel imperfecta et partialis, vel incauta et inelegans, quae mixtam quadam invidia aversionem excitat. Dum, contra, simplex, humilis et modesta virtus animos ad Deum et ad se allicit. Scite S. Paulus caritatem praedicabat benignam (1 Cor. 13, 4).

Ut meritum aedificationis sibi comparet homo eam satis intendere debet. Cf. I, 130. Intentio ista manifesta est, cum quispiam consulto aliis exemplo praeit, v. g. in confitenda fide, in subeundo periculo propter nobilem causam, in praestando caritatis officio. Quid autem dicendum est de ista aedificatione «piam dat virtus quae se ipsa ignorat, et, prae modestia, se occultat ? Quamvis distincta notitia istius aedificationis agentem fugiat, humilis homo tamen vim boni exempli in genere non ignorat, et saepe ea dicit vel facit quae intentionem produnt spiritualité!· iuvandi proximum omni ratione cuius copia ipsi datur. Quare intentio ad meritum sufficiens ipsi deesse non videtur.

II. *De scandalo.*

120. — Scandali notio et divisio. Scandalum significat proprie offendiculum quod, in via positum, casum praeparat ei cuius pes in illud impingitur. Translate, est dictum, factum, omissum, cuius occasione proximus facile peccat. — Per *se,* huius modi actio non est nisi quidpiam minus recte factum, quamvis *per accidens* optima actio peccato occasionem dare possit. Nonne ipse Christus in multorum ruinam positus esse dicitur ? Cum tale quid acciderit, scandalum dicitur mere receptum seu passivum, sed non active datum.

Quare scandalum *activum* definire solent *factum minus rectum, praebens alteri occasionem ruinae spiritualis.* Minus rectum est quatenus malum sit in se, vel mali speciem habeat. — Activum scandalum dividitur in *directum,* cum quidpiam ea intentione agit ur ut alter peccet : puta directam peccati sollicitationem. Ac

si, ex aliquo Dei vel proximi odio, ipsa ratio peeeati formaliter intendatur, scandalum dicitur *diabolicum*. *Indirectum* est scandalum, cum peccatum proximi praevidetur quidem et permittitur, sed non intenditur.

Scandalum *passivum* est ipsum *peccatum occasionatum*. Si eum scandalo activo conectitur, dicitur scandalum *pusillorum* seu fragilium; si fuit mere *receptum* ex malitia scandalizati, dicitur *pharisaicum,* quia Pharisaei, ex odio et invidia in Christum, per occasionem eius benefactorum, tale passi sunt.

Quomodo istud vocabimus, quod non pauci pauperes, rudes, indocti occasione sacerdotum, religiosorum horumque actionis patiuntur. quia, pravis scriptis decepti, personas et actionem istam sibi sub ementito colore repraesentant? Scandalum potius est pusillorum; verum minus ex ipso sacerdote vel eius actione, quam ex calumniis osorum religionis exoritur.

Observes autem, non ipsum alterius peccatum sed *solam tentationem* esse immediatum dati scandali effectum: nemo peccat nisi volens.

Porro scandalum passivum interdum est peccatum eiusdem rationis ac scandalum datum, quale inter complices necessario habetur; nec raro est omnino diversae rationis. Sic scurrilitas, impudicitiae sacerdotis, contemptum ordinis sacerdotalis et religionis inducunt. — Per se quoque manifestum est, scandalum passivum sim activo haberi posse et contra. Iinmo actio mala, puta blasphemiam. actionibus bonis quales sanctae protestationes et expiationes sunt, initium dare potest. Nec scandalum est ipsa miratio, vel horror spectantium et audientium, quod solent scandali nomine appellare. Quare qui coram aliis peccat non est semper simul active scandalosus, sed tunc solum quando, perspectis adiunetis peccantis et testium, timendum est ne inter testes sint qui ad peccatum trahantur quod secus non commisissent. Propter *improbitatem* vel *probitatem* testium scandalum abesse potest: propter *improbitatem,* ut si (piis blasphemet, castitatem violet coram aliis qui parati idem facere, isto exemplo nullatenus moventur; pro;iter *probitatem,* ut si (piis coram mansuetis contendat, rixetur, caedat. Nec scandalum dabitur testibus ita assuetis ut re periculosa nullatenus excitentur. Merito tamen scandaiosae praesumuntur actiones malae quae palam committuntur, praesertim a personis certi nominis vel auctoritatis.

121. — Peccatum scandali activi. 1. De peccato scandali *directi,* non est ambigendum: et constat speciem contrahi peccati ad quod quis alterum perducere intendit. — Scandalum *diabolicum,* cum formale odium contineat, specialem dicit contrarietatem ad caritatem, quae in confessione aperienda est.

2. Verum peccat quoque per se auctor scandali *indirecti.* Et peccatum eius est officio correptionis fraternae contrarium. Si enim caritas nos obligat ut peccatum, saltem grave, proximi impediamus^ multo magis nobis imponit ne simus causa per accidens (i. e. occasio) peccati alieni. — Contra autem ac plures iidemque graves auctores tenent (v. g. Sanchez, *Decal.* l. 1, c. 6, n. 3). peccatum istud soli communi *caritatis* obligationi, non autem alteri virtuti adversatur. Quod enim est praeter actionem et intentionem agentis, speciem non constituit (2, 2, q. 43 art. 3). Sed peccatum mere occasionatum est praeter *intentionem,* ut est manifestum. et etiam praeter *actionem* agentis. Sufficiens enim causa peccati est propria peccantis voluntas (ibid. art. l ad 3). Quare: *conditiones variae* personarum quae scandalum istud passae sunt non sunt declarandae, excepta qualitate parochiani, filii et similis, cui auctor scandali spiritualem aedificationem speciali titulo debebat; nec restitutione tenetur qui solo exemplo alios ad furtum vel damnificationem induxit.

122. — Permissio scandali. Scandalum per actum malum et per actum (pii mali speciem habeat dari potest. Ac potest esse mere receptum, sive ex fragilitate, sive ex malitia. Hinc :

a) Liquet semper peccare qui per actum *malum* auctor est scandali. Ac sub gravi vitare debeo ne meo facto malo alter in tale gravis peccati periculum inducatur unde difficile se expediat. Id est enim alterum conicere in necessitatem spiritualem, quam depellere deberem, nisi proportionate incommodo excusarer. Si alter mere de peccato veniali, etiam directe tentetur, auctor scandali per se non peccabit nisi venialiter.

&) Si actio mere *speciem mali* habeat, auctor scandali proportionate incommodo excusari potest. Et si grave periculum fuerit multorum, grave incommodum ad illud vitandum mihi sufferendum est. humo si tota vita Christiana, ipsa fides inultorum sit in periculo, nullo damno proprio excusabor.

c) Ipsum scandalum *mere receptum* seu *passicum* per se permitti non potest: quia peccata proximi, si facile possumus, im-

pedire debemus. Proportionata causa necessitatis vel utilitatis permissionem scandali excusat. Perpendenda sunt: incommodum abstinendi actione, gravitas mali quod in aliis timetur, proximitas occasionis peccati, natura scandali quod sit pusillorum vel pharisaicum. Maior causa requiritur ut scandalum pusillorum quam pharisaicum permittatur: scandalum pharisaicum ob quamlibet causam permitti potest, nisi actionis dilatione, magnus fructus speretur.

Immo scandalum passivum interdum permitti debet; namque, ad illud vitandum, non licet peccare, vel propriam salutem gravi periculo obicere, vel graviter aliis, praesertim communitati, nocere.

123. — Scandali reparatio. Qui malo exemplo alios scandalizaverit, iis bonum exemplum dare debet, quatenus vis mali exempli aliquo modo permanere censeatur. Vim istam ex caritate auferre debet; haec tamen non est vera restitutio sed potius ces. satio ab actione, mala. Reparatio ista, pro natura scandali (publici. occulti, contra proprium ollicium vel non) variabit.— Plerumque generalis reparatio quae aperta conversione continetur sufiicere poterit. Cf. Aertnijs, I, 395. 39«.

12+. — Nonnullae applicationes. 1. Duo qui peccatum simultanée committant sunt alter alteri necessario seandalosi. Etenim, etiam si uterque malam intentionem proprio marte conceperit, exsecutio tamen, seu peccatum externum alterius complicitatem reqnisivit. ita ut etiam complex instigatori occasionem peccati dederit. Magis profecto peccat qui alterum ad peccandum excitavit vel induxit. Quia tamen haeo est mere aggravans circumstantia, in confessione aperiri non debet, contra ac quidam opinantur.

2. Non licet sine causa, *honestum opus petere ab eo qui istud sine peccato non praestabit, x. g.* iusiurnndnm petere ab aliquo qui periurabit, vel sacramentum a ministro quem in malo statu versari novisti. Id tamen ob rationabilem causam licebit : namque altor ex propria sua malitia peccat. Immo si v. g. indignus minister inin sit actu determinatus ad peccatum, petitio tua mere peccatum externum anticipat, itant petitio pluribus non videatur graviter peccaminosa, etiam si sino causa fiat. Cf. Lugo, */>e lurcet laetitia,* , n. courra S. . *2,* n. 17. (Is oχ e‹» arguit quod peccatum externum malitiam internae voluntatis augeat.) Unde simpliciter permittunt fidelibus ut a suo malo sacerdote sacramenta petant. \d hanc enim administrationem ins habent. Pariter uxor viri onanistae ius habet nd copulam. Hanc ergo postulare poterit, nisi mediocri abstinentia virum ad meliora tonsilia pertrahere possit.

3. Ob scandalum *pharisaicum,* bona non necessaria, sive spiritualia she etiam temporalia omittere vel differte nemo debet, secundum illud S. Mattii.

15, 14 : « Sinito illo»: caeci sunt et duces caecorum ». Excipe si ex dilatione fructus notabilis speretur.

4. Facilius ac saepius bona ista differenda vel omittenda sunt propter scandalum *putillorum*. Sic differendus erit ingressus in religionem ob scandalum parentum, si eorum consensus brevi obtentum iri videatur.

5. *Data explicatione* quae speciem mali removeat, v. g. quae iustiim demonstret actionem juins suspectam, scandalum pusillorum in pharisaicum facile converti potest, ita ut obligatio istud vitandi valde extenuetur.

6. *(Irarc xcamlalum paxillorum* excusat ab implendis quibusdam praeceptis positivis ioiunii, abstinentiae, etc. nisi omissio esset magis damnosa omittenti, (‘asus potest esse uxoris cuius maritus graviter offenderetur abstinentia foriae VI ; mulieris (piae in ecclesia obvium haberet iuveiiem a quo turpiter concupiscitur. Non nulli obligant in talibus adiunctis ad praecepta interdum omittenda, quia lex naturae de vitando scandalo positivae legi praeferri debeat. 8. Alph. l. 2, n. 51 hanc opinionem probabiliorem esse existimat. Sed observatio praecepti videtur aliis esse insta causa permittendi scandalum. Itaque do obligatione non constat, nisi peccatum personae peccaturae ex otlicio impedire debeas.

7. *Praelati eeclexiautici.* ad vitandas turbas, certas caerimonias sacras omittere interdum debebunt; — possunt, ad maiora mala vitanda, dissimulare subditorum peccata, «pine secus corripere deberent ; — nec debent nec per se possunt omittere lites vel ea quae necessaria sunt ad bona ecclesiastica tutanda, ut scandala pharisaeorum vel etiam pusillorum vitentur. In casu tamen speciali, iure suo cedere ipsis satius erit: sed, nisi res sit parvi momenti, assensus 8. Sedis rogandus erit.

8. Puella formosa et decenter ornata de tentationibus et peccatis virorum (pios obviam habebit sollicita esse non debet. Si tamen facile vitare possit virum (piem ex eius occasione peccare noverit, istamque libidinem una vel altera fuga exstinguere queat, id sub gravi facere debeat. (Aertnl JS, 884, 4'·.)

9. Propter instam ac proportionatam causam, fas osse videtur ut occasionem, non tamen proximam, peccati apponas : sic pater <pii lilium merito suspicatur propensum esse ad furandum, occasionem furti ad ipsum deprehendendum et corrigendum apponere potest. Ad famulos deprehendendos et expellendos vel puniendos, herus idem facere poterit. Nec prohibent virum ut fidelitatem uxoris prudenter et caute experiatur. Immo, ob valde magnam causam, praesertim publicam, non repugnare dicunt ut mulier, ipsa tamen nihil inhonestum peragens, permittat ut sui occasione nascatur lentatio, sicut ludith fecisse narratur in Scriptura Sacra.

125. — Quaeres utrum fas sit petere ab alio actionem, in se honestam, quam is, ob erroneam conscientiam, sine peccato praestare non potest ? Puta tibi famulari asseclam falsi cultus (iudaiei, mahuinetani) qui sabbato operibus servilibus abstinere

debeat vel quaedam ieiunia observanda habeat; vel quempiam iniuste, iniustitia tamen (piae custodem lateat, carcere detineri, vel egressum e patriae finibus hostili dominatu prohiberi.

R,esp. Sine gravi causa nefas foret alterum sic ad subiectivum peccatum inducere. Propter gravem causam, ut si opus urgeat neque istud ab alio quaerere queas; vel si ius tuum vindices, id licebit. Intentio enim petentis in actionem obiective bonam fertur; peccatum quod falsae conscientiae tribuendum est. est accidentale: hoc a petente, ob iustam causam mere permittitur. Verum, si actionem petens copiam hanc habeat, debebit data explicatione de obiectiva actus honestate, conari ut ipsum subiectivum peccatum alteri parcat.

Nec pecunia custodi vel militi fortasse solvenda scrupulum movere debebit: solvitur enim ad obiective iniustam vexationem redimendam.

126 — De ornatu muliebri, *a)* Vestes bifariam decentiae regulis derogare possunt: quatenus libidinem excitent et quatenus contrariam quandam verecundiae audaciam prodant. Prioris rationis sunt vestes nimis breves theatrorum et circorum ; sunt quoque nimis tenues vel nimis paucae quae in choreis mundanis adhiberi coeptae sunt ; sunt etiam vestes quae corpori ita arte aptantur, ut vel omnem corporis formam exhibeant aut sexuales notas exaggerent; sunt denique, — neque id spernendum est, — vestes breviores puerulorum et puellarum : multi horum occasione tentantur. Potius alterius rationis sunt indecorae colli nuditates. Ac notes magis mysteriosis velis (piam completa nuditate libidinem excitari.

b) Qui ornatus parum decentes introducunt, sicut mulieres (piae eos primum ferunt, graviter peccant : causa sunt innumerabilium peccatorum, nec ulla excusatione earum culpa extenuatur.

c) Quae mere se accommodant ad mores receptos raro gravi culpandae sunt, praesertim cum modus ferendi vestes multum valeat ad minuendam, sicut etiam ad augendam indecentiam.

d) Quae indecentiam augent, pro modo graviore vel minus gravi, peccabunt graviter vel leviter.

e) Remota cooperatio conficientis qui, rogatus, vestes conficit « à la mode », practice necessitate seu gravi causa excusabitur.

/) Mulier quae praevidetur futurum ut ornatu suo vano et superfluo (non tamen turpi) plures in genere scandalizentur, illum deponere sub gravi non debet. Occasio enim est in se remota. praeterea est universalis et perpetua, quam formosae necessario praebent dum exeunt foras, et iisdem nimis grave esset ornatu abstinere.

N. B. Regulas de ornatu mulieri ex S. Th. collectas proponunt Ball.-Palm. t. 2, n. 269.

Verum mulieres catholicae et piae nimiam servitutem acceptant usuum quos parum piae, imino meretrices inducunt. Quocirca, conandum est ut, foedere inito, suam libertatem, libertatem, inquam, elegantis modestiae, vindicent. Nec satis omnibus suaderi potest cultus verecundiae, tam pro seipsis quam pro familia quam regendam habent.

Et quia id pro emendatione caput est, quantum in potestate nostra est, pro vilibus procurare debemus ut solida institutio animos puellarum a futilibus rebus ad gravia sua ofticia cum familiaria tum socialia implenda convertat.

127. — De choreis, a) Nullae choreae hodiernae positive approbandae videntur, si forte excipias innocentes quasdam saltationes quae in quibusdam vicis seu regionibus catholicis raro, v.g. in festo patroni loci, celebrantur. Tales se novisse testatur Berardi. Contra, habentur quoque choreae populares quae in vera Bacchanalia desinunt.

6) Dum ante paucos annos quaestio movebatur de quibusdam modis saltandi, praecipue de eo quod « valse » nuncupatur, hodie magis attendendum iam est ad choreas quae actionem quandam figurant.

Quamvis quidam modi saltandi minus placeant, nullus est quem, ubi est introductus, absolute damnare possimus. Choreae autem posterioris generis, nisi sacram pompam vel bellicam actionem repraesentent, amatoria facta, v. g. persecutionem qua mas feminam consectatur, exprimere vel imitari solent; exprimere vel imitari ita ut ipse exsecutionis modus in occasionem vix non proximam libidinis actores proiciat. Ideoque factum est ut nonnullae, v. g. « tango ». ab auctoritate ecclesiastica interdum reprobatae sint (l).(*)

(*) Ut tamen prudenter respondeas, hoc etiam observandum est, interdum fieri ut, retentu nomine, vitia quarundam chorearum corrigantur, iere sicut emendatae editiones scriptorum pra-

c) Fieri tamen potest ut quibusdam iuvenibus divitioribus praeferenda sint commercia personarum quibuscum urbanitatis leges observare debent, etiam si choreis honestis misceantur, (piam vulgaria commercia tabernarum quibus secus addicerentur.

d) Si (pii choreas adire velint aut debeant, curare saltem debent ut honestum comitatum habeant. Larvatae choreae magis periculosae sunt, cum libidinosos reddant audaciores et iinpudentiores.

c) *Paenitentes* pro casu suo indicandi erunt. Iis qui non peccarunt absolutio deneganda non est. Iis qui in choreis peccare solent, choreae prohibendae erunt, si ipsae choreae et non fragilitas quae in omni consuetudine cum feminis deprehenditur, proxima sint peccati occasio, atque occasio non sit moraliter necessaria, ut esse potest, v. g. pro uxore suum virum comitante.

128. — Quaeres utrum liceat, ad maius malum vitandum, minus malum suadere, an suasio ista sit de scandalo activo arguenda.

Res controvertitur. Alii id licere negant, quia minoris mali suasor maneat tamen suasor mali : alii id licere existimant. <piia suasio mere notam *minoris* mali afficiat, et malum quod supersit nec intendatur, nec causam suam in suasione sed in mala alterius voluntate habeat. Vel, si malis, suasio, quia condicionata. est rationabilis. Ilis enim verbis redditur: quandoquidem vis maius malum, fac potius minus. Sic Lugo , *Tuxt.* d. 19. n. 42 ss. Rationem tamen hanc alii tunc tantum valere putant, (piando malum minus in maiore continetur, vel de malo agitur eidem personae inferendo. In hac sententia, licebit suadere mutilationem personae (piam alter occidere volebat ; vel in genere furtum aut fornicationem ei (pii occisionem vel adulterium committere statuerat. Illi autem qui furto pauperem spoliare volebat suadere non licebit ut *tali* delinito diviti pecuniam auferat, quia dives sit istius suasionis rationabiliter invitus. Excipe igitur si. propter modicam quantitatem, dives rationabiliter invitus esse nevorum edi consueverunt. — Rursus autem crescens in dies licentia neo-pagana res peiores etficit, et incentiva pastionum exaggerat. Quid, quod in ipsa eborearum arte addiscenda, sub futili praetextu, vestitus prorsus immodestus adhiberi coepit? Nec sola vestitus immodestia sed plures ali , recentioris originis, usus « mundani » virtuti quasi bellum indicere videntur. Cf. JosuÉ Gbrmain, *Da>LieroHt-tllfs ?* Enquête sur les danses modernes. Paris, 1923; et, de isto opere, Doncœvk. avril 1923, t. 160, p. 193 ss. vel Hocf.dhz, Apwt*. *Rct. Thiel* 1924, t 51. p. 32 ss.

(pieat. Cum autem meretrix invita non sit, designatio meretricis eligendae prae coniugata non videtur reprobanda si, intentione minuendi malum, a consiliario facta sit.

Tertiam hanc sententiam veriorem esse arbitramur. Cavendum tamen erit a scandalo quod 'suasio secuni ferre queat. Ob quam causam, ni fallimur, 22-23 nov. 1922, S. *Officium* negavit licere ut confessarius dimidiatam copulam suaderet viro onanistae. Episcopi enim Neerlandiae, in praefatione sui libelli supplicis, indicaverant cur, in concretis adiunctis, consilium istud foret scandalosum, quatenus pias aures offenderet et ad malthu·sianas artes propagandas viam sterneret. Cf. *Per.* XII, p. 33-37.

De huc re cf. LuGO, *lust.* d. 19, n. 13 ss. Is etiam, mi. 50-54 quaestionem versat et benigne solvit de eo qui aequale malum suadeat, quia suasio ista etiam huc condicione apposita purgetur : « Si es determinatus ad hoc, fac istud alterum ». Atque etiam concedit ut haerenti inter duos determinatos homines, utri noceret, suaderi possit ut Titium potius quam Cainin damnificaret, saltem quatenus malum a ('aio avertere velit.

§ 3. — De Cooperatione ad bonam ET MALAM PROXIMI ACTIONEM.

I. *Notio et divisio cooperationis.*

129. — Cooperatio, vi vocis, *simultanedm dicit duorum tel plurium actionem seu operationem.* Sic cum gratia Dei in omni bona actione cooperamur. Cooperatores possunt vel partes principales sibi assumere omnes, vel alii partes principaliores alii secundarias. Ili magis stricte vocantur cooperatores: ita tamen ut distinctio potius *exsecutionem* exteriorem respiciat (piam actionem lotam. Itaque, quamvis, ut ipse Codex can. 2209 § 3 docet, mandans seu iubens sit auctor principalis, praeter *exsecutorem* seu exsecutores, inter *cooperatores* numeratur.

Cooperatio distinguitur *formalis* et *materialis.* Formalis potissimum habetur cum coniunguntur ipsae intentiones, seu (piando ad intentionem agentis concursus praebetur, vel communi consilio res lit et iuvatur. — *Materialis* tunc praebetur, quando diversa intentione unus agit, alter concurrit. Sed formalis quoque dicitur cooperatio quae *in se,* sive natura sua sive ex necessaria sua significatione, bonitatem vel malitiam eiusdem generis continet atque actio principalis. Alii hanc vocant materialem *immediatam.*

Materialis itaque ad malum cooperatio fit, sine intentione mali ab agente principali intenti, per actionem in se bonam vel indifferentem aut saltem prorsus extraneam malitiae actionis principalis quae consideratur: ipse agens principalis tua actione tunc abutitur ad sua prava consilia : ipse suam malam voluntatem cum tua actione coniungit. Cfr. S. Al pii. 1. 2, n. 63.

Pro distantia ab actione principali dicitur *proxima* vel *remota.*

II. — *De cooperatione ad bonam actionem.*

130. — Cooperationis utilitas, valor, meritum. Ad pauca soli valemus. Quare caritas suadet promptam et multiplicem cooperationem, cum physicam tum moralem, ad bonum, consilio, adiumento exteriore, approbatione et laude, communicatione scientiae vel praestatione virium.

Uniusmodi auxilium, cum saepe aliis plausus et successus praeparet, frequenter continet humilitatis exercitationem et valde remota est ab invidia. Quare ipsa affectus puritate eadem cooperatio commendatur. Ac summam laudem attingit, cum cooperator sibi laborem eligit, alii honorem procurat. Propter communionem sanctorum, orationes et bona opera nostra omnia cooperari possunt omnibus piis incoeptis quae ubique terrarum tentantur.

Cooperatio formalis seu « intentionalis » meritum actionis principalis communicat, non item materialis, nisi sit conscia et. qua cooperatio, approbata vel intenta.

131. — Superiores religionum solent amicos et benefactores ad societatem meritorum et bonorum operum admittere. Qui illa communicatione donantur iam ad eos ascribuntur pro quibus non pauca sacrificia et suffragia in religione offeruntur, sive ex Superiorum indictione sive ex ultroneis precibus quas religiosi ad mentem Superiorum fundere solent; ac praeterea, ut peculiariter cum religione eoniuncti, modo analogo ei quo ipsi qui in religionem cooptantur, multiplex inde auxilium supernaturale et divinam misericordiam sibi expertare possunt. Cfr. de hae re S. Th. in 1 S. d. 45, q. 2 art. 1; TAMBURINI Ascan., *De hire abbatum.* t. 2, d. 9, quaesit. 3; BUCOERONI, *Theol. morS'* tom. IV, p. 428, *Altera afjUiatio,* ubi hoc argumentum fusil versat.

III. — />t' *cooperatione ad inalam actionem.*

132. — 1. Stricte formalis cooperatio malitiam actionis principalis necessario participat. Quare, si haec est intrinsece mala, ipsa cooperatio numquam licita flet. Perinde (licendum est de formali cooperatione (piam alii *immediatam materialem* vocant, si solam excipias iniustitiam in bonis materialibus. Etenim, ob ius necessitatis, licet interdum ad talem iniustitiam materialiter, etiam immediate, cooperari.

2. *Materialia* cooperatio ipsa *per se* illicita est. Respectu enim *agentis* opponitur officio correctionis fraternae, (pio malam eius actionem ex caritate impedire aut corripere debemus; ac saepe praeterea conectitur alius effectus honori Dei derogans, vel aliis nocivus seu damnosus.

Inde non parva quaestio lit, utrum materialis cooperatio, quando illicita est, solam caritatis virtutem laedat, an etiam diversas alias virtutes quibus, pro casus diversitate, actio principalis opponitur. Ac solam laedi caritatem, nisi praeterea peculiare munus geras parentis, indicis, ministri sacramentorum, quod tibi curam oppositam imponat. existimavitCard. h'Annib. I. n. 174, quia materialis cooperator nihil in se malum efficiat. Aliter opinatur Sanchez, *Decal.* l. 1, c. 7, n. 10. 12, sed is consequenter dicit ad suam de malitia scandali indirecti opinionem quam reiecimus. Alii(cfr. do Prop. 51 Ixnoc. XI. Cardenas, diss. 31. η. 10. 11) eandem conclusionem tenent, quia coniuncta cum actione principali, cooperatio huius malitiam participet. Verum, id negandum «ή I, cum nexus non sit intrinsecus sed extrinsecus, ex mala alterius voluntate. Atque admissa hac ratione, ipsa cooperatio intrinsece mala evaderet, ita ut numquam excusaretur : quod communissime reicitur. Sunt qui distinguunt iniustitiam ab aliis peccatis, quia tunc, praeter rationem impediendi ex caritate peccatum agentis, «adest ratio impediendi damnum tertii qui ius habet ne alter ad eius damnum concurrat ». Sic Bale.-Palm. t. 2. tr. 5, n. 297. Sed. obicit Card. h'Anmb. 1. c., cur iustitia plus quam ceterae virtutes constringat ! Non desunt qui, de sola gravitate peccati solliciti, de specie quaestionem omittunt, quamvis aliter aliae virtutes, aliter sola caritas obligent; vel qui brevissime et satis confuse rem proponunt. Sic Lehmk. I. 786, haec pauca habet : « laesio caritatis non unica, immo saepe ne principalis quidem ratio est cur cooperatio *aliqua sit illicita* ». Quibus tamen verbis, cum communi sententia, a placito d'Annib. dissentit.

Sic breviter dicendum putamus. Haec sola cooperatio hic consideranda venit quae est *ponitira,* seu per actionem. Haec sola vere concurrit. *Ncgatira* mere non impedit. Quare, nisi diversam ex officio obligationem habe.'ts, haec solum caritatem laedere potest.

Ipsa cooperatio positiva materialis non magis quam scandalum est causa per se rei malae. Illud tamen interest inter scandalum et hanc cooperationem, quod ex nulla physica operatione scandalosi, qua talis, effectio dependet. dum, praeter quidem intentionem operantis, huius causalitas assnmitui ad effectionem malam, quae sic active permittitur. Iam vero, variae virtutes inaequalem nobis curam positivam imponunt, ne actio nostra, etiam nobis invitis, earum causae seu bono noceat. Itaque cooperatio materialis non vetator praecepto „<y,n/iro virtutis, quia materialiter coopérons re vera ipse nihil contrarium virtuti agit (et sic secunda sententia reicitur), sed vetari potest officio *positivo* quatenus coopérons efficaciam variis virtutibus oppositam male permiserit·. Et hoc videtur fugisse Cardinalem o'Anxiha LE.

3. Materialis cooperatio non est intrinsece illicita, sed *licita Jit.* quatenus cum sufficienti cura virtutis componitur. Idem aliis verbis dicitur : *cooperatio materialis proportionate incommodo excusatur.*

133. — Principia de licita et illicita cooperatione materiali. 1. Quatenus cooperatio *caritate* vetatur, recurrunt regulae supra traditae de scandalo indirecto. Quatenus vetatur etiam alia virtute cui actio principalis adversatur, ipsa propinquitas vitandae cooperationis obligationem formaliter graviorem creat, et rigor istius virtutis quoque attendendus est.

2. Formula porro haec tradi potest. Cooperatio materialis purganda est *ab affectu ad malum, a vitio scandali, ab ulteriore effectu malo.* Quare causa eam excusans talis esse debet: *a)* Ut cum animo prorsus averso a malo comperni possit; *b)* Ft explicatione causae scandalum removeatur, vel propter gravitatem rausae scandalum neglegi possit; *c)* Ut compenset alia damna ex cooperatione secutura.

134. — Difficultas aestimationis. Aestimatio autem cooperationis licitae et illicitae impeditur difficultate: a) *adaequate considerandi* rem cum adiunctis. Iam si inter solum agentem et coopérantem negotium absolveretur, scandalum quod cooperatione saepe miscetur solutiones intricat. Sic Titius vult quidem pravum opus legere, sed simul fidem servare. Si praevideas fore ut ipse ex lectione tidem amittat, cooperando lectioni, scandalum das amissae fidei. — Sed exsecutio rei malae facile praeterea effectus adducit damnosos religioni, virtuti, aliis personis, ipsi societati ; b) *distinguendi actionem* intrinsece aut semper illicitam et actionem quae in certis adiunctis honestari potest. Iam

in ista aestimatione scriptores non concordant, etsi per se non videatur nimis arduum ; c) *distinguendi rationes* scandali et cooperationis quae in casu occurrunt.

Diflienltas autem crescit: *a)* eo quod plures scriptores principia confuse proponunt ; *b)* eo quod de ratione cur cooperatio illicita sit non conveniunt; *c)* eo quod non pauca adiuncta mutata sunt ex quo varios cooperationis casus contemplati sunt classici auctores, quorum tanta nihilominus est auctoritas ut hodierni a litteralibus eorum responsis aegre recedant.

135. — Prudens examinandae causae modus, *a)* In primis accurate definiendum est quid, in proposita causa, *intrinsece* illicitum sit.

b) Dein varii respectus propositi casus considerandi sunt: respectus *proprii* periculi cui cooperator in ipsa cooperatione obnoxius est, et damni quod ex negata cooperatione timendum habet; — respectu *agentis* principalis, coniunctionis inter ipsum et cooperantem, damni quod ad communem peccati rationem ipsi accessurum videtur ; — respectus *aliorum* qui vel scandalum ex cooperatione, vel damnum ex actione cui cooperatio datur, patientur; — respectus *virtutis* cui actio principalis erit saltem materialiter contraria : haec consideratio directam obligationem positive impediendi actionem principalem revelare potest ; — respectus actionis quae *praecessit* et actionis seu effectus, (piae *sequuntur :* sic qui vendit folium pravum iuvat editorem et nocet legentibus.

c) His consideratis, quasi simplici intuitu videas appareatne cooperationem esse modum rationalem agendi an contra. Intuitus iste viri prudentis non modicam continet praesumptionem veritatis.

d) Si rei momentum id postulet, variae casus partes separatiin perpendendae sunt.

e) Ut consilium ad responsionem opportune addas, ipsam utilitatem ex cooperatione quaesitam examinabis. Cooperationi non favebimus (piae mere lucrum temporale afferat ; faciliores erimus si damnum vitandum est ; si finis nobilior intendatur, propensiore animo rem indulgebimus. Namque, si casuista inclinat in benigniora, director spiritualis suggerit meliora.

136. — Adiumenta rectae aestimationis. Iuvat haec re'colere quae fere admittuntur :

1. Qui homini parato ad peccandum, seu cuius voluntas iam mala est, occasionem dat peccandi, graviter inde ipsi non nocet. Lugo, *Iust. et Iur.,* d. 25, n. 235.

2. *Per se,* seu secluso scandalo, cooperationes *remotae* quae non sunt removens prohibens, i. e. quae ab alio supplerentur, a gravi peccato excusantur. Sanch., *Decal.* l. 1, c. 7, n. 1G.

3. Omnis cooperatio ad grave malum, quae vel proxima est vel, si remota, est removens prohibens, gravi tantum damno excusari potest. Si simul est proxima et removens prohibens, vel malum sequitur gravissimum unius, aut grave plurium seu multorum, cooperatio gravissimo tantum damno excusatur.

4. Ad eripiendum aliquem ab *extrema* necessitate *spirituali.* omne damnum ferendum est, dum damnum vitae vel status seu fortunarum non est subeundum ad liberandum proximum a *temporali* necessitate etiam extrema.

Gravis necessitas spiritualis grave incommodum imponit, iis saltem qui positivum oflicium habent bonum curandi, vel nisi necessitas generalis fuerit; tunc ipsum damnum vitae subeundum est. Cf. n. 99.

Ad *vitandum* cuipiam *peccatum* formale, grave incommodum sufferendum non est.

5. Verum, severius vetamur ne tale malum *causemur.* Quocirca fit ut eiusdem mali a (pio proximum non debeas cum gravi detrimento liberare, non possis esse causa positiva et proxima Q), etiam per accidens nisi damno proprio moraliter extremo excuseris.

G. *Causae excusantes* cooperationem distinguuntur *levissimae, leves* sed rationabiles, *satis graves, (/raves, valde graves,* et *gravissimae.* Prodest haec exemplis declarare.

Levissimam excusationem affert lucrum ordinarium: haec vix umquam sufficit.

Levem sed rationabilem, famulatus, condicio subditi : semper damnosum reputatur ut negare debeas quod ad oflicium pertinere videtur. — Talem inducit quoque lucrum extraordinarium, incommodum non vendendi aeque bene res suas.

Satis gravis excusatio petitur a timore amittendi bonum famulatum. bonum clientem, immo lucrum notabile, si agatur de homine tenuis fortunae.

x) Quatenus peccati alieni causa esse possimus.

(2) Per accidens, i. c. praeter intentionem.

Gravis inest in difficultate vera reperiendi alium famulatum, aliud officium ; — in penuria rerum, sive haec praesens tollenda sit, sive formidetur futura ; — in infamia apud unum virum discretum ; — in expulsione secreta e collegio ; — in desertione plurium clientium; — imino in magna indignatione viri, patris, heri.

Valde (/ravis demonstratur amissione status seu condicionis civilis; diffamatione apud plures ; — expulsione notoria e collegio; — periculo decidendi notabiliter ex statu.

Gravissima habetur cum bonum aequivalens vitae in discrimine versatur.

Atque observes in universum, graviorem excusationem a damno positivo quam a cessatione lucri proficisci.

Quando autem, ad excusandum famulum, rationem postulant quae ad famulatum accedat, debet famulus cooperationem istam declinare quaerendo alium famulatum, nisi ipsa amissio talis famulatus sufficiens incommodum inducat.

137. — Quaeres, utrum necne illicitam cooperationem in alium iam paratum reicere possis : ut si magistratus, miles ab aliis postulet ut causas indicent, res exsequantur quae, vetante conscientia, a te indicari, fieri non possunt ?

Petere illicita non licet. Quare catholicus magistratus vel miles formaliter ab alio honeste postulare nequit actionem in se et alii illicitam. Sed simpliciter recusare propriam cooperationem, petere ab illo qui causas vel praeceptas actiones distribuit, ne haec sibi indicanda vel facienda imponat, nemo vetatur. Neque obstat praevisa alterius subrogatio. Qui propriam actionem recusat, futuram illam substitutionem mere permittit. Quare non repugnat ut in regione infideli, christiani famuli pecuniam solvant magistro operum, ne superstitiosa agere vel participare cogantur. Lehmk., I, 820 ; Noldin, *Praec.* 122.

IV. — *Corollaria seu Applicationes.*

Praestat valde, legendo probatos auctores, sibi rectum indicium comparare, ut facilius deinde rasibus variis principia applicare possis, perpendendo *conexionem* cum peccato et huius rationem, *fructum* recusatae cooperationis, *damnum* sustinendum.

Quocirca varia adducimus exempla, simul monendo non unam esse de omnibus sententiam.

.4. ('ASUS QUI IPSA HOMINUM CONDICIONE ABDUCUNTUR.

138. — Parochus, minister sacramenti, confessarius, ne violent secretum, ne infamem reddant, etc. non raro, in publica vel etiam privata sacramenti administratione, sacrilegio cooperari *debent.* Sicut eidem licite cooperatur sponsa quae matrimonium contrahit cum sponso in statu peccati mortalis versanti.

139. — Cooperatio Sororum religiosarum in hospitiis clinicis. Cum hodie facile occurrant medici-chirurgi qui, in arte sua exercenda, conscio vel inconscio modo peccent contra ius divinum naturale, quale a S. Sede declaratur, quaestio gravis momenti de Sororum cooperatione exoritur. Casus potissimum sunt: ministratio morphii, non ad praesentem dolorem leniendum, sed ad abalienationem mentis in mortis agone procurandam: dein directa abortus procuratio et foeticidium.

Porro, hospitia quibus Sorores addicuntur triplicis sunt generis: alia sunt *publica:* alia *privata medicorum:* alia *ad ipsas Sorores* pertinent.

In nullo hospitio, ut liquet, Sorores illicitae actioni formaliter cooperari possunt; sed materialis cooperatio minus difficulter in hospitiis publicis quam in privatis excusari potest. Ad commune enim religionis bonum et plurimarum animarum salutem refert ut Sorores potius quam feminae laieae aegrotis in publicis nosocomiis ministrent. Quare, excepta formali cooperatione seu exsecutione ipsius illicitae operationis, utputa certo illicita morphii infusione, (piam omnino recusare debent, materialis cooperatio, etiam purgandi et disponendi instrumenta, lavandi et praeparandi corpus pro operatione, et translatio infirmi in operationis locum, damnari non poterit, secluso scandalo, quod satis commode, v. g. declaratione, removebitur.

Si vero agitur de privato medici hospitio, in primis, antequam operam suam et Sororum promittant. Superiores cautiones sumere debent, ne umquam aliquid contra conscientiam Sororum petatur; atque neganda est omnis cooperatio etiam materialis, nisi forte remotissima, ut est ipsa exceptio personae laborantis malo, in cubiculum a Sororibus adornatum.

Demum, si ad ipsas Sorores dominium hospitii pertineat, ipsae, in contractu cum medico, cavere debent ne ullus medicus

advocetur vel admittatur qui quidpiain illicitum attentet. Ac solum in casu extraordinario, non praeviso, locus erit tolerandi actionem, in se illicitam medici, et materialiter cooperandi, ad peiora vitanda mala.

Demum *in dubio,* actu invincibili, Sorores rem conscientiae medici, ceteroquin probi, in quolibet hospitio permittere poSSunt. Si tamen firma ex ipsa medici religione praesumptio hauriri nequeat, de casu qui pluries futurus esse praevideatur, pleniorem securitatem sibi postea comparare debebunt.

De difficultate quam *falsus* acatholici *aegroti* cultus adducere potest cf. infra, 147, 6 et 7.

140. — Coniux, quomodo cum coniuge onanista vel qui voto astringitur carnale commercium habere possit vel adeo debeat, explicatur in tract. *De castitate et vitiis oppositis.* Cfr. n. 255. 265-268.

141. — Famulus: 1. *Ob solam famulatus rationem* praestare per se potest obsequia quae a famulis exigi solita sunt et remote ad peccatum concurrunt: puta vestire dominum, sternere equum, aperire innuam concubinae, eiusque lectum praeparare, vinum apponere domino se inebrianti, parare carnes die vetita, emere ephemeridem liberalem aut librum non ita obscenum, etc., immo et comitari herum vel eum rheda vehere ad domum amasiae, vel litteras deferre quas amatorias esse suspicatur. Intolerabile enim foret ut, dum his consuetis officiis fungitur, famulus inquisitionem censoriam de line perageret vel ad heri intentiones respiceret. Attamen ad permittendas actiones posteriores (enumeratas post vocem *immo)* multi exigunt ut accedat notabilis damni ratio, quae vix aberit. Quam rationem omnes postulant ut ipsam meretricem ad herum deducat.

N. B. *Aurigae* publici, cum sine gravissimo incommodo non possint publice peteuti ollicium detrectaro, nec de ratione itineris solliciti esse soleant, haec facilius praestare possunt. Laudandi sane erunt qui haec industriose vitent.

Severius tamen respondendum putamus do iis qui, ultra tines regionis in qua duellum vetatur, ducant eos qui manifesta duelli intentione iter postulant. Non omnis tunc, causa sufficere videtur.

2. *Alia praeterea proportionate gravis causa postulatur* ut famulus invitanti vel iubenti domino praestare possit quae propius

ad peccatum accedunt, ut v. g. snbicere humeros, admovere scalas hero per fenestram ascendenti ad *concubinam ;* litteras certo amatorias deferre ad meretricem; comitari ad duellum; scribere, dictante domino, litteras quae non continent quidem nisi signa urbanitatis sed praevidentur turpem amorem aucturae esse; emere imaginem non adeo turpem ut proprie obscena sit seu non talem ut nihil nisi libibini inservire possit.

3. *Gravissima causa requiritur,* eum postulatur actio quae simul propius ad peccatum accedit et damnum grave innocenti efficiet, aut ipiae proximam cooperationem continet: v. g. snbicere humeros liero ascendenti ad *stuprandam* virginem; excubias agere ad defendendum herum si forte, dum est cum amasia. adventantes aemuli eum aggrediantur (SANCII. 1. 1. c. 7, n. 23); deferre litteras (piae turpem invitationem certo continent, ete.

4. Ob *nullam causam,* fas foret litteras turpes aut turpem invitationem continentes simul *scribere* et deferre, aut personam nomine alterius invitare ad conveniendum *peccati causa,* indicato tine pravo. Reticito line pravo, cooperatio per invitationem, ex gravissima causa excusari potest.

Non licet itaque servis istis Nigritis, qui vulgo vocantur « boys » oboedire Europaeis (pii iubent ut sibi quaerant concubinam ex Nigritis.

Secundum dicta n. 3, si in illo congressu decipienda est puella, solus metus mortis excusarit ab invitatione; vel denuntiandum fuerit puellae sibi insidias structas esse.

142. — ludex seu magistratus non mere legem exsistentem declarat, sed eam, tamquam Superior, authentice partibus intimat, ita ut latis sententiis lex practice confirmetur et moribus recipiatur. Non sponte sua tamen praecipit, sed iussus lege, officio coactus, et vehiti mandatorius legislatoris. Summopere praeterea interest ut indices catholici et probi in oflicio manere possint. Itaque indicis ad *legem iniquam cooperatio* quae non potest nisi demisso ollicio declinari, gravi ratione boni communis postulatur. Videnda iam cooperationis obiectum et adiuncta.

Seclusa ultronea cooperatione, (piae, quasi formalis, excusari nequit, index numquam *directe* praecipere potest (piae intrinsecus sint illicita: puta incensum idolo offerendum, cohabitationem cum sponsa illegitima. Si vero agitur de poena imponenda, eadenupie non gravi, solutio ex consideratione praevalentis boni publici re-

petenda videtur. Quam diu contra legem, sive quia aperte impiam, sive quia recentem, omni ratione est enitendum, vel si haee est manifesta voluntas Superiorum Ecclesiae qui obligationes morales definiunt vel declarant, potius officio cedendum erit quam huiusmodi cooperationem iniquae legi praestare licebit; contra, remoto scandalo et spe sublata aliquid proficiendi, ipse multandus innocens non censetur rationabiliter invitus quominus modica pecunia solvenda damnetur. Ceterum, fas quandoque est immediate cooperari ad ininstum damnum in bonis quibus quis renuntiare licite potest; et publica utilitas conservandi bonos indices, hanc iuris sui renuntiationem innocenti, ex caritate, necessariam facere potest. Ita v. g. in Belgio, casus esse videtur indicis qui multam irroget sacerdoti qui benedictionem nuptialem ante civilem matrimonii caerimoniam impertiverit. Lehmk. quidem. I. 962, hanc gravem difficultatem movet, innocentem poena afficere, poena dignum declarare, esse intrinsece malum. Noldin autem, *De praeceptis,* n. 726, putat malitiam istam consenso innocentis tolli posse. Nos ita distinguendum esse arbitramur: — Condemnatio ista nocet innocenti et continet per se improbationem actionis. Quatenus nocet, si agatur de bonis istis quae propter utilitatem publicam directe tolli possunt, sententia non est intrinsece mala. Nota autem improbationis interpretatione communi auferri potest, ita ut mere noscatur esse applicatio litteralis legis quae ad maiora mala vitanda toleranda est. Et tunc iam nihil intrinsece malum in sententia ista demonstratur.

Si lex hac ratione iniqua sit, quod contineat usurpationem fori ecclesiastici, in certis regionibus ipsa consuetudo sanctiones saltem positivas istius immunitatis sustulit, sicut a Card. Seer. Status est declaratum, an. 1911. Cfr. *Periodica·*, t. 6. p. 190. Quare ad naturalem obligationem consulendi honori Ecclesiae tunc respiciendum est. Atque, in casu graviore vel insolito, licentia aut declaratio petita ab Ordinario vel, per Ordinarium, a S. Sede, magistratum de officio suo certiorem faciet. In hac re causae civiles et causae criminales minorum clericorum, a causis criminalibus Episcoporum distinguendae sunt. De prioribus vel Concordata vel consuetudo in pluribus regionibus indicant quid agendum sit; alibi, postulanda licentia non negabitur. De posterioribus causis, utpote gravioribus, res erit mediate vel immediate componenda cum S. Sede.

Nec applicando *legem divortii,* index praecipit aliquid intrinsece inhonestum, sed civilem protectionem a matrimonio tollit et

partibus facultatem concedit novi matrimonii civilis. In hac re nihil intrinseci inhonestum cernitur, sed quidpiam quod, pro adiunctis, erit vel non scandalosum et inhibendum vel tolerandum. Ac responsa S. Sedis pro tempore et loco variarunt. Cfr. scripta *castitate,* n. 286.

Dum de legis iniustae applicatione Leiimk. I. 962 severius dicit quam BUCCERONI, *Theol. mor.,* n. 19. 20, prior. II. 921 nota, benignius quam alter, l. e., casum pronuntiantis divortium solvit.

143. — Dicendo de *iudicibus,* iam diximus de iuratis, quorum similis est casus, nisi quod hi facilius, negata condemnatione, sententiam adversus Ecclesiae iura impedire possint. Non est tamen per se expediens ut reus convictus absolvatur. Quare satius erit ut. ubi opus sit. petita facultate, secundum allegata et probata respondeant. Nec suadendum per se est ut catholici iurati istud munus detrectent, cum periculum sii ne ministri Ecclesiae ab inimicis indicentur.

N. B. Iurati pro sua conscientia, mere de reatu pronuntiant, respondendo *affirmative* vel *negative* ad quaesita proposita a praeside curiae.

144. — Caupones: 1. Violandis legibus Ecclesiae favere vel eas observatu difficiles reddere non possunt; ipsi tamen, rursus, ob mixtos catholicos et acatholicos, pios et impios, sanos et infirmiores, magnam hodie difficultatem experiuntur in ministrandis, abstinentiae diebus, cibis lege vetitis, iis solis quibus eosdem parare permitterentur. Inde non desunt regiones ubi in diversoriis et cauponis generalis legis dispensatio concessa est. Atque, exceptis locis plane catholicis, ubi oblatio cibi vetiti seandalosa foret, hodie caupones satisfacient officio suo si clientibus omnem commoditatem servandae legis suppeditent, nec variis praetextibus aut etiam minore qualitate esculentorum, rationes augeant cur clientes observationem disciplinae ecclesiasticae ut nimis gravem declinent. In contemptum religionis petitas carnes suppeditare numquam fas est.

2. *Choreae* occasio sunt multorum peccatorum. Quare excusari nequeunt caupones qui illas inducant vel soli eas retineant. Qui mere, pro more recepto, choreis, *ceterum non inhonestis,* locum praebent, culpandi non sunt, saltem graviter. Verum ut ibi agantur choreae istae recentioris generis, quae etiam inter sele-

etas condicione sua personas non leviter carpendae sunt, id nullatenus vel a pastore animarum vel a confessario tolerari potest.

3. *Ephemerides* fidei et moribus prorsus adversantes, vel obscenas eλ >mere vetantur, etiamsi a multis clientibus deserantur- Contra, curare debent ut bonae iisdem praesto sint. De aliis ephe' meridibus, conentur quam minimam occasionem dare legendi quae minus deceant, sive fidem sive mores respicias; malum extenuent quod exstinguere nequeunt.

Ipsi ephemeridibus minus bonis clientes non alliciunt, quod nefas foret; sed impediunt ne a clientibus deserantur. Quare id licere potest.

4. *Locum ad peccandum* praebere postulantibus numquam ita possunt ut in peccatum consentire videantur. Immo notabilis necessitas, quae sola excusaret, plerumque non habetur. Diversoria (piae huiusmodi personas admittunt saepe quadam infamia notantur, dum alia unde severe excluduntur ipso bono nomine commendantur. Patet tamen inquisitiones non esse faciendas de personis (piae se tamquam coniuges praesentant.

145. — Artifices ultro conficere nequeunt res quae, sive *in se* sive attenta regione ubi fiunt, non habent nisi pravum usum: imagines prorsus turpes ac sine usu scientifico, pharmaca abortiva, « condoms » in regione nostra, in regione idololatrica. idola· Huiusmodi enim generalis et spontanea confectio manifestum continet favorem sine necessitate rei malae praestitum, ita ut nota cooperationis formalis notanda sit. — Quid autem si *coactus* facias? Hic *res* distinguendae sunt et *conficientes*. Ipsa confectio certarum rerum vix sine peccatojhaberi potest: puta vere obscenam picturam vel photographiai!): haec peragere numquam licebit nisi forte ad gravissimum malum vitandum. Aliarum rerum confectio in se indifferens est, sed usus malus erit. Puta instrumenta neomalthusianae artis, atque ipsum idolum. Genus mali attendendum est. Quia idololatria Deo gravissime iniuriosa est. conficiendae vel ornandae statuae quae idololatriae destinatur operam praebere plerum pie non licebit, et ex sola gravissima causa huiusmodicooperatio honestari potest. Cfr. No l d in . II. 123.c.

Quod ad *condoms,* in quibusdam regionibus, ut ferunt, eadem ludis puerilibus inserviunt; et modica quantitate, sicut ipsa pharmaca abortiva, viris qui scientiis medicis student praesto sint oportet. Cooperatio rursus conducti operarii in oflicina est remota.

nec de peculiari rerum destinatione sollicitus esse debet. Quare, si pauca tantum conficienda sint, operarius qui explicationem quaerere prohibetur, cooperari poterit, ne secus dimittatur ex officina. Si vero magna copia haec in nostris regionibus praeparanda sint, tam grave malum commune per haec propagatur, ut operarius qui suam cooperationem aliter detrectare nequeat, sub gravi debeat alium magistrum quaerere, nec possit nisi ad breve tempus in ista officina permanere.— In *typographia,* singuli opifices de genere tantum typographiae solliciti esse possunt et debent; nec. ubi melior occasio defuerit, prohibentur locare operam ubi obscena quidem vel vere impia non eduntur, libros tamen alios bonos, alios minus bonos typis scribendos habent.

Vestes etiam insufficientes ab induentibus illas semper compleri possunt. Quare singularis opificis opera minus difficulter admitti potest.

2. Officinatores seu magistri officinae, eum multis rebus conficiendis praesint et ipsam diffusionem rerum confectarum curent. numquam administrare possunt confectionem rerum quae vix usum innocuum habere possunt. Namque causa forent multorum peccatorum quae secus non committerentur.

Hic etiam tamen ad variam rerum naturam attendendum est.

Libri seu *ephemerides* quae non sunt obscenis rebus addicta, praeter partes minus probandas, innocuas et utiles continere solent. Quare non sunt ponenda inter res quarum usus bonus fere nullus est. Igitur, (piando non agitur de libro obsceno vel vere impio, conductus officinator, propter gravem causam, v. g. si secus privaretur sufficienti operum copia, opus minus bonum imprimere permittitur, nisi, quia notus ut valde catholicus, eius cooperatio scandalosa foret. Talem tamen librum formaliter *edere* non poterit, cum editor diffusionem curare debeat, ita ut eius cooperatio pro formali habenda sit.

Qui proprio marte inveniunt et conficiunt inhonestas vel minus honestas *restes muliebres,* a gravi peccato excusari nequeunt. Contra. mediocris aut gravis rausa excusabit eos (pii tales postulantibus adornant: mediocris causa sufficiet si vestes paulo liberiores sint; gravior causa requiretur si notabiliter inhonestae fuerint. Verum hodie gravius conscientia oneratur officinatorum (pii non aliis (piam minus honestis vestibus iam confectis amplas suas hibernas instruunt. Etenim, cum minore pretio veneant quam vestes ad lubitum clientis adornatae, a mulieribus obscurioris

loci emuntur, ita ut vestitus minus pudicus mulierum et puellarum plebeiarum istis officinatoribus saltem ex parte imputandus sit.

Mediocris causa sufficere videtur, secluso scandalo, ut ministro haeretico vel schismatico vestes conficias, non stricte sacras, quibus usurpata eius dignitas dignoscitur, ut si episcopo ianseniano praepares habitum violaceum episcoporum.

Ad vitandam necessitatem quasi extremam, Lehmk. l. ‹815, permittit ut conficiantur *emblemata francomurariorum* seu sectae damnatae, quia superstitionem in se non contineant et a sectariis tantum ad pravos fines diriguntur. Et valde gravem excusationem sufficere nobis videtur, secluso speciali scandalo ex qualitate conficientis.

Nullam superstitionem exercet qui. in parandis cibis, ea vitat quibus alii superstitiose abstinendum putant. Quare haec petenti ob levissimam causam annuere fas est. Et qui sponte nuntiet a se confectam caocaticam *(cioccolata)* puram elementis quae ludaei admixta nolunt, hodie omnibus videbitur lucrari velle, non autem iudaicam sectam approbare. Mediocris igitur causa, v. g. notabile incrementum lucri, istam cooperationem excusabit. (Oportet tamen ut ipse ritus nullo titulo honorifico decoretur.)

146. — 'Mercator, inter conficientem et utentem, medium locum tenet. Eius cooperatio est magis propinqua ; praeterea, qui venales res proponit (saltem ultro) eas commendare videtur et ipso lucri studio stimulatur ut emptores quaerat. Quare eius cooperatio magis ad formalem accedit et est ipsi spiritualité!' periculosa. Rursus tamen mercator praesupponit conficientem, ita ut res conficiens interdum, sua actione, necessitatem pariat cui mercator obtemperat dum res illas venales habet.

Inde simili modo scriptores de *artificibus* et de *mercatoribus* loquuntur, ita tamen ut paulo benignius cooperationem mercatorum aestiment. Hinc statuuntur sequentes normae :

1. Moraliter numquam vendere licet quae non habent nisi pravum usum. Eum tamen excusant qui. in casu speciali, gravissima compulsus necessitate vitandae mortis fecerit.

2. Res quae *ingenti periculo* abusus sunt obnoxiae regulariter vendi nequeunt nisi bonus usus futurus moraliter constet. Sic pleraque venena, iis tamen exceptis quae, quia frequentem usum bonum habent, iam omnibus offerri consueverunt.

3. Impune. veneunt res *indifferentes* quibus plures bene utuntur quamvis plurimi abutantur: aleae, fuci, gladii, selopeta, aleoholum, (piam diu intentio abusionis non constet. Ordo enim ad peccatum est remotus; et negotia ista impediri nequeunt.

Si vero de abusu *moraliter constet,* ratio proportionate gravis, ex prudenter spectatis principiis aestimanda, addi debet. Unde si abusus iit ad cultum idololatricum, *urgentissime* causa postulatur; gravior pariter requiritur, si innocens damnum iniustum passurus est; immo proxima cooperatio quae simul necessaria sit ad effectum, sola gravissima causa excusatur. Quare occisuro hominem gladium vendere non possis nisi ad vitandum malum morti aequivalens. Cfr. S. Alph. l. 3, n. 571, ubi corrigit (piod l. 2, n. 66, severius scripserat.

Liectne, absolute seu sine condicione, vendere bonas merces, v. g. vinum purum alteri qui eas subinde, *kuo* nomine, vendet ädulterata ? S. Alph. l. 2, n. 69 id non permittit nisi ob metum mortis aut infamiae; alii, v. g. Lehmk. I, 832, gravem causam exigunt, dum alii, melius, mediocri eunt contenti. Valde remota est vendentis cooperatio; publicum scandalum nullum est; et cooperatio frustra negatur. Immo, ex usu, deminuto pretio, etc. saepe dubia erit ipsa iniustitia adulterantis. Gravissima tamen causa requiretur si adulteratio nociva fuerit et proin publico bono notabiliter damnosa.

De vendendis *restibus* sen ornatibus parum modestis mulierum, recurrunt dicta de confectione, n. 145.

Specialis difficultas est de *libris* et *ephemeridibus. Bibliopolis* catholicis facultas Iit ut selectis personis libros proliibitos procurent quibus in studiis vel professione iuventur. Promiscue autem illos libros venales habere iisdem non licet.

De *ephemeridibus* haec peculiariter observanda sunt *:a)* Spontanea venditio ephemeridum quae lidei vel moribus adversantur infert proximam cooperationem ad non pauca peccata. Quare, etiam (piando formalis commendatio vitatur, id tolerari nequit nisi ob gravissimam egestatis causam et ad breve tempus, *b)* Longe minus gravis est cooperatio illius (pii, exclusis obscenis et valde impiis, venales habet ephemerides varii generis. Eius opera indirecte utilis esse potest, si ephemerides parum Christianas minus commendat vel exponit (piam alius (pii eius loco tales venderet. Quare, remoto scandalo, id in certis adiunctis, simpliciter permitti possit, *c)* Fit interdum ut ab administratione publica vel generali redimatur ius seu monopolium vendendi ephemerides in « stationibus » viarum ferrearum vel plateis, ea lege ut aeque

vendantur ephemerides omnium partium politicarum. Venalis ista distributio ephemeridum comparari potest cum distributione omnium litterarum, ephemeridum et librorum (piae fit per oficia postalia. Nihil itaque prohibet quin catholicus vir vel catholica societas, tale ius sibi acquirat. Nullum scandalum coniventiae cum malo dabitur; atque indirecte occasio habebitur non pauca impediendi mala.

B. — Casus de variis obiectis.

147. — Cooperatio ad falsum cultum. Hodierna adiuncta nos monent sedulo removendum esse periculum cuiuspiam *indifferentismi* (pii varias religiones fere aequali modo honorat vel neglegit; simul tamen, iinmo magis, debellandam *esse irreligionem,* (piae sane peior est et magis falsa (piam cultus erroneus. Praeterea. in plerisque saltem locis, professio cultus falsi minus quam olim cultum catholicum directe offendit. Denique, in mixtis nostris societatibus, materialis cooperatio minus censetur esse favor praestitus sectae falsae.

1. Itaque haec *regula generalis* de ista cooperatione statui potest, ut sat facile licita dicatur, seclusa positiva legis prohibitione. (piando nullum sapit indifferentismum, sed cum aversione a secta falsa componi potest, nullum coopérant! periculum creat, et scandalum abest vel gravi incommodo excusatur.

2. Operam dare *exstruendo templo acatholico,* sive pagano, sive mahnmetano, sive iudaeo, sive haeretico, numquam licebit si petatur in contemptum religionis catholicae, aut si habeatur tamipiam signum protestativum falsi cultus. Qua ratione explicari debent decreta severissima data, ex auctoritate N. *Officii,* a S. ('. Prop. Fid., v. g. 8 ian. 1851, de cooperatione ad aedificanda templa *idolorum.* Cf. Ball.-Palm. t. 2, tr. 5, n. 300. Quamquam gravior necessitas adesse debet ut excuseris a cooperatione ad templum paganum quam ad ipsam «moscheam» propter maiorem distantiam a vero cultu.

Cooperari autem exstruendo templo quod, legibus permissum, in nullam catholicae religionis offensionem erigitur, *simplices opifices* conducti ex ipsa condicione sua possunt. Operum autem redemptores *(entrepreneurs, appellatori. intraprenditori)* quatenus •nere exsequuntur exemplar architecti, difficilius quam opifices, acilius (piam architecti excusabuntur. Chi mos diversus iam non

invaluerit, propter solum damnum satis grave redemptor operis excusari posse videtur: obstat scandalum indifferentismi. Damnum autem omnino grave exigendum est, ut excuses architectum : is enim splendorem addit et sic favet cultui falso. Mitius tamen responderim, si potius, contra irreligionem, divino cultui sub communi ratione favere videatur. A scandalo tamen indifferentismi cavendum est.

Quia extractiones templorum haereticorum in Urbe specialiin scandalosae censebantur, Instructio Card. Vicarii 12 ini. 1878, peccati mortalis reos declaravit architectos, conductores, opificum dominos, « qui curam et operam suscipiunt ad exstruendum et ornandum aliquod templum protestantiuiu ».

3. *Pecuniam* conferre ad aedificationem templi non est intrinsece illicitum, quia ipsa aedificatio nondum est exercitium falsi cultus, neque contributio approbationem erroris necessario continet. Si tamen immediate iuvet ipsum consilium aedificandi templum, ut ait Noldin. *Praec.* n. 122, « in se continet externum consensum cum intentione prava haereticorum vel infidelium atque externum favore haeresi vel idololatriae praestitum ». Nota tamen illa vel protestatione vel ipsis adiunctis tolli potest, ut si catholici possint hac ratione se liberare a simultaneitate.— de se scandalosa, — qua unam ecclesiam eum hacterodoxis communem habere coguntur. Cf. N. *Paeii.* 1822. Seclusis huiusmodi circumstantiis, satius est id vitare quantum copia habetur, ac pecuniam potius hospitio vel profano bono protestandum offerre. Ubi contributio vitari nequeat, gravi incommodo excusabitur, si ex communi interpretatione nullus favor censetur cultui haeretico datus, sed mere significata est benevolentia.

Sic etiam toleratur ut deputati catholici *subsidia* rata habeant quae ex aerario variis sectis solvi consueverunt : haec concedunt non acatholicis qua talibus sed concivibus, et ad vitandum grave damnum religionis catholicae. Leiimk. I. 818.

4. Vendere *supellectilem* indifferentem ad ornandum templum acatholieum (scamna, sedes, mensam, lampades) ita remota est cooperatio ut excusatio lucri inde percipiendi sulliciat. Gravior causa requiritur ad res huiusmodi apposite pro illo templo conficiendas. quia haec formalem cultus exercitationem iuvant : et quo magis immediate ritui acatholico inserviant, eo gravior rausa requiritur. Cf. Noldin, *Praec.* n. 122. Hodie nihilominus permit·

[U7.]

tunt ut simpliciter, propter lucrum inde percipiendum, agnus immolandus ludaeis vendatur: cooperatio ista valde remota est (x). Sed gravis causa requiritur ut *restes sacrae* ipsis vendi possint, et vix ad gravissima damna avertenda licuerit vestes sacras vendere quae signa superstitiosa contineant. Simpliciter autem licebit *libros* nostros *liturgicos* acatbolicis qui illos adhibent pretio vendere, cum haec simul nostram fidem commendent.

5. Pulsare *oampanam* non est ritum exercere, sed est vel formaliter ad sacram caeremoniam invitare aut futurae caeremoniae signum dare. I bi. ex adiunctis, videatur esse invitatio, haec est intrinsece illicita ; si vero, ut per se intelligenda est. pro mero nuntio habebitur, haec materialis sed satis propinqua cooperatio ex valde gravi causa licebit. Lehmk. 1.812; Noldin, *Praec.* 120. Ut pro sollemnitate profana, v. g. in signum laetitiae pro victoria patria, campanae catholicae et aeatholieae etiam ex condicto simul pulsentur, nihil obstat; sed ne scandalum indifferentismi detur, non est probandum ut statuta hora omnes in hunc finem pulsentur ut fidelibus simul et acatbolicis signum dent functionis sacrae, ('f. Lehmk. I, 812.

6. Praeparare res exercendo ritui superstitioso vel acatbolico necessarias, v. g. mensam sternere et ibi res apponere quae ministro usui veniunt ad assistendum aegroto, est propinquam exercere cooperationem, materialem tamen, quae gravi causa excusabitur. Ambiguitas autem intentionis, si qua aderit, protestationi tollenda erit. ('f. Lehmk. I, 811.

7. *Ministrum «catholicum* formaliter invitare ut ministerium suum exerceat apud moribundum, est ab ipso formaliter petere actionem illicitam, quod nefas est. ('f. Λ'. O/Λ 15 mart. 1848 apud Lehmk. I, 810. Mere illum monere esse ibi aegrotum suae sectae, non est nisi praestare cooperationem materialem, quae ex gravi omnino causa licita erit. Hoc facere poterunt v. g. laici carceribus vel nosocomiis praepositi. Attenta earum qualitate, ne id per se faciant Sorores.

8. *Organa* pulsare ad cantum ritualem, vix non videtur esse cooperatio formalis. Quare solum ex valde gravi necessitate, proxima ista cooperatio admitti potest. Sed paulo facilius excii-i

i1) Verum casus satis diversi sunt laici viri qui ludaei* aliqurm cx agnis vendat qui in variis locis venales prostant, et viri ecclesiastici qui sacerdoti schismatico farinam vendat, expresse ad confie endas hostias pro missa postulatam et quam nemo alius vendere possit. Valde gravis ‹ ausi, pra-sertim ordinis public , sola istam cooperationem excusare posse videtur.

sabitur qui in concentu quodam partem suam musicam aliquo instrumento exsequi cogitur. Ac diversus est casus concentus qui ob rationem profanam, v. g. honorandi principem, celebrandi victoriam. *inter* sacrum ponat ur. Hoc in hniusmodi adiunctis passim, per se, licebit.

9. I t in ipso templo haeretico, catholici assistentes simul cum acatholicis sacrum canticum gratiarum actionis cantent, v. g. *Te Deum,in* signum laetitiae communis potius quam ad sacram functionem paragendam, id non videtur licere nisi ad scandalum vitandum: ne affectu patrio destituti videantur. Si potius ut res sacra consideretur, magis abstinendum erit ab ista communica tione, quae tamen nondum est intrinsece illicita. Quare procuramtum est. quantum copia dabitur, ut hniusmodi demonstrationes separatim fiant a catholicis et ab acatholicis.

10. Cum minister haereticus *preces* ante vel post mensam recitat. ei respondere nefas erit si eas recitet qua minister haereticus. Si qua senior vir sacris deditus, ubi mos terat id committendi antiquiori, res non videtur prohibenda, eum nulla tunc auctoritas ei (pia ministro addatur. Deficiente more, reverenter abstineamus.

In navibus Angliao, debet navarchus, ex officio, die dominica preces libro dicto « *Prayer Hook* » desumptas in communi recitare. Dummodo preces seligat errore vacuas, navarchus catholicus partes istas explere posse videtur. Officio cui astrictus est eius actio explicatio·, et demonstratio religiosa hodie potius optanda est.

11. Si in regione acatholica, *iuramentum* praestandum est tangendo biblia sacra ab haereticis edita vel conversa, nec copia est adhibendi editionem catholicam, res illicita non videtur, cum per se sit manifestum haec non adhiberi nisi quatenus verbum Dei contineant, non autem, quatenus editioni catholicae non perfecte conformia sint. Si fieri potest, haec mens declaretur, (’f. Lehmk. I. 552 nota. — De cooperatione ad cultum falsum, utiliter leguntur Sanchez, *Dec.* l. 2, ‹·. 9. η. 7; Laymann, l. 2. tr. 3, e. 13-, Lugo, *De Fide,* ‹l. 14, s. 5; d. 22, s. 1. n. 10. 11; Lehmk. I, S00-823; Noldin, *Praec.* 122.

148.— De aedibus francomurariorum exstruendis valent dicta de templis. Magis remote cum inalo usu coniunctae sunt quam sacra haereticorum aedificia. Cf. Lehmk. I. 816. Rursus tamen catholicae fidei et religioni magis actu secta infensa esse solet

quam secta acatholica, praesertim antiqua. Quare peius est eorum impietatem quam falsam horum pietatem fovere.

Perinde dicendum est de favore, praestito societatibus *socialistarum,* quales vulgo noti sunt. Quocirca his pecuniam procurare ut sibi proprias aedes habere queant, id a reatu obiective gravi excusari nequit.

Non est tamen intrinsece illicitum, sed ob proportionatani rausam licebit conferre pecuniam societati socialistarum cuius immediatus tinis honestus sit. Noldin, *Praec. 122.*

149. — Cooperatio ad politicas partes in vita publica. — Breviter, hac occasione, dicemus de ofiicio eorum qui *ilira politica* participant. Caritas et pietas in patriam obligant cives ut quantum rei publicae intersit politica sua iura exerceant. Quare:

I. *De iure suffragii.* ('um obligatio ferendi suffragii non sit ex suscepto ofiicio, peccatum omittentis suffragium commutativae iustitiae numquam adversabitur. Damnosa tamen vel magni boni privativa omissio, vel scandalosum exemplum socordiae, erunt peccata (piorum gravitas ex probabilitate, vel gravitate damni, comparatis cum incommodis ferendi suffragii dimetienda erit.

Practice: *a)* Ubi probus ac pius candidatus pravo opponitur, *abstinere* suffragio sine causa, non videtur, in praesentibus adjunctis, regulariter a peccato levi excusari posse. Ubi ex omisso suffragio fata electionis variatura non praevideantur, de se non erit grave, suffragio abstinere. Si grave privatum damnum fortunarum. valetudinis, etc. ex dato suffragio serio timetur, *rarissima* erit gravis obligatio positiva concurrendi.

6) *Suffragio positivo* concurrere in eligendum indignum, qua talem, seu ex mala intentione, ipsi commutativae iustitiae adversatur. cum societas ius strictum habeat ne ab indignis regatur. Seclusa hac intentione, grave id erit, si suffragium notabiliter influere videatur in sat proximum gravis mali periculum. Res tamen non videtur intrinsece illicita: omnes eliguntur ut rem publicam bene administrent. Quare ratio proportionate gravis quempiam ab omni vel saltem a gravi peccato, excusare poterit.

Itaque per se non licet suffragia dare candidato qui prava principia profiteatur.— Ubi copia optandi pro alio non habetur, suffragium ei dare fas est cuius electione peiora mala removeantur, saltem si suffragium utiliter in hunc finem feratur. — Verum, oportet ut significatio istius suffragii appareat, sive aperta de-

claratione, sive ex eo quod in priore scrutinio suffragareris viro probo atque catholico.

Sub usurpatore constituti cives, non in huius favorem sed propter bonum commune, politicis iuribus uti non raro debebunt.

150. — II. *De electis deputatis,* a) Ipsi bonum publicum *ex officio* procurandum habent. Quare, etiam abstinendo, commutativam iustitiam violare possunt.

Legi *pravae* cooperari non possunt nisi quatenus minus mala sit quam illa quae secus rogaretur: puta legem quae, sanciendo divortium, priorem de divortio legem ex parte corrigit. Scandalum erit per declarationem removendum.

b) Qui solus capax videtur, munera publica declinare vetatur. Quare, « (pii idoneus est et communibus votis expetitur, nisi probabilem habeat rationem cessandi, tenetur electioni acquiescere, dum aliter nequeat consuli bono publico ». Ball-Palm. *Opus theol.* t. 4, tr. 9, n. 640, 7.

151. — De actionariis societatum. 1. Societati quae finem *illicitum* persequitur, utputa edendi pravam ephemeridem, per pecuniam favere nefas est. Quare moraliter numquam, in huiusmodi constituenda societate partem habere possis. Sed, secluso scandalo et prava intentione, causa proportionate adesse poterit emendi « actiones » societatis iam constitutae. Immo hoc medium esse potest supprimendi malum. — Qui autem « actiones » seu titulos iam possideat vel haereditate acquisierit, cum earum destructio vel alienatio nihil prosit, videtur eas servare posse aut etiam vendere alii viro honesto ac prudenti a quo abusio timenda non sit. Cf. scripta ab III. D. WAFFELAERT, *De Cooper. - Nour. Iter. Théol.* t. 13, p. 366 sq., ubi plures alii casus proponuntur.

2. Si vero linis sit *honestus* vel indifferens, sed *illicita* media interdum adhibeantur, rationes facilius adesse possunt, cur in huiusmodi societatibus maneas, cum animo mala pro viribus tollendi.

Ilac ratione excusari quoque possunt opifices qui societatibus « socialistarum » nomen sine gravibus, immo sine gravissimis incommodis recusare nequeunt, praesertim si soli fines oeconomici expresse intendantur.

Accepta autem pecunia non est restituenda, nisi contra commutativam iustitiam damnose peccatum fuerit.

3. Omnibus autem societatis *actionariis* sua ofticia valde inculcanda sunt, ne onera detrectent dum lucrum percipere cupiunt.

Porro, non raro, in societate industrial!, suprema potestas competit *coetui generali actionariorum,* quotannis cogendo, et in quo, communibus suffragiis, *mandatarii* eliguntur qui vocantur *administratores,* quia negotiationem ipsi exercere censentur. Ac facultas est actionariis ut per alium actionarium in isto coetu repraesententur, vel suas « actiones » cum aliis coniungant, si definitus « actionum » numerus necessarius fuerit ad ferendum suffragium. His itaque positis :

a) Quod ad ipsam *societatem* seu alios *socios,* ius actiona· riorum est *prieilegium,* quo, incolumi saltem iustitia commutativa, non uti possunt.

/›) Verum *graviore obligatione* tenentur quod ad *extraneos* et *operarios.* Id enim edicere debent ut *honeste* pro ipsis res geratur. Quare ab ipsis constituendi sunt administratores probi et honesti, (pii in legibus moralibus servandis curam operamque ponant; et quotannis in rationem qua res gestae sint inquirere debent. Sin minus, secundum regulas de cooperatione ad iniustitiam, ipsis merito imputabuntur praevisa mala, iniustitiae (piae, praesentes se sistendo, impedivissent. Qui sive positivo suffragio, sive ipso silentio, sive absentia a conventu, res iniustas explicite vel implicite probarit, iniuriae, (pia mandans, reus erit.

Solutio tamen minus obvia est, cum propter alias qualitates praeficiendus videtur administrator (pii simul iniustitiae committet, (piae in conventu annuo nulla suffragatione impediri poterunt. Qui sub alio respectu talem elegerint, honestum mandatum ei dederunt unde ipse abutitur; simul tamen ei contulerunt facultatem abutendi. Haec cooperatio, proportion»ta causa excusari poterit.

Practice ergo, pro gravi vel levi efficacia quam in his coetibus ex numero « actionum » habent, *gravi* vel *levi* obligatione caritatis aut iustitiae aetionarii tenentur ut per se vel per idoneum procuratorem coetibus intersint et officia sua impicant, nisi tales fuerint administratores quibus plane fidere possint. Ac saepe paucorum exemplo alii trahuntur, ita ut excusatio inutilitatis non facile admittenda sit. Cf. Lugo. *lust, et lur.* d. 19. n. G8.

Ac si forte, propter diversum usum nihil examinandi, nihil interrogandi, quidquam in coetibus istis obtinere, immo proponere,

sit valde difficile et molestum: ut ipse usus iste mutetur, probi actionarii conari debent.

152. — In genere luxuriae. Iam plura diximus ubi de scandalo ℓ de cooperatione famulorum et artificum agebamus. Haec dicenda supersunt.

De theatrorum spectaculis. «) Hodierna theatra bonos mores bifariam corrumpere solent. Fabulae enim ibi recitatae audientes assuefaciunt ad amores liberos, adulteria, divortia, sive haec probentur, sive haec tamquam quidpiam obvium et naturae consentaneum repraesententur; et immodestis vestibus et gestibus libidinem excitant. Horum pravus effectus est magis immediatus; directa vel indirecta impugnatio doctrinalis corruptionem generat magis profundam. Haec nuptis aeque ac non nuptis est damnosa, dum libidinosa excitatio minus gravis est in statu coniugii (piam apud caelibes. Denique qui theatra frequentant, occasiones ibi peccati reperiunt sive propter ludentes sive propter alios assistentes.

Sicut choreae ergo, ita theatra, quantum decentia status sinit, vere catholicis potius fugienda sunt.

b) Componentes fabulas parum honestas graviter peccant, nec excusari possunt. Nec ullatenus excusandus videtur qui solus obscena dicere vel canere non detrectet, cum ita haec proferre cogatur ut per haec indecora risus vel plausus cieat: cooperatio ista est formalis. Qui ipse nullam lasciviam provocandam habet, per breve tempus excusari poterit si ob gravissimum incommodum, in his exhibitionibus partem habeat. Facilius excusari poterit qui in choro vel musico concentu quidpiam agendum habeat. Ut ait Gén. I, 242, ipse sensus communis horum cooperationem benignius aestimare solet. Quare, ubi res non fiunt extraordinarie scandalosae. « non videntur a bona fide deturbandi (pii talem cooperationem sibi licitam putant ad maius lucrum faciendum, famam acquirendam, etc. » (Gén. l. c.).

c) Qui sua *praesentia* nullum speciale scandalum dant, nisi sibi proximam adeant occasionem peccati, de gravi peccato non sunt arguendi. Dehortandi quidem sunt, maxime iuvenes. ab assidua theatri frequentatione.

Levis aestimatur cooperatio illius qui ius Spectaculi videndi pecunia interdum redimit. Gravior fit pro maiore actuum frequentia. Et severius indicant eum qui annuam subscriptionem

solvit. Is enim, sic aiunt, omnes exhibitiones, etiam turpes, probare et adiuvare censetur. Verum alia subest interpretatio, si pro assiduitate sua, per annuam subscriptionem propriae pecuniae parcit. Quare res aestimanda est ex theatri nomine vel fama. Et cum, denegata subscriptione, theatrum moraliter eadem fortuna uteretur, pari ratione et assiduitas et subscriptio damnandae sunt vel, saltem a gravi, excusari possunt.

d) Perinde dicendum de *circorum* ludis, qui non raro magis quam theatrorum fabulae libidinem excitant, et de « *cincmatographicifi* » exhibitionibus.

e) Ad vitandam marito periculosam societatem, pia uxor. — nisi res nimis indecens sit,— marito comitem se adiungere ne dubitet.

153. — Cooperatio ad prava scripta. 1. Numquam scribere licet quae mala, inhonesta sunt. — 2. Ut in ephemeridibus non bonis narrationes indifferenter inseras, gravis ratio te excusabit; gravis ratio requiritur, ne cooperatio catholici sit scandalosa. Si autem propter elegantiam sermonis, tua cooperatio diffusionem ephemeridis augeat, gravissima causa excusans postulatur, et conatus faciendus est ad necessitatem istam removendam. — 3. Qui *nuntios* mercatorios inserat, damno quod nuntii omissio afferret excusatur. Sane, magni momenti est pro ephemeride ut multos nuntios colligat; sed voluntas et utilitas insertionis posteriores esse solent ipsi iam factae ephemeridis diffusioni, ita ut omissio cuiuspiam nuntii prosperitatem ephemeridis parum afficiat. Praeterea, notarii et alii qui auctiones publicas moderantur, quasi ex contractu curare debent ut venditiones ubique nuntientur. Verum, bene de fide catholica merentur qui per ephemerides sive bonas sive etiam indifferentis argumenti talem nuntiorum diffusionem procuraverint, ut nuntios in pravis foliis inserere minus utile vel necessarium fiat. — 4. Praeter positivas legis prohibitiones in emptione, lectione ephemeridum non bonarum, cavere unusquisque debet: a propriae animae detrimento, quod ex habituali potissimum lectione nasci solet, a cooperatione, quae per se levis est. et a scandalo. Non raro, ubi causa fuerit haec folia legendi, expedit ut vir catholicus, maxime sacerdos, per aliam personam, magis obscuram, ea sibi comparet.

N. B. De typographie et venditoribus, supra actum est.

SUMMARIUM.

154. — $ 1. I. *De bonis spiritualibus procurandi* Propria salus spirituali a nemine neglegi potent sine peccato, quod tamen, accusando alia peccata, iam implicite accusatur ab eo qui non vult formaliter salutem suam]>erdeie. Numquam autem, ad ullum bonum consequendum vel alii procurandum, venialiter peccare licet. Et in proxima graviter peccandi occasione manere propter aliorum singulorum vel communitatis utilitatem aut necessitatem nomo per se debet. Urgente tamen extrema proximi necessitate spirituali, contidi potest maiore gratia qua proxima occasio in remotam convertatur. Propter honestas causas, non peccabit qui spirituale bonum quod probabilius sit maius omittat; quid autem melius sit ex variis considerationibus aestimandum est.

Proximo in extrema spirituali necessitate versanti etiam eum certo sitae periculo succurrendum est, dummodo aeque certa sit spes illum iuvandi, nec gravius malum indo, v. g. communitati vel Ecclesiae, immineat. — Gravem necessitatem communem, i. e. generalem, extremae singulari aequiperaro solent. In gravi autem spirituali proximi particularis necessitate grave incommodum ab eo solo sufferendum est qui alienam salutem ex ofticio curare debet.

II. *De. bonis corporalibus et temporalibus procurandis,* a) *Principia* ante oculos habenda. Caritas non obligat cum gravi incommodo; ac proin. excepta necessitate moralitor extrema, temporali proximi indigentiae cum notabili incommodo proprio succurrere non debemus. — Quidquid sine peccato contra caritatem ad nos, propriae incolumitati corporali aut temporali negare possumus, id quoque proximo non dare nobis licet. — Publicam causam privatae, etiam eoniunctorum, anteponere fas est : id publica auctoritas etiam exigere potest.

Sdholion. Cum gravi detrimento salutem corporalem propriam, sine causa neglegere, per se grave est ; sed magno dispendio vel longa cura, aut extraordinario remedio ad valetudinem recuperandam uti non debemus.

b) *De eleemosyna. Strictiore* sensu est *laryitio boni temporalis exteriori ad finem temporalem ; pleniore* vero sensu, est *eiusdem boni temporalis donatio ad fines sire temporales sire spirituales ; plenissimo* demum sensu est *communicatio omnis boni et talenti rei facultatis ad lerandas cuiuslibet rationis necessitates facta.*

Bona materialia distinguuntur alia *necessaria,* sive respectu vitae propriae cuiuspiam et suorum, sive respectu *status* seu *condicionis,* idque simpliciter vel attendendo ad decentiam status ; alia relative *superflua.*

Extreme vel quasi-oxtreme indigenti sub gravi succurrere debemus ; idque etiam ex bonis aliquo modo statui necessariis, si tamen modica pecuniae vis, quae sola in temporali alius privati inopia contribuenda est. largienti ad statum necessaria fieri possit. In gravi proximi necessitate temporali, gravis obligatio ita manet ut tamen optionem diversi boni operis non tollat.

In communi demum necessitate materiali gravis obligatio, hodie praesertim, non probatur. Qui superflua habeat, eleemosynas interdum facere sub veniali debet. Inquirere pauperes maxime laudabile est, sed per se non est praeceptum. Quantitas eleemosynae praeceptae magis usibus piorum quam mathematica aestimatione reperitur. luvat ratam quandam redituum partem eleemosynis destinare.

Eleemosynae moderatae ex bonis communibus vel mariti permittuntur uxori: et etiam, sed cautius, fidelibus famulis. Tutores et curatores personam protectam supplent vel iuvant; praelati eleemosynas pro communitate largiuntur.

Verum hodie colendae sunt eleemosynae prudentioris rationis quain pecunia triviali pauperi data ; et maxime spiritualibus indigentiis opitulandum est. Praeterea, pro eleemosyna locali vel regionali, successit hodie nationalis vel internationalis : quod non sinit nos olim admissas normas de eleemosynarum quantitate simpliciter confirmare.

$ 2. I. *De fraterna adhortatione et correptione.* 1. *Pia hortatio,* sive mere instructiva, sive suasiva, sive instiget, sive factum approbet, ut optimus stimulus ad bene operandum commendanda est.— 2. *Correctio* autem *fraterna,* i. e. *privata monitio quae, proximum, ex caritate, a peccato revocare conatur,* secluso gravi incommodo, caritate imponitur: sub gravi, cum mortale peccatum sic vitari potest; sub levi, si facillime possis, cum de peccato veniali agitur. Superior tamen sub gravi impedire debet ne nervus disciplinae etiam in rebus minoribus relaxetur. Si peccatum ignorantia *invincibili* excusetur, obligatio pendet ab oftlcio docendi, quod magis proprium est Superiorum, alios tamen pro *damno* vitando sive ignoranti sive aliis quoque urget.

Obligationis *titulun est* caritas in privatis, pietas in parentibus, religio vel quasi-pietas et interdum institia in Superioribus et Praelatis ; *condicione»* vero colliguntur, comparata, cum corrigentis incommodo, correptionis necessitate, effectus probabilitate, ita ut in dubio excuseris. Solus Superior indagare debet, idque discrete. Gravis obligatio rara erit in privatis; et scrupulosi facienda correctione regulariter excusantur. Etsi per se primo privatim facienda sit, variae rationes permittunt ut statim ad operam Superioris recurratur, nisi ipsum caritatis bonum obstiterit.

II. *Denuntiatio* esse potest *evangelica,* seu Superiori ut patri: et bonum ipsius delinquentis pro fine habet ; *canonica,* seu Superiori ut Pracsidi communitatis, ad hanc tuendam vel ad innocentem protegendum ; *iudicialie,* ut vindici publicae securitatis. Judicialis *per m* licita est ; canonica, ut extensio fraternae correctionis, et evangelica, quae huius correctionis est modus, normis fraternae correctionis reguntur. Evangelica denuntiatio solam poenam medicinalem permittit ; canonica locum dat sanctionibus quae bonum commune vel innocentis tueantur; judicialis vindictam publicam inducit. Nisi conversio denuntiationis cvangolicae in canonicam vel judicialem obtineri aut praecipi possit, Superior *per ne* generali commissi secreti lege canonice vel iudicialiter agere prohibetur.

Occulti corruptorie denuntiatio in collegiis regulariter suadenda, interdum stricte imponenda est. Dotes tamen Superioris, spes fructuosae monitionis, damnum delati, incommoda deferentis, perpendenda sunt.

III. *Spirituali# aedificatio* procuratur bonis actibus simplicis, humilis et modestae virtutis, quae, etiamsi se ipsa ignorat et occultat, effectum boni exempli satis vult ut intentio, ad meritum necessaria, minime in ipsa desideretur.

IV. *De ncandalo. 1. Notiones. Scandalum complete sumptui»* seu cum scandalo passivo, dici potest dictum, factum, omissum, o cuius occasione proximus ita tentatur ut peccet. *Per #e,* huiusmodi actio non est nisi quidpiam quod vel malum sit vel saltem mali speciem habeat. Ac talo factunx quod proximo teutationein seu periculum peccati generet (cf. 2, 2, q. 43 art. 1), dicitur scandalum *activam :* sive mere *directum,* quando ea intentione agitur ut proximus peccet; sive *diabolicum,* si ipsa ratio peccati ut sic intenditur; sive *indirectum,* cum peccatum proximi praevidetur quidem et permittitur, non tamen intenditur. *Pannivum* scandalum est peccatum occasionatum : sive *paxillorum,* cum ex fragilitate, sive *pharinaicum,* cum ex malitia receptum fuerit. Immediatus scandali activi effectus est tcntatio proximi ad peccandum, sive eadem ratione ac seandalosus, sive diversa ratione. Miratio vel horror spectantium, proprio non est scandalum. Sicut malitia testis efficit ut scandalum passivum sit sine activo, sic vel probitas vel etiam improbitas testium rationem scandali tollit, si propterea cesset seria efficacia in tentationem vel periculum peccandi. Actio tamen mala quae palam committitur scandalosa futura esse merito praesumitur.

2. *Directe* seandalosus peccat ea peccati specio ad quam alterum perducere intendit; et est gravo, nisi ad veniale peccatum terminetur; *diabolice* seandalosus, reus praeterea est gravis peccati *epccialitcr* contrarii caritati Dei et proximi. *Indirecte* seandalosus cum peccat, officium correctionis fraternae actu contrario violat ; solam autem caritatem laedit (nisi alio etiam titulo, sicut parochus, pater, spiritualem aedificationem debebat) quia peccatum proximi est praeter cius intentionem et actionem.

3. Scandalum *pavorum* permitti non potest sine proportiouata causa, quae gravior requiritur cum est scandalum pusillorum vel plurium vel certum, quam si est incertum vel unius, vel pharisaiciun. Ex causa necessitatis vel sufficientis utilitatis pormitti potest scandalum pusillorum ; immo interdum debet, si secus peccares vel salus tua periclitaretur, vel aliis graviter noceres. Quaevis causa per se sufficit ad permittendum scandalum pharisaienm. Immo, ob gravem causam v. g. explorandi virtutem, fas est. per actionem in se non malam, alteri peccati occasionem consulto dare.

I. Qui alios scandalizavit, ita agere debet ut vis mali exempli moraliter exstinguatur.

5. *Applicatione#.* Ob proportionatam causam, non vetamur actionem, etiam soluta pecunia, ab eo petere qui, propter malitiam suam, imum, propter erroneam coDscieutiam subiective peccabit : quia solum bonum in-

tenditur et nihil objective malum eligitur. Si fieri potest, falsa alterius conscientia erit, data explicatione, corrigenda. Ceteras applicationes, cf, textum.

H. De ornatu muliebri, eboreis, imaginibus, cfr. T. IV, De Castitate.

7. Ei qui malum facere statuit licebit minus malum (seclusa graviore scandali ratione) suadere eiusdem generis, dummodo ne consilio tuo tertiae personae, rationabiliter invitae, noceas. Nec per se damnandum videtur consilium de aequali malo datum, vel quo a Titio malum avertas quod alter vel Titio vel Caio disjunctive inferre decreverat.

V. *De. Cooperatione.* 1. *Cooperatio simultaneam duorum vel plurium actionem mgnifiqjt.* Cooperatores strictius vocantor omnes, praeter principalem *essecutorem.*

Formalis strictius dicta ipsas intentiones eoninngit, cui tunc omnis altera tanquam *materialin* opponitur. Verum formalis dicitur quoque, paulo latius, cooperatio quae *in se,* seu natura sua, seu ex sua necessaria significatione, bonitatem vel malitiam eiusdem generis atque actio principalis continet. Hanc alii vocant *materialem immediatam.* Distinguitur a materiali *mediata,* quae, quando est ad malum, fit per actionem prorsus extraneam malitiae actionis principalis quae consideratur. Pro distantia ab actione principali, cooperatio *proxima* vel *remota* vocatur.

2. Multiplex cooperatio *ad bonum,* quae non raro meritum humilitatis continet, atque etiam precibus et omni opere bono praestari potest, ut meritum actionis principalis participet, debet esse formalis, vel saltem conscia, et. qua talis, approbatu.

Qui a Superioribus religionum ad societatem meritorum et bonorum operum admittuntur, praeter utilitatem procum et sacrificiorum quae pro ipsis offeruntur, ut peculiariter cum religione coniuncti, ex eius meritis et bonis operibus fructum reportant analogum ei qui ipsis in religionem cooptatis accrescit.

3. Formalis *cooperatio ad malum,* atque etiam materialis immediata, excepta iniustitia in bonis materialibus, — cuius participatio iure necessitatis interdum excusatur, — malitia actionis principalis *necessario* contaminatur, ita ut. intrinsece mala sit, si ipsa actio principalis talis fuerit. Etiam mediata cooperatio *per ne* illicita est, cum ollicio correctionis fraternae opponatur, praeter Dei inhonorationem vel alienam damnificationem, quae saepe accedunt.

Atque illicita cooperatio materialis, si sit *positira,* non solam caritatem sed \arias virtutes laedit quae exigere possunt ne actio nostra, etiam nobis invitis, efficaciam iis oppositam habeat. — Materialis cooperatio *licita* fit. cpiando cum sufficienti virtutis cura componitur, seu proportionate incommodo excusatur.

Aestimatio proportiomitae excusationis laboriosa est propter difficultatem adaequatae investigationis, certae distinctionis (pia actio intrinsece vol semper illicita ab actione in se nondum mala discernitur, attentionis ad concurrentes rationes scandali et cooperationis; propter dissensus inter scriptores

ac nimie .servilem seu litteralem dependentiam a classicis auctoribus, qui, quamvis utilissimi sint nobis consiliarii, in aliis tamen adiunctis ac nos scribebant.

Porro cooperatio materialis tunc licita erit, si nullum affectum ad malum prodat, si scandalum removeatur vel permitti possit, si damna cooperationis excusante causa compensentur.

Ad haec aestimanda, prae oculis habendum est quid caritas, quid alia virtus cui principalis actio adversetur, prohibeant vel praecipiant.

In causae examine, in primis quid in ea intrinsece illicitum sit definiatur; varii deinde respectus tum cooporantis, tum agentis principalis, tum aliorum, tum laedendae virtutis, tum praecedentis actionis malae quae forte iuvetur, tum sequentium effectuum considerentur.

Praesumptionem quandam recti responsi dabit, post haec considerata, simplex prudentis viri intuitus; pro rei momento tamen distincta inspectione confirmandus erit. Demum consilia ad responsionem addenda sunt.

Causae vero excusantes distinguuntur *levissimae:* amissio lucri ordinarii ; *leves* sed *rationabiles :* famulatus, lucrum extraordinarium ; satie *graves :* timor amittendi bonum famulatum, infamia apud unum virum discretum, magna indignatio mariti, patris, heri ; *valde graves :* amissio status, infamia apud plure», periculum decidendi notabiliter e statu ; *gravissimae:* periculum boni cum vita comparandi. Ceteris paribus, gravior excusatio e damno positivo quam o lucro cessanto petitur.

Illicita cooperatio in alium qui eam praestare sit paratus, directa petitione honeste reici nequit ; propriam autem cooperationem cum praevisione alterius subrogationis recusaro, iuimo rogare distributorem ne haec nobis imponantur, licet.

Applicationes : attenta *hominum condicione,* fiunt ad *sacerdotes, religiosas, famulos, caupones, artifices, me rcatores ;* attentis *variis obiretis,* examinatur cooperatio ad *falsum cultum,* ad *exhibitiones* vel *recitationes* parum honestas theatrorum ; ad *prava scripta ;* ad *politicas partes ;* ad *illicita societatum.* De his cf. ipsum tractatum, et T. IV, *De Castitate.*

[154.]

LIBER SECUNDUS.

DE VIRTUTIBUS MORALIBUS.

Observatio de ordine. — Quid sint virtutes morales et quomodo dividantur, diximus I, nn. 495. 496. Singulis virtutibus locum parare theologi morales non solent. Sed, pro sua intentione practice, cum tractant de tribus primis praeceptis, actus qui ad virtutem *religionis* pertinent librart consueverunt; virtutem *pietatis* sub quarto et quinto praecepto exponunt: virtutem *cantitatis* ad sextum et nonum praeceptum referunt; virtutem *iustitiae* ad septimum et decimum praeceptum ascribunt. In expositione tamen quinti praecepti *fortitudo* et ipsa iustitia sibi quasdam partes vindicant. Porro virtus castitatis est pars snbiectiva *temperantiae;* eius expositio complet quae de virtute cui nomon temperantiae ut proprium reservatur, dicta sunt I, 475-484, de gula et ebrietate; comprimere iram et excutere acediam etiam partes sunt fortitudinis.

Nos, S. Thomam in 2, 2, imitantes, formaliter ad virtutes referemus quae proponenda habemus. Ac post prudentiam, cui, utpote directivae. primum locum assignabimus, ordine agemus primo de religione, de pietate, cui proxime accedit observantia; doin de iustitia, cuius modo nominatae virtutes sunt partes potontiales; tum de veritate et sinceritate, quae etiam sub cardinali virtnte iustitiao ponuntur; demum do temperantia et humilitate et de cardinali fortitudinis virtute. Tractatus do castitate et oppositis vitiis Tomo IV reservatus ost.

Monuimus iam non ontologici sed logici ordinis esse distributionem virtutum in cardinales et potontiales, ita ut logica subordinatio nulli virtutis excellentiae praeiudicet. hinno, propter honorem reddendum nobiliori virtuti, prius de religione et de pietate agemus quam de cardinali iustitiae virtute ad quam ambae logice referuntur.

TRACTATUS J.

DE PRUDENTIA.

Utilitas. — Quia practical intius tractatus quaestiones etiam suu variis aliis capitibus perpendi possunt, Manualia theologiae moralis vix expressam mentionem cardinali prudentiae virtuti concedere solent. Invat tamen rectam et distinctam istius virtutis notionem possidere, et quomodo ab humana prudentia quae, per se, sine merito est differat, accurate discernere. Quod in his paginis, vestigiis S. Thomae insistentes, praestare conabimur.

Articulus I. — Notiones.

155.— I. Notiones praeviae de intellectu practico et de virtute intellectuali. 1. Intellectus proprie *practicus* nondum iste est in quo indicia quaedam de agendis et omittendis efficiuntur et continentur. Haec enim, sine ulla ad futuram actionem relatione, menti humanae speculative obversari possunt. Nonne professor asceticas normas sine ulla perfectionis assequendae studio vel voluntate proponere potest? Innuo nimis saepe accidit ut homo agat contra conscientiam seu huiusmodi indicium. Indicium autem cui contraria actio opponitur re vera ad actum non pertinet: i. e. non est practieum. λ'erum ille practicus dicitur intellectus qui, ex motu voluntatis agere volentis, deliberat, indicat et imperat. Quia tamen humana voluntas tali intellectus deliberatione et indicio non cogitur, sed consensum negare atque intellectum ad alteram conclusionem practieam, mediante opposita consideratione. pertrahere potest, potissimum practicus dicendus est ille intellectus qui actione miscetur, seu qui, post consultationem et indicium, imperio actionis est informatus.

Ac notant, cum voluntas sit appetitus rationalis, in eius quidem potestate esse ut per applicationem intellectus ad diversa consideranda, ultimum indicium de actione facienda vel omittenda mutet, minime autem fieri posse ut sine indicio practico

agat vel ab aliquo indicio practice ultimo discrepet. Nulla itaque fit libera actio quin ita agendum esse aliquo modo indicetur.

Processus iste actionum nostrarum sic distinctius narrari potest.

Ex vera cuiuslibet finis voluntate movetur intellectus ad considerandum, inquirendo, media ; dein, in fine inquisitionis, ad sententiam de aptis mediis ferendam; denique ad proponendam mediorum exsecutionem; quae propositio fit, ex motu voluntatis, imperium,quo propositio activis facultatibus sequenda praecipitur.

Supponamus aliquem qui officium quoddam obtinere velit. Deliberabit, consultabit de via. Praeter conciliandam sibi principis seu collatoris benevolentiam, quod statim perspicitur esse necessarium, ipse modus conciliandae, gratiae indagabitur. Cui inquisitioni finem imponet sententia huiusmodi : is modus videtur aptissimus. Atque, ex eadem officii cupidine, repertus modus proponetur amplectendus, maiore vel minore vi. pro eius efficacia, officii existimatione, et coniunctis exsecutioni difficultatibus. Modum propositum voluntas eligit approbando ; et inventus modus fit exemplar exsecutionis: actus ad intellectualem rationem accommodatur.

2. Quia omnis virtus nostros liberos actus perficit, virtus intellectualis non est tota in intellectu, sed bonam etiam ✾volun tatis dispositionem supponit; neque actus talis virtutis sine voluntatis motu haberi potest. Quare intellectualis virtus bona voluntatis et intellectus dispositione concrescit. Itaque, qualitates ingenii sicut ipsa corporis sanitas virtutem quidem adiuvare possunt; non sunt tamen formaliter virtuosae; ac bona intellectus dispositio nequit, qua talis, ess · meritoria. Qualitates istae in virtutum inchoationibus poni possunt quae voluntas ad finem virtutis adhibere potest, et (piae ex ipso virtutis usu perficiuntur.

156. II. 1. Prudentia *latiwi dicta* est ars quaedam attingendi finem intentum, (pii finis potest esse mere humanus, immo malus, ita ut Dominus filios tenebrarum prudentiores quam filios lucis vocare potuerit.

2. *Proprie dicta cirtus* prudentiae in agendo, intentionem boni praesupponit. ac definiri consuevit: *recta ratio agibiliuni. Ratio* idem est quod forma intellectus repraesentativa actionis ut agibilis. — *Recta* est, quatenus recto congruit appetitui; seu

quatenus, post sufficiens studium, id amplectendum dicit quod apparebat regulae morum consentaneum: et quatenus ex bona voluntate procedit. — *Agibilium.* Hac voce assignatur prudentiae, obieetum aliud atque obieetum artis: haec respicit *factibilia.* Plurali autem numero indicatur habitus.

Recta ista ratio sequitur rectam inquisitionem, rectum indicium; et imperio honestae actionis absolvitur.

3. De eubulia. Sollicita honestatis inquisitio, ex *intentione honesti profecta,* est actus *eubuliae.* Quae sollicitudo si facile et expedite habeatur; si. v. g. nullo turbetur passionum impetu, prodit in intellectu *acquisitam eubuliae virtutem:* quippe cuius actus sit moraliter bonus, et qua nemo male utitur. Namque inquirere honestum ex voluntate honeste agendi est necessario moraliter bonum.

4. De synesi vel gnome. Necessario bona est etiam prolata de moralitate talis actionis sententia, quatenus et ipsa ex honestate actionis studio procedit. Quae sententia si fundatur in lege vel in altiore ratione ascribitur *synesi* vel *gnomê.* Rursus si sententia ista sit facile sincera et firma, *habitum* signabit cumque *virtuosum* eiusdem nominis.

157. — III. Prudentia, virtus cardinalis *Electio praeceptiva* actionis indicatae honestae, quae electio componitur practica intellectus conclusione: actionem esse faciendam; et voluntatis consensu, est propriissimus *prudentiae* actus. Actus iste est meritorius, in insto, namque manat ex libera honesti intentione, et eo bene vivitur. Atque si fuerit prompta, expedita et efficax, electio ista virtuosum signat habitum *prudentiae acquisitae.*

Ut processum istum distinctius proferamus: haud secus atque in ordine temporali, in morali ordine, ex supremo synteresis indicio, quo pronuntiatur in universum, legem Dei servandam esse, honeste esse vivendum, voluntas libere inclinat in honestatem, vult honeste agere. — Hanc boni honesti intentionem excipit consultatio: quid sit honestum; id est. *inquisitio* honesti, quam iubemur sollicite facere, cum ea qua par est cura.

Inquisitionem absolvit *indicium* de actionis moralitate: istud est honestum, bonum vel melius. Quod indicium fundari potest sive in consideratione legis, sive in attentione ad superiorem legis rationem. Iubemur actioni nostrae huiusmodi indicium praeponere *sincerum.* — Idem deinde indicium ab intellectu offertur

ut practice sequendum, quasi aequivalenter maiore vel minore rationum vi, dixerit: « Fac istud honestum ».

Annuit voluntas; atque habetur honestae actionis electio quae, ex motu voluntatis, est istius actionis *praeceptum* subditis facultatibus impositum. Fiet honestum secundum tale imperium. Ita legis idaea in Principe fit, ex principis voluntate, praeceptum pro subditis et exemplar actionum eorum qui obtemperant.

158. — IV. Prudentiae acquisitae gradus. Quo vehementior erit intentio boni, et (pio altius ipsum bonum intentum; quo magis deinde intellectus erit dispositus ad studiose quaerendum, ad sincere agnoscendum honestum et ad eius amabilitatem, in lumine rationum, melius perspiciendam, eo melior et fortior erit virtus intellectualis.

Accurate discernere oportet has praefici intellectus dispositiones, quibus inservit voluntati honesti, et qualitates ingenii, puta naturalem subtilitatem, quae ad quemlibet usum adhiberi possunt. Ita vir doctus et acutus facilius poterit honesti rationes speculative invenire; cedet tamen vera prudentia hebetiori ingenio viri magis virtuosi, quatenus is maiore donatur practice honesti studio. Ex vi enim motiva intellectus, moralis aestimandus est valor imperii.

159. — V. **Corollaria.** 1. Fusior prudentiae descriptio haec esso potest : *rirtu» quae intellectum praaticum perficit ut, movente voluntate, prompte •t facile agenda imperet quae ut honeuta et hoiicatiora apprehenduntur.*

2. Prudentia non accurato actibus recognitionis seu indicii describitur. Quare Ta XQVEREY, postquam, II, n. 1049, prudentiam descripsit virtutem qua intellectus dirigitur « ut in singulis operationibus, *dignoueamuM* quid honestum sit et ad finem conducens », seipse corrigere cogitur n. 1051, ubi tertium et principalem actum prudentiae ponit « *praeceptum,* quo ratio practice non solum pronuntiat quid agendum sit, sed illud *imperat* ».

3. Prudentiae provincia non tinem ipsum sed ea quae sunt ad tinem respicit. Supponit enim linis intentionem et in medii electionem desinit.

▮1. Functiones prudentiae sunt: *bene conxultare,* seu, sub respectu boni moralis indagare; *bene indicare, seu,* in tine investigationis cum certitudine pronuntiare quid, eodem respectu sit *agendum; bene imperare,* seu etlieaciter ad opus ordinare.

160. — VI. Vitia opposita Prudentiae. Vitia ista a S. Thoma, 2. 2, qq. 53. 54. 55, in duo genera dispescuntur: *imprudentiae,* per

defectum sive ipsius prudentiae sive actuum praeviorum quae ad prudentiam requiruntur; et *falsae prudentiae,* quae mediis prudentiae abutitur, quatenus vel finem inordinatum persequitur, ut *prudentia carnis,* vel viis illicitis utitur, ut *astutia:* haec per excessum virtuti prudentiae opponuntur. Ut haec posteriora omittamus, defectus potest prudentiam in actibus anterioribus consilii, vel indicii, aut in proprio actu praecipiendi aflicere. Consilium vero *praecipitatione,* indicium *inconsideratione,* rectum praeceptum *neglegentia* vel *inconstantia* impeditur aut vitiatur (2. 2. q. 53 art. 2). Praecipitatio est in impetu voluntatis vel passionis, (pii elementa sanae deliberationis pertransit ζl); inconstantia est defectus stabilitatis in praecipiendo, seu in recessu a bono proposito prius delinito: neglegentia est defectus sollicitudinis seu promptae voluntatis.

Verum, sicut naturalis ingenii dotes (piandam naturalem efficiunt prudentiam (piae est sine merito, sic defectu istarum dotum resultat quaedam imprudentia quae est sine demerito. Culpanda imprudentia inordinationem liberae voluntatis supponit, ut cum impetu passionis abripitur ad male consiliandum, indicandum vel praecipiendum. Conscius tamen defectus naturalis locum dat obligationibus moralibus attentionis, praecautionis et correctionis, quae observari vel violari possunt.

In omni peccato imprudentia quaedam committitur; non est tamen vitium *generale,* cum sit circa actus *speciales,* i. e. actus rationis. Sed cum ad omnem materiam moralem se extendat, non est vitium speciale ratione materiae, et accusando peccatum commissum, ipsa imprudentia satis accusatur, nisi quis ex formali prudentiae contemptu imprudens esse voluerit (cf. 2. 2. (|. 53 art. 1, et 54 art. 1 c.).

161. — VII. De conexo dono consilii. Quomodo Spiritus Sanctus virtutes nostras per dona sua perficiat, indicavimus in tomo I, n. 497.

Secundum S. TllOMAN, 2, 2, q. 52 art. 2, prudentia adiuvaturet perficitur dono Consilii, quo movemur a Spiritu Sancto, tamquam a Consiliario ad recte inquirendum de agendis. Cur autem donum Spiritus Sancti intimum actum virtutis pruden(*)

(*) Quid sit praecipitatio et quid matura deliberatio requirat, S. Thomas perbelle exponit in 2, 2, q. 52 art. 3, c.

fine, seu bene consultare, potins quam superiores actus prudentiae perficiat, S. Thomas liane rationem affert: indicare et praecipere, qui sunt isti actus superiores, esse moventis non moti, dumconsilinm non minus ab alio quam a deliberante oriri potest.

Etenim cum in donis Spiritus Sancti mens humana non se habeat ut movens sed magis nt mota (2, 2, q. 52 art. 2 ad 1) prudentia in illo actu perficienda est qui, ex natura sua, secum fert alienam directionem seu mentionem. In consultando autem alieno consilio conatnraliter adinvamnr. (De modo quo agant dona S. Spiritus Cf. J. de Guibert, S. J. *Dons du S. Esprit et vie mystique, Revue d'ascétique et de mystique,* 1923, pp. 321 ss.)

SUMMARIUM.

162. — Prudentia *est actioni,* quod *effectioni* est ars. Ars definitur *recta ratio /adibilium ;* prudentia definitur *recta ratio agibilium.* Verum id inter utramquo interest, *artem* non pendere a bona voluntate, dum *prudentia* proprie dicta, ut omnis virtus, cum Dei gratia, in potestate nostra versatur. Rectitudo enim, de qua in brevi definitione agitur, non respicit finem quempiam humanum seu temporalem : hac prudentia, quae dicitur prudentia secundum quid, etiam sancti carere seu privari possunt; sed in ordine ad bonum simpliciter aestimatur. Quare fusius describitur : virtus quae intellectum practicum perficit nt, movente voluntate, prompte et facile agenda imperet quae nt honesta et honestiora apprehenduntur. Intellectus practicus est ille qui vere, ut principium directivuin, actione nostra miscetur. Non re sed ratione differt ab intellectu speculativo, qui etiam ros practicas cognoscere potest.

Porro functiones prudentiae sunt : bene *consultare* seu indagaro, sub respectu boni moralis; bene *indicare,* seu, in fine investigationis, cum certitudino pronuntiare quid, eodem respectu, sit agendum ; bene *imperare seu* efficaciter ad opus ordinare.

Virtuti prudentiae opponitur, per *defectum,* imprudentia, sive in actibus anterioribus consilii, i. e. *praecipitatio ;* vel indicii, i. e. *inconsideratio ;* sive in proprio actu praecipiendi, i. e. *inconstantia* vel *neglegentia.* Culpanda tamen imprudentia inordinatam voluntatem supponit; et quamvis sit specialis, eum speciales actus rationis afficiat, plerumque, accusato peccato ad quod mala intellectus directio perduxit, satis accusatur.

Obligatio praeterea vel magis attendendi vel corrigendi defectum ex naturali prudentiae defectu manat. Eidem virtuti prudentiae opponitur, per quondam excessum, *falsa prudentia,* quae ad malum finem, et *astutia,* quae mediis illicitis est materialiter prudens.

TRACTATUS II.

DE RELIGIONE.

Cur hoc loco de religione. — Distributioni logicae inhaerens, s. Thomas, absolutis articulis de prudentia, statim iustitiam aggreditur, virtutem cardinalem, cuius religio est pars potcntialis. Plerique autem hodierni theologi, quibus astipulamur, ordinem dignitatis praeferunt, ita nt prius de religione quam de iustitia agant.

TITULUS I.

Virtutis notio et actus eliciti.

Utilitas. — Virtutis cuius, in hodierna honestatis ratione, ip.-si mentio nimis saepe praetermittitur, accuratam notionem sibi comparare ut eam ipse magis aestimet et etlicacius praedicet, theologi moralis summopere intereat.

163. Sumpta, non nt forma cultus pluribus communiter imposita *(religio catholica)* sed ut virtus, religio est *rirtus moralis qua interior et exterior cultus qui Deo debetur re vera exhibetur.* Nobilissima post virtutes theologicas, religio annectitur iustitiae. sed ut pars potentialis, quia numquam ad aequalitatem reddere possumus quod Deo Creatori, Domino et universali Benefactori debemus, et quia Deus etiam actibus liberis colitur. — Virtutis istius obiectuni *materiale* sunt varii actus cultus, ad (pios faciendos eadem inclinat ob specialem honestatem observandi divinam illam excellentiam quae omnem aliam infinite transcendit.

Statim perspicitur quomodo religio formaliter a caritate differat. Dum caritas amat, religio adorat; illa unitatem, haec distantiam et dependentiam observat : illa est amici aequalis, haec creaturae et inferioris. Nulla tamen est inter utramque oppositio; miraculum enim bonitatis quae distantiam inter Deum et

nos superat, nonne est aptissimum a<l accendendum et nutriendum amorem simul et omnis obsequii voluntatem? /

Religio, virtus voluntatis, habet in voluntate suum actum internum seu *stricte elicitum*. Estque ipse *affectus* quo animus se subdit infinitae illi excellentiae, atque honorem Dei intendit vel appetit.

Idem iste affectus inspirat Christianam *humilitatem,* quae, non contenta temperato studio propriae excellentiae, ipso terrenae sublimitatis contemptu, Dei excellentiam reveretur. Cf. infra, tractatum de Humilitate.

Quotquot actus ex illo affectu sublectionis erumpunt, stricte loquendo sunt actus religionis *imperati.* Inter eos tamen alii, *natura sua,* ita nostrum affectum ad Deum significant ut, sive *interiores* sint sive etiam *exteriores,* cultum divinum per se contineant et inter proprios virtutis religionis actus referantur. Ili, latiore quodam usu. dicuntur quoque religionis actus *eliciti.* Sunt: devotio, adoratio cum sacrificio, oratio, laus, votum, juramentum, sanctificatio festorum, piae oblationes rerum vel personarum. Sed (plia omnes boni actus Deum glorificant, omnes quoque ex intentione religionis peragere possumus: qui actus tunc dicuntur virtute religionis *imperati.* Sic vita moraliter omnis religiosorum, generali religionis intentione honestatur.

_V. *B.* - Logica divisio praesentis tractatus foret ut in priore quadam sectione de indi viduali seu .singulari virtutis religionis exercitatione, in altera de collectiva seu de sociali exercitatione ageremus. Haec praestatur tum communi vitae religiosae professione, tum sanctificatione festorum. — Verum utrumque argumentum differendum est. Quare de sola individual! religionis exercitatione agemus. Hinc prius de actibus positivis cultus Dei, quos secundum ordinem praeceptorum divinorum quibus respondent exponemus, dein de peccatis contra religionis virtutem tractandum nobis est.

SUMMARIUM.

16+. — *Religio* hic intellegitur *virtus moralis qua Deo debitus interior et exterior cultus exhibetur.* Cultus dicit reverentem exsecutionem oilieiorum «piae ad Deum habemus ut est noster Dominus. Honestas praestandi quae Domino sunt hoc titulo debita est formale religionis obieetnui ; materiale sunt varii actus colendi. Ipse affectus interior ad colendum Deum est actus religionis *strieh elicitus; latius eliciti* sunt actus sive interiores sive exteriores qui cultum divinum per se continent; *imperati* sunt alii actus boni qui ex intentione divini famulatus peracti sunt.

TITULUS II.

Positiva religionis officia.

Utilitas. — Parte sua positiva tractatus de religione plura ℭomple etitur quorum momentum immediato manifestum est. Generalis enim artuum cultus expositio occasionem praebet instruendi theologiae candidatum de genuina liturgiae notione et recta eius aestimatione, enmque a pluribus practices erroribus praeservandi. De eflicacia enim orationis prudenter dicendum est, ac paucis quibusdam notionibus ipsi theologiae mysticae viam praeparare oportet. Quae dein de oratione, de iuramento et voto proponuntur ad usum cotidianum pertinent. Peculiariter referi cognoscere quid de ficto iuramento sentiendum sit, ne sancta ista res liat tyrannicae oppressionis instrumentum, et quomodo potestas irritandi vota intelligenda sit.

Ordo dicendi is erit ut primo de *vario cultu* in genere et litnrgia. dein dc *oratione,* tum ile *iuramento* et *adiuratione,* denique de *v̊oti* agamus. Ipse autem decalogus nobis est istius ordinis auctor; cum oratio ad primnm, juramentum autem et votum ad secundum praeceptum referri consueverint.

CAPUT 1.

De essentiali officio cultus.

Articulus I. — De varia cultus ratione et terminatione.

§ 1. — De cultu in genere.

165. — Quid sit cultus. Omnis cura de aliqua re nomine cultus insignitur: cultus corporis, scientiae. Specialiter autem significat recognitionem et practicam observationem excellentiae Superioris. Sic omnes actus quibus homo se Deo subicit ut Ei reddat quod Ei debetur sunt actus cultus divini. Tales autem sunt omnes actus virtutis religionis.

Dum hoc dicimus, minime atlirmamus actus istos esse t r *toto* actus sive unitus sive religionis: non enim quatenus ad nostrum bonum diriguntur, sed quatenus ad Deum ordinem dicunt sunt actus cultus. Ut autem sint actus religionis seu cultus, satis est ut afiectum sublectionis ad Deum et fidentis reverentiae prodant.

Demum magis stricte *actus cultus* sunt *actus protestâtivi dirtnac excellentiae et subtectionis hominis sub Itco;* seu actus quos vocavimus *elicitos* religionis actus.

166. - Quotuplex sit cultus. I. Cultus est *interior,* in mentis devotione, et *exterior,* qui subdividitur in *privatum* et *publicum.* Publicus ritualis dicitur *liturgicus,* de quo infra. Ad cultum publicum pertinent etiam *sacramenta:* sunt enim simul in remedium peccati et in cultum divinum: sive consecratione deputent hominem ad divinum cultum, ut baptismus, confirmatio et ordo; sive consecratum cultorem purificent, ut poenitentia et extrema unctio; sive cultores praeparent et rem sanctam, i. e. unionem Christi et Ecclesiae repraesentent, ut est matrimonium; sive sint ipsi actus cultus, ut est confectio sacramenti eucharistiae, quae fit sacrificando.

Ex c. 1256, *cultus publicus est qui defertur « nomine Ecclesiae a personis ad hoc legitime deputatis et per actus ex Ecclesiae institutione Deo, Sanctis ac Beatis tantum exhibendos ».* In quo canone, ut patet ex C. *Quamvis iusto, 30* apr. 1749, § 12, Benedicti XIV. ad quam in nota remittimur, particula *et* addit non alteram requisitam condicionem, sed alteram cultus publici formam, ita ut tantum valeat quantum *vel.*

Actus (pii Deo, Sanctis vt Beatis tantum exhiberi permittuntur, sunt: imagines altari imponere, depingere cum aureolis, radiis vel alio indicio (pii cultum prae ne ferat et excitet, tabellas votivas vel donaria votiva ad eorum sepulcra appendero, lumen coram reliquiis accendere aut oas publicae venerationi proponere. Contra, quod in parietibus aut in vitris colorati» ecclesiae, sine sanctitatis indicio, personae non beatificatae depingantur; quod, assontiento Ordinario, ad (piem res deferenda est, occulto serventur » ex voto» eum testimonio obtentae gratiae: haec ad publicum cultum non pertinent.

Quamvis non pauci pii scriptores soleant adhuc, in describendis vitis Sanctorum, protestationes inserere (piae ab 1'rbaXo VIII nomen habent, decretu tamen ista sunt iam C. OJkfono» Leoms XIII. 25 ian. 1897, abrogata. Cfr. nostrum *!>‹ prohibitione rf cmnura librorum,* n. 19 nota et 79.

Cultu publico hodie hi soli honorari possunt qui S. Sedis decreto inter Sanctos vel Beatos relati sunt. Disciplina ista ab ALEXANDRO Ill (1159-1181) introducta est. et perfecta ab URBANO ⅄ III. Quare, de formali canonizatione Servorum Dii qui Alexandro III sunt anteriores et in martyrologio nominantur.

Ecclesia non est sollicita. Cuit us immemorabilis praestitus Servis Dei qui post Alex. III et ante tempus Constitutione Urbani VIII praefixum^) vixerunt, manere potest in statu quo. Imino de eorum beatitleatione instrui potest processus « per viam cultus scu casus excepti », ut cultus ille formaliter approbetur. Qua obtenta approbatione, Servus Dei est aequipollentcr beatitieatus. f'fr. canones 2125-2135. Servi Dei recentiores, contra, non possunt beatificari vel canonizari nisi prius constiterit nullum cultum publicum iisdem fuisse datum. Quare processus dicitur « per viam non cultus». — Ex decreto N. /»'. C. 26 aug. 1913, Servi Dei non possunt iam *Venerabiles* vocari ex quo eorum causa introducta est, sed tantum ex quo heroicitas virtutum vel martyrium sunt comprobata.

Canonizatlo, non autem Beatificatio continet infallibile et irreformabile indicium. Quare « Sancti coli possunt ubique et quovis actu cius generis (duliae) cultus; Beati vero non possunt nisi loco et modo quo Romanus Pontifex concesserit » (c. 1277, § 2). Modi isti alii ex immemorabili consuetudine, alii ex speciali induito demonstrant ur. ('fr. Weiixz. *Ius Decr-* t. 3. n. 367.

('ultus *prirahis* ei cuius sanctitas moraliter tibi constat, honeste impenditur. Sic. infantes baptizati. etsi, quia nullas virtutes heroicas exercuerunt, non sunt subiecta canonizationis (WEKNZ, t. 3, n. 365), a parentibus et fratribus tamquam veri intercessores apud Deum invocari possunt.

167. — II. ('ultus distinguitur *latriar.* «pii proprius est Infinitae Maiestatis Divinae; *duliae,* «pii honorat singularem simili tudinem cum Deo quam Sancti participant. Speciale nomen *hyperduliae* hodie reservatur actibus quibus colitur singularis dignitas ⁑ sanctitas Virginis Deiparae, propter peculiarem proximitatem ad Deum (piam maternitas divina ipsi contulit. Uf. 2. 2, (p 1(13 art. 4. ad 2. Inde enim est allinis Verbi, quia consanguinea est naturae humanae quam persona Verbi sibi desponsavit.

Excepto sacrificio, quod proprium est cultus latriae et ad cultum publicum pertinet, alii externi actus, pro intentione colentis et adiunetis. latriam vel duliam manifestare possunt: ita genuflexio, accensio luminum et etiam sullitus (oblatio incensi).

(') I. c. .innui '534. Propter ꝑeculiare c.imat taœcn ⁑e-mpu »«tud quad.un mainte latitudine accipitur. Cf. *Efitemt iur. ca/t.* II, 602.

168. — III. Cultus distinguitur praeterea *absolutus* et *relativus*. Absolutus terminatur ad personas, relativus ad res quae cum persona conexae sunt et sic quandam sanctitatem participant, quae causa est cur ner indigne tractari possint et honoribus positive aflieiantnr: relativis utique, quia mediate ad personam relati sunt. Inter res istas, ipsae reliquiae reponuntur, ('fr. c. 1255 § 2. Ipsae personae quae alias digniores, v. g. Legati qui Principem, S. Pontificem, repraesentant, cultu relativo honorantur. Possumus autem, fere sicut Deum honoramus in Sanctis suis, mere uti imagine ad nobis repraesentandam personam, et sic directe, per imaginem, honorare personam repraesentatam : tunc ipsa imago non honoratur. Declarata ratio cultus relativi demonstrat cur cultus imaginis non sit idem qui cultus personae; cur imago personae minus dignae magis quam imago dignioris honorari possit ; et cur variae eiusdem personae imagines vario gradu honorentur.

169. — De cultu reliquiarum, cf. canones 1283-1287.

I t ea in pauca conferamus: a) *Publico* cultu honorari in ecclesiis eae solae reliquiae possunt quae legitime « authenticatae » sunt. //) S. reliquiae quarum authenticitatis documenta perierint, non possunt sine indicio Ordinarii loci publicae venerationi exponi, fu his Vicarius generalis speciali mandato opus habet, c) Reliquiae antiquae confirmantur in possessione suae venerationis, nisi certo constet eas falsas esse, d) Locorum Ordinarii prudenter amovere debent a cultu reliquiam quam certo norint non esse authenticam; et simul imprudentes impugnationes cohibere.

Reliquiae *insh/nes,* vel eae quae in aliqua ecclesia magna populi veneratione honorentur nequeunt valide alienari neque in aliam ecclesiam perpetuo transferri sine Apostolicae Sedis permissu. Insignes autem reliquiae sunt corpus, caput, brachium, antibrachium. manus, erus aut illa pars corporis in qua passus est martyr, dummodo sit integra et non parva (e. 1281. §2). Eaedem nequeunt in aedibus vel oratoriis privatis asservari, sine expressa Ordinarii loci licentia (c. 1282. § 1). Reliquiae ss. Orneis numquam in eadem theca cum reliquiis Sanctorum publicae venerationi exhibeantur, sed propriam thecam separatam habeant (c. 1287. § 2). Demum « sacras reliquias vendere nefas est » (e. 1289, § 1).

170. — De cultu ss. imaginum. Cf. cc. 1279-1281, 1385 et 1399.

Benedictio imaginum nullo canone praecipitur facienda; sed «si imagines publicae venerationi expositae, sollemniter benedicantur. haec benedictio Ordinario reservatur, qui tamen potest eam cuilibet sacerdoti committere» (c. 1279, § 4).— Nulla *insolita imago* in ecclesiis etiam exemptis vel in locis sacris poni potest nisi ab Ordinario loci sit probata: huic certae cautelae c. 1279, § 1-3. praescribuntur.— « *Imaginex pretiosae,* i. e. vetustate, arte aut cultu praestantes, in ecclesiis vel oratoriis publicis fidelium venerationi expositae,... numquam reparentur sine dato scriptis consensu ab Ordinario; qui. antequam licentiam concedat, prudentes ac peritos viros consulat » (c. 1280). — Imagines pretiosae aut quae in aliqua ecclesia magna populi veneratione honorantur, nequeunt valide alienari neque in aliam ecclesiam perpetuo transferri sine Apostolicae Sedis permissu (e. 1281. § 1). — *Imprimendae sacrae imagines,* ecclesiasticae censurae subiciendae sunt; *prohibentur* autem impressae imagines quae ab Ecclesiae sensu et decretis sint alienae (c. 1385, §§1,3°; et 1399,12°).

§2. — Cultus litubgicus (l).

I. — *Recta liturgiae definitio.*

171. — I. Bonae definitionis condiciones. *Liturgia* vocatur *totus ordo actuum liturgicorum.* Hiantem actus, ut liturgia aliquam spqciem constituat propriaeqiie scientiae obiectum sit. necesse est : 1) ut propriam aliquam naturam habeant, i. e. unam eandem-(pie referant qualitatem qua et inter se conveniant et a ceteris eiusdem generis actibus differant; ut praeterea ista qualitas aliquatenus naturalis seu essentialis sit. i. e. cum illis actibus intimo nexu sit coniuncta eorumque intrinsecam rationem constituat; 2) ut, ratione illius naturae, non nimis exiguum locum neque levius momentum habeant inter actus vitae catholicae.

Hunc actuum ordinem exsistere liturgiaeque nomine appellandum esse mox apparebit.

(xl Istam de cultu liturgico paragraphuni, in acceptum referre debemus R- P. I. Hansskns, S. I. in Pontificia Universitate Gregoriana et in Pont. Imtituto Orientali, sacrae liturgiae professori.

II. Definitiones insufficientes. Talis e contrario non esset liturgia quae solummodo esset decorativa cultus pars, caerimonialis, aesthetica; —vel eius pars ecclesiastica et humana, alteri parti opposita i. e. essentiali et divinae ab ipso Christo institutae. Etenim, licet talis quoque sensus ipsi voci liturgiae fortasse tribui possit (videant grammatici), liturgia ita concepta non haberet sufficientem locum inter actus vitae ecclesiasticae; insuper qualitas qua actus liturgici constituerentur non naturalis seu essentialis sed omnino exterior et accidentalis esset. Neque satis est dicere liturgiam esse illam cultus partem (piae sacrificium missae, sacramenta et sacramentalia, orationem canonicam comprehendat; vel illam iis actibus constare (piorum normas libri liturgici legitime definiunt: nam iterum in talibus definitionibus quaelibet intrinseca et essentialis nota desideratur.

Hac de causa nostram facere noni possumus definitionem a cl. Callewaert, viro tam bene de liturgia merito, propugnatam, secundum quam « liturgia est cultus publicus quatenus hic est auctoritate ecclesiastica ordinatus » (’). quamque ipse auctor aequiperat definitioni in insigni manuali Thalhofer-Eisenholer (2) propositae. Isti definitioni iure oppositum est quod rationem specificam nimis exteriorem statuit, i. e. ordinationem ah Ecclesia cultui inditam, et ita a liturgia ipsos ritus excludit, quatenus saltem sunt iam ab ipso Christo definiti et instituti, ut sunt v. g. ipsum sacrificium ℭucharistie um in missa, ritus substantiales sacramentorum (s).

III. Vera definitio. Ad hanc partim deductione partim inductione pervenitur. A pluribus autem saeculis omnes periti liturgiam cum ecclesiae cultu publico conectunt (De cultu et in specie de cultu publico, cf. supra n. 165. 166.). Ipso tamen cultu publico liturgia nondum definiri potest; nam non nulli sunt actus cultus publici in Ecclesia qui liturgicis non annumerantur: v. g. contiones. Ultra ergo procedentes, dicemus *liturgiam* esse publicum in Ecclesia cultum in quantum ritibus constat seu esse *cultum Ecclesiae publicum et ritualem;* hac vero nota, quod est ritualis, constare rationem specificam cultus liturgici. *Ritus* autem definiri potest actio exterior secundum definitam formam facienda,

(1) Liturgæae Institutiones: Tractatus primus, Brugia |010, p. 6. n 6.
Handbuch der katholischen Liturgik, 2.da edit., t 1, 19)2, p. 4℮
(3) D. Franco de Wyvls. Tydschrift voor Liturgie, 920. p 140

qua effectus aliquis significatur atque, *ex opere operato,* proprie vel latius accepto, producitur, sive in animarum sanctificatione sive, ut in nostro casu res se habet, in Dei honorationem. Ritus omnis, quamvis simplex sit et omni pompa exutus, tamen necessario aliqualem stabilitatem et gravitatem possidet. Liturgiam componunt non solum ritus ab Ecclesia, sed insuper, immo praecipue, ritus a Christo instituti, etiam ^ante et praeter omnem ordinationem iis ab Ecclesia inditam. Quod spectat ad sacramentorum ritus, quamquam principaliter in sanctificationem animorum tendunt, simul tamen et aeque immediate in honorem Dei directi sunt, idque ipso eo facto quod exprimunt et operari se *significant* fidelium sanctificationem, quae excellentissimum divinae potentiae et bonitatis opus est. Caerimoniae sunt ritus secundarii, ritus principales complentes iisque decorem addentes et maiestatem, ita ut similes quidem effectus gignant sed per ritus proprie dictos.

Cultus liturgicus, etsi sufficiat de se ut nomine quidem Ecclesiae universae sed seorsum a communitate exerceatur, nihilominus sic institutus est ut debeat per se ab ipsis Ecclesiae legitimis et publicis *officielle* communitatibus i. e. collective et hierarch ice praestari ; et reapse plerumque eo modo praestatur. Hoc valet de missa, de horis canonicis, quae commune alicuius coetus oIHoinm sunt, etiamsi, per modum habitus vel exceptionis, seorsum a choro recitari permittuntur : hoc valet de omnium sacramentorum administratione ipsitisque paenitentiae sacramenti, ut ex eius historia clare patet.

172 — Quaeres, quid sint rubricae?

Rubricae eae regulae sunt quae exteriorem tantum modum praescribunt actionum ritualium, nulla facta distinctione inter ritus et meras caerimonias, inter ritus necessarios et ritus adventitios, neque addita explicatione eorum sensus aut efficaciae. V. g., eadem prorsus ratione describunt ritus in incensatione altaris occurrentes atque ritus ipsius consecrationis proprios. Rubrica est igitur «*littera*» cultus ritualis; huius autem «*spiritus*» est nativa rituum significatio propriaque eorum etlicacia.

Kubriea debet spiritu animari et regi. Rursus ipse spiritus aliis necessitatibus subiacet, quas legitime definire iisque vim legis conferre ad rubricas pertinet. Ita fit ut dum spiritus orationis *Domine non sum dignus* in distribuenda communione dicendae exigit ut ab ipso fideli recitetur, propter decentiam tamen vel alia de causa, rubrica convenienter statuit ut a sacer-

dote ipso fidelis nomine pronuntietur. Eadem ratione missa dialogata spiritui liturgiac consonat, sed a rubrica ignorari potest, irnmo propter rationes extrinsecus posset ab ea condemnari.

II. — *Partes liturgiac in vita spirituali.*

173. — Spiritualis valor liturgiae. Quantae sint hae partes in vita Ecclesiae universae vix est dicendum. Nonne cultus publicus Deo praestandus inter principaliora eius munera ponendus est ? lam vero (piis non videt re vera cultum publicum fere totum cultu liturgico contineri? Fideles igitur qui cultus liturgici consortes limit, quantum decet ut digne et intellegenter tantum munus obeant!

Neque a tali participatione animorum proventusdeest. Etenim:

1. Cultus liturgicus, quia *ritualis* est, animo sensum infundit alicuius mysterii et suprahumanae potestatis qui multum iuvat ut homines ad Deum maiore, reverentia accedant.

2. Eadem de causa i. e. quia *ritualis* est, cultus liturgicus apparet efficacia praeditus quae ordinarias humanas vires transcendit, et sic fiduciam maiorem gignit.

3. Quia *pompa ornatus est,* multum decoris et maiestatis universae catholicae religioni affert.

4. Quia *publicus* est, excellenter naturam Ecclesiae ut societas est omnibus oculis illustrat.

5. Quia *stabilis* est et *unus,* sensum excitat unitatis in tempore et unitatis in spatio, id est continuae traditionis et catholieitatis. Est igitur potentissimum remedium contra individua lismum nimium et documentum omnibus animis accommodatum vitae vere catholicae, seu collectivae et hierarchicae.

G. *Propter* ipsa denique *media* quibus utitur ad Dei honora tionem significandam, simul quam efficacissime confert ad Christianam institutionem fidelium, nempe propter mysteria (piae in ea commemorantur, propter lectiones et cantus (pios continet, praesertim vero propter ritus sacramentales quibus gratia infunditur.

Sane plures ex illis salutaribus effectibus non sunt liturgiae, (pia talis, proprii: attamen etiam ii plerumque de facto, saltem tanta efficacia, a sola liturgia gignuntur, vel quia cultu liturgico, quod plerosque fideles spectat, exercitium collectivum et sociale religionis continetur vel quia, ut dictum est, praecipua

sanctificationis incilia quibus utitur Ecclesia, sub alio aspectu, etiam cultus litnrgici sunt.

174. — Vitandi excessus. 1. Attamen ab omni excessu abstinendum est in exaltandis liturgiae. meritis; neque ita dilatandus eius ambitus ut omnem vitam spiritualem tum universae Ecclesiae tum singulorum fidelium comprehendere videatur. Etenim liturgia est cultus publicus et ritualis et nihil praeterea. Quidquid ergo rationem actus cultualis non habet et ritibus non constat omnino liturgiae abiudicandum est. Talia autem esse .plurima opera tum in Ecclesiae tum in fidelium vita spirituali quis serio negabit? Puta totum publici magisterii munus vel usum iurisdictionis in condendis legibus regendisque fidelibus: plurima caritatis opera etc.; inter fideles autem cultum privatae devotionis, et in specie consuetudinem piae contemplationis atque conscientiae discussionis; ieiunia. vigiliae ceteraque paenitentiae exercitia, ne loquamur de multis aliis rebus (piae nimis manifesto a liturgia toto caelo distant.

2. Neque iure reservatur liturgiae nomen *catholicae* pietatis, dum extra illam locus non conceditur nisi omnino privatae devotioni. Huic enim distinctioni falsum suppositum subiacet; quoniam non solum ea (piae publice in Ecclesia exercentur sed cetera etiam omnia opera bona quae ad nutum vel cum approbatione Ecclesiae intra eius limites fiunt, quamvis aliquatenus privata sint, nihilominus, propter communionem sanctorum, vere totius Ecclesiae opera sunt propriamipie inde dignitatem acquirunt. Publicitus enim actuum Ecclesiae, relate ad effectus spirituales et in specie ad communicationem meritorum, non est aliud atque sacramentale aliquod. Ergo Ecclesia male « societas liturgiae » definitur.

3. At nonne saltem tota reliqua vita spiritualis subiaceat oportet cultui liturgico/ Nonne hic eius centrum, ut aiunt, esse debet, ita ut reliquae omnes actiones spirituales sint vel praeparatio vel continuatio cultus liturgici? Est (pii affirmet. Haec autem necessitas aliquatenus propugnari posset, si liturgia esset non materialiter tantum (quod re vera est) sed et formaliter poenitentia. actio gratiarum, vita ascctica, etc. Tunc enim liturgia idem esset atque exercitium publicum et legitimum totius vitae christianae et spiritualis. Attamen etiam tunc esset demonstrandum Ecclesiam proponere illud exercitium publicum tamquam

unum et excellens, ita ut privatum excluderetur vel saltem ei semper publicum esset praeferendum. Quod iure non dici posse videtur. Latet enim in hae assertione idem semper error (pio illud solum eum Ecclesia et per eam fieri aflirmatur quod est publicum *(officiel).*

Verum insuper, liturgia non est formaliter paenitentia. actio gratiarum, vita ascetica etc. sed solummodo cultus, et quidem publicus et ritualis. Cultus autem, praesertim publicus et ritualis, pote.stne esse centrum totius vitae spiritualis? Nulla ratio est tale quid asserendi. Nam etsi Deo servire est finis unicus totius nostrae et Ecclesiae vitae, Deo tamen non praecipue cultu servitur.

Attamen rursus non negatur liturgiam tanti esse momenti ut exercitium eius (lignum sit quod sedulo praeparetur et continuetur aptis lectionibus et meditationibus; haecque nobis *rila liturgica* esse videtur. Notandum est nihilominus talem pieparationem et continuationem iam non esse formaliter liturgiae exercitium.

At saltem etiamsi admittitur aliqua tantum coordinatio sine subordinatione inter liturgiam et reliquos actus vitae spiritualis, nonne tamen liturgia est quasi exemplar totius vitae spiritualis et magistra.' Sane liturgia, cum sit institutio ecclesiastica, immensa auctoritate gaudet; et ex altera parte aliqua unitas in nostra vita spirituali valde optanda est. Sed auctoritas qua gaudet liturgia ex Ecclesiae institutione non valet nisi in quantum liturgia cultus est, non in quantum est exercitium paenitentiae. orationis, asceseos etc., quoniam haec omnia non est nisi materialiter. Ceterum numquam Ecclesia innuit se cultu suo publico totius vitae spiritualis exemplar proponere velle.

175. — **Quaeres de « spiritu liturgico ».**

Et primo quid est f Iis dispositionibus intellectus et voluntatis immo et sensibilitatis constat quae necessariae vel utiles sunt ad bene obeundum actum liturgicum. i. c. integre et digne.· Quod autem fructuose fieri debet, am minus ad spiritum liturgiae spectat, quoniam liturgia formaliter hunc linem non intendit. Multa saepe spiritui liturgico tribuuntur tamquam sint Ilius propria, quae ad eum materialiter tantum pertinent. Sic illa libertas animi et montis in meditatione liturgiea i. e. in illa quae in ipso actu liturgico obeundo v. g. in canendo Officio exercetur. Cur enim non possit quis eadem libertate uti in meditandis psalmis vel aliis sacrae scripturae locis seorsum ab omni actione cultus litnrgici *i* Itaque dum spiritus litur-

gicus oninino neccHsiiriiie est, et saepius nimium desideratur. in ipso cultu liturgico exercendo, extra istum non requiri dicendus est, «ed singuli vitae spiritualis actus eo modo, iis animi dispositi<»nibus fleri debent quas exigit eorum natura ut maior spiritualis utilitas, salva semper auctoritate Ecclesiae.

Articglgs II. — De specialibus cultus actibus.

Actus isti sunt *devotio, adoratio, laus* et *oratio.*

§ L — De tribus prioribus actibus.

176. — I. Devotio actualis est *voluntas quaedam prompte se tradendi ad ea quae pertinent ad Dei famulatum. Acquiritur* precibus et consideratione seu contemplatione perfectionum divinarum et proprii defect us. *Per se* et principaliter, affert laetitiam spiritualem, ut fructum consideratae bonitatis divinae et promissionis auxilii ; *per accidens* autem et ex consequenti, tristitiam secundum Deum, ex consideratione propriae miseriae, et absentiae visionis Dei. Cf. 2, 2, q. 82.

177. II. Adoratio, presse sumpta, est formalis exhibitio summae reverentiae et protestatio sublectionis, in agnitionem infinitae excellentiae et supremi dominii Dei. Latiore usu, ad ipsam venerationem (piae creaturis competit extenditur.

Adaequate sumpta complectitur, praeter interiorem venera tionem (per adorationem internam), exteriorem corporis humiliationem (per adorationem externam); haec interiorem iuvat : ex composita hominis natura quasi ultro priorem comitatur, et ex sociali cultus necessitate interdum praecipitur.

178. — III. Laus est *oratio elucidans magnitudinem virtutis prout in cf/retibus, et singulariter in beneficiis relucet.*

Lude differre dicitur ab honore, quia omnes bonos honoramus, laudamus vero benefactores. Quare pertinet ad otlicium gratitudinis quod Deo reddendum est. Cf. ARISTOTELEM, *Khet.* I et 3; S. TIIOMAM *super Ps. 17.*

Virtus Dei in omni natura visibili relucet; in nulla autem creatura magis (piam in heroica vita sanctorum.

Laus oris est pars externi cultus. Ei ad affectus ciendos, apprime congruit *cantus,* optimi proin institutus. «ut animi infirmorum magis ad devotionem provocarentur» (2, 2. q. 91 art. 2).

§ 2. — De Oratione.

179. I. Notio. 1. Duplex orationis descriptio proponitur: *ascensus mentis in Deum ; petitio decentium a Deo.* Prior ex subjecto orante et termino motus, altera ex obiecto depromitur; prior magis dignitatem, sublimitatem actionis, altera magis eius utilitatem et bonitatem divinam effert; prior magis aeterna est, altera magis nunc practica et ad statum nostrum praesentem accommodata.

Utraque notio a Damasceno bene coniungitur (1), cum nullus sit ascensus ad Deum sine petitione, nulla petitio Deo facta sine mentis ascensu ad Deum. Attenta enim praesenti nostra condicione, perpetua nostra indigentia bonorum (piae non possumus nisi a Deo recipere id efficit, ut omnis noster formalis accessus ad Deum formalem vel virtualem petitionem contineat. Immo in perpetua gratiarum actione caelitum, virtualis habetur supplicatio perpetuae possessionis divinae; nec concipitur conversatio eum Deo ubi creatura (non ens in se) non recipiat, et Deus (ens infinitum, receptionis incapax) non donet.

2. Oratio distinguitur *formalis* et *virtualis* vel *vitalis*. Prior, ex supplici intentione adit ad Deum, altera consistit in bonis operibus, cum bona opera habeant vim impetrativam.

Distinguitur quoque *mentalis* et *vocalis :* non quod prior verba vel signa exteriora excludat, sed quia non est, ut altera, alligata verbis. *Vocalis* oratio verbis exterioribus ex proposito redditur; sive orans hic et nunc inveniat verba quae alta vel demissa voce profert, sive formulam sequatur alio tempore a se vel ab alio conscriptam. De essentia orationis vocalis ef. 111.39. — *Mentalis* oratio ita in mente absolvitur, ut nullus sit *e.r professo* usus vocum vel signorum exteriorum. Oratio mentalis rursus dividitur in *meditationem et contemplationem.* Meditatio stricte est *oratio discursive ;* contemplatio, qua simeditationis fructus, est *simplicior et affectuosa veritatis intuitio.* Ipsa contemplatio potest esse vel *ordinaria* vel extraordinaria seu *mystica.* Haec notam propriam habet quod fiat cum sensu quodam divinae praesentiae : est fructus novae gratiae divinae, distinctae a gratia quae actum facit supernaturalem et salutarem. De frequentia vel raritate istius gratiae inde nihil

(1) *orthodoxy* 1П, 24, P. G. 04, 1090.

pronuntiamus. i'f. opus nostrum « *Quaestiones de Virtute religionis* » etc. q. 1, c. 2.

3. Intellectui et voluntati, suae competunt in oratione partes. Quia tamen ad genus cuiusdam locutionis pertinet, et persuasione ordinat Deum ad aliquid in gratiam orantis faciendum, oratio est formaliter *actus intellectus.*

180, — **Partes orationis completae.** Ex ŏccasion· verborum S. Pλγι.ι « Obsecro igitur primam omnium fieri obsecrationes, orationes, postulation·-, gratiarum actiones pro omnibus hominibus » (I Tim. 2, 1), S. Thomas, 2, 2, q. 83 art. 17, in omni perfecta oratione repperit quattuor partes : accessum ad Deum per quandam obsequiosam salutationem, quam *orationem* stricte dictam vocat ; formalem *petitionem,* quae *postulationi* nomine designatur ; expositionem rationum et sacram contestationem, quae *olnocratio* vocatur ; et *gratiarum actionem* pro iam receptis beneficiis, quae ad nova eoncedemla disponit. Quae partes in pluribus Ecclesiae orationibus facile distinguuntur, v. g. in oratione SS. Sacramenti : « Deus (oratio) qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti (gratiarum actio), cppcede propitius etc. (postulatio), Propitius, (pii vivis et regnas (obsecratio) ».

181.— II. Subtectum orans. Numquam Curistes oravit *serviliter,* sicut creaturae quae nequeunt sibi praestare quae petunt; sed *disjiensative,* voluntaria sui demissione, quae, naturae humanae suae minime repugnans, simul nobis erat exemplo. In caelo autem exhibetur nobis ab Apostolo ut « semper vivens ad interpellandum pro nobis » (Ilebr. 7, 25). Sed eum nunc sit in gloria Patris, et ipsi, ut homini omnia in manibus sint tradita, potius quam de formali oratione, id melius accipitur de titulo omnis impetrandae gratiae (piem in vulneribus suis et in humanitate sua perpetuo habemus.

Beatam Virginem Mariam esse nobis per orationem suam universalem gratiae Médiatricem, est persuasio quae magis ac magis in fidelium animis radicatur, pluribus documentis pontificiis confirmatur, ipsa concessa Missa propria quasi authentice exprimitur, studiis theologorum nutritur, ita ut dulcis spes in dies crescat, fore ut quondam veritas ista ut dogma fidei fidelibus credendum proponatur. Peculiaris vis «piam, ut Mater Dei et Mater nostra, Maria habet ad intercedendum pro nobis adeo in comperto est ut ideo vocata sit Omnipotentia supplex.

Sancti pro se ipsi petere possunt et gloriam corporis et accidentalem gloriam honorum vel cultus. Pro nobis omne genus

bonorum impetrare possunt, secundum ordinem divinae Providentiae.

Animae purgatorii, etiam si petitiones nostras ignorent (quod putat S. Thomas, non tamen certum est) saltem pro viventibus communiter, et specialiter pro roniunctis orare posse videntur. Immo, quamvis satisfacere nequeant, Deum utiliter orare possunt ut quam citissime beatitudine potiantur, petendo aliquam poenae condonationem vel divinam quondam motionem qua Deus viatores moveat ad orandum et satisfaciendum pro ipsis, Cf. Sr.v BEZ, *De Religione,* Tract. IV, Lib. I, c. 10, n. 25-28.

Omnis *viator* orare potest non solum pro se. sed etiam pro proximo, quorum, propter raritatis vinculum, quodam modo unum edicitur.

182. — III. Obiectum. Omnia a nobis sunt petenda in ordine ad salutem. Nequit ergo res indifferens, qua talis, esse bonestar petitionis obiectum. Ii tamen soli objective peccare videntur qui. dum temporalia petunt, rectum boni temporalis usum formaliter excludunt. Res enim ex obieeto indifferens ad divinam gloriam referri potest. Quicumque autem honesta intentione agit, tacite rem non postulat indifferentem nisi quatenus eandem postulare ipsi liceat. Quare, potius quam de re petita ut indifferenti scrupulos excitemus, multo magis praestabit ut consilium Domini inculcemus: « Quaerite primum regnum Dei et haec omnia adicientur vobis» (S. Lue. 12. 31); ne ex modico orationum successu coeperint christiani animis radere in oratione et languentem ducere vitam spiritualem. Quare etiam moneantur bona temporalia a Deo non concedi nisi in ordine ad iuvandam salutem ; nimioque affectu quo temporalia ante alia bona petantur ipsam orationem ex parte vitiari.

Res autem peti possunt determinate: quod nostrum fervorem iuvat. vel indeterminate, ut cum fidentes dicimus: « Quem amas infirmatur» (Ev. S. Ioan. 11, 3).

183. — IV. Termini. 1. Oratio proprie lit *ad Deum*. a quo omnia bona nobis expectamus. Secundaria ratione, cultus supplicis orationis *ad Sanctos* dirigitur, ut ipsi pro nobis orent, et propter eorum merita Deus nos exaudiat. Quia formalis eorum invocatio minus essentialis est. nihil mirum quod ad aevum evolutae religionis Christianae sit referenda. In praesenti autem eam

peiiitus neglegere, quandam superet superbiam et irreligiositatem. Quare c. 1276 haec opportune iubet: « Prae ceteris, filiali devotione Beatissimam Virginem Mariam fideles universi prosequantur ».

2. Pium opus iuvandi animas purgatorio detentas valde conferre ad impetrandas gratias non ambigitur: pia eleemosyna sic cum oratione coniungitur.

8. Thomas, 2, 2, q. 83 art. 11 ad 3, negat animas purgatorii invocandas esse, quia petitiones nostras ignorent et potius invalidai- sint quam ipsae invent (cf. n. 181). Haec tamen non sunt argumenta certa. Nec apparet, cur non possint pro viventibus in communi et pro specialiter coniunctis orare. Cf. Svar. *Relig.* tr. IV, L. 1, c. 10, 25-28. Et procul dubio, receptae in aeterna tabernacula benefactoribus suis gratae erunt.

184. — V. Efficacia. 1. *Ex divina promissione,* quae manifestis S. Scripturae locis continetur, oratio, debito modo facta, *infallibilem* impetrandi *efficaciam* possidet. « Petite et dabitur vobis » (S. Mattii. 7, 7; S. Luc. II, 9). « Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis » (S. Matth. 21, 22). Ut debito modo fiat, requiritur *humilitas,* qua, Deo Supremo Domino subiecti. bona nobis optemus secundum ordinem nobis divina Sapientia praestitutum ; *fides,* qua Dei omnipotentiam et promissiones credamus; *fiducia,* qua de fidelitate divina non dubitemus; *perseverantia,* qua nostra virtus, praecipue humilitas, exercetur, et defectus singularum orationum suppletur; *initialis* saltem *conversio* ad Deum, ut petitio nostra sincera esse possit. Quare, cum Deus nobis nulla bona ut indifferentia ad salutem destinet, et nos suae Supremae et universalis Providentiae legibus subditos velit, haec omnia et sola nobis infallibiliter impetrare possumus, quae ad consequendum gradum caelestis gloriae nobis praedestinatum necessaria vel utilia sunt.

2. Minus constat *orationem pro aliis* fusam esse infallibilis efficaciae. Hanc tamen probare videtur universalis vis verborum S. Scripturae, praesertim eum orationem pro aliis diserte commendent, v. g. ad Eph. 6, 18. 19; 1 ad Tim. 2, 1-4. Verum necessaria dispositio in eo pro quo oramus desiderari potest. Et quia applicatio orationis ad *animas purgatorii* aliis ac *praesenti* harum dispositioni obnoxia esse videatur, utputa misericordiae qua ipsae dum in terris degebant commendabantur, ideo suffragia pro animalius purgatorii eas non semper liberant.

3. *A diurnenta efficaciae,* ('uni divina Providentia nos ad statum nostrum perduxerit, et varias coniunctiones eum aliis nobis praeparaverit, quo magis petimus ea quae sunt secundum nostram condicionem, et quo magis nobis coniunetae sunt personae pro quibus oramus, eo facilius exaudiemur. Sanctitatem porro orantis ad orationis efficaciam conferre, non est ambigendum.

4. *Utilitas imperfectae orationis.* Quamvis promissionibus divinis niti nequeat oratio cui desit aliqua condicio requisita, non iit tamen inutilis, cum benignitas Dei ei aliquam vim impetratoriam conservet (‘), ac repetitae orationes singularum defectum supplere possint.

185. — Quaeres de necessitate attentionis et de distractionibus. Quaedam attentio seu applicatio mentis necessario habetur, eo quod quis ex formali vel virtuali intentione, verba precatoria pronuntiet. Distractio igitur minus mentis abalienat ionem a Deo quam divisionem mentis inter plura significare solet. Reverentia autem Deo debita postulat ut saltem quando ex professo oramus, mens moraliter tota ad Eum sit conversa. Verum insta proportionate causa, sive laboris per quem simul orationem quandam fundere cupimus, sive momenti ipsius negotii cuius cogitatio mentem subit, sive ipsius utilitatis distractionis, irreverentiam istam, ac proin veniale peccatum tollere potest. Cf. dicta, III, 39, ubi triplex attentio etiam explicata est, vel TANQUEREY, II, n. 872.

186. — VI. Necessitas. 1. Orationem nobis necessariam esse saltem necessitate *praecepti, fide* certum est. Clarissimis enim S. Scripturae locis, verbo et exemplo Domini, hortatione apostolorum id nobis demonstratur. Ac Scripturae adeo coniungunt orationem eum bonis necessariis, ut inculcent iam necessitatem *medii,* (piae clarius in Traditione praedicatur et communiori opinione admittitur. Est tamen *deminuta* medii necessitas, quatenus non stricte omnes, sed plerosque e lege ordinaria premat ; i. e., secundum receptam in schola doctrinam, gratia immediate sufficiens ad plene credendum vel ad vincendas graves tentationes pluribus non alia via suppetit nisi orationis. Quis autem, sine, magna temeritate, praesumere possit se fore magnis difficultatibus vel tentationibus immunem ?

(‘) Cf. Akktnij», I, 414. V ; Tanqukrey, II, 872.

2. *Frequenter* in vita orandum esse iisdem locis Scripturae efficitur. Sacri textus enim volunt ut in omni necessitate, de omni re mi Deum fidenter recurramus. Quotiens autem, nequit definiri. Theologi qui menstruam orationem postulant suum intentum non demonstrant. Dicendum itaque est praeceptum istud legibus Ecclesiae de Sacro audiendo, de sacramentis recipiendis, magis determinari, atque variis vitae Christianae officiis abunde impleri.

3. Idem praeceptum obligat *per accidens :* «) ('qm praevidentur vel vincendae sunt graves tentationes : omissio erit unum, numero et specie, peccatum cum peccato quod per orationem debuit vitari. Oratio enim non erat praecepta nisi ad istud vitandum, ita ut unum praeceptum non committendi tale peccatum violatum fuerit; /›) Cum in periculo mortis venia a peccato mortali impetranda est; c) Cum. in gravi calamitate publica vel conjunctorum, oratio demonstratur esse remedium efficax quod alii neglecturi sunt (quandonam haec constabunt?); J) Ex *officio imposito:* pastor animarum *ipso munere* ad orationem obligatur; ordinati in sacris, bénéficiât! simul *cum munere* ab Ecclesia sibi impositam habent obligationem recitandi horas divinas.

Plerumque, ex minus recta causa, *renialis* erit omissio omnis orationis matutinae, vespertinae, ante et post refectionem corporalem. quamvis haec non sint praecepta. Valde opportune monentur familiae catholicae, ne preces istae, piae Ecclesiae consuetudine commendatae, paulatim neglegantur et praetereant ur. (um refectio in loco publico sumitur, attentis nostris regionibus, decet ut sacerdos vel religiosus orationem non praetermittant. Ac per se quoque suadendum est laicis, ut modo qui simul a timiditate et ab arrogantia sit immunis, consuetudinem servent. Quod audent mahumetani et multi protestantes, non iam audebunt catholici ?

187. — Quaeres, quaenani oratio praeferenda sit, utrum mentalis an vocalis. Mentalis oratio non eo praecise differt a vocali, quod prior vocis et corporis partes excludat, altera autem interiores discursus et affectus. Nani qui mente orat solet omni corporis habitu se exhibere orantem, nec raro in voces erumpere. Rursus autem sine aliqua mentis attentione non esset vocalis oratio. Sed ambae orationes hoc discrimine separantur, quod vocalis definit ae verborum formae est alligata, dum mentalis oratio hoc vinculo est soluta.

His praesuppositis, vocalis oratio sola ad orationem publicam aptata est; atque altissimae cogitationes possunt in oratione vocali volvi. Quare, in primis eam orationem unusquisque antepo-

nere debet qua ipse magis iuvatur. Potior tamen et per se utilior est oratio quae mente dirigitur, (piae nobilioribus facultatibus expeditam sinit esse copiam se explicandi ; oratio in qua voces inserviunt mentis affectibus, et eum tantum usum habent (pii praesenti »'-»nimae voto vel indigentiae congruat, quam ratio precandi (piae exteriorem normam sequitur, aciem intellectus saltem ex parte in verba figit, ita ut superiores facultates minus plene se actibus suis dare possint, et aliquo modo verbis tamquam pedisequas se adiungant; vel verborum pronuntiatione facile impediuntur. Addas mentalem orationem solere esse magis laboriosam, ita ut meritum maioris afflictionis corporalis accedat.

188. — De oratione mystica. 1. *Notio.* Oratio mystica dicit *contemplationem Dei vel rerum caelentium, affectu plenam, extraordinariam et ineffabilem, cum sensu quodam divinae praesentiae, et quidem intimae.* Etsi non omnes sensum istum ut essentialem requirunt, in eo tamen sensu, (pio mystici dicuntur *experiri* divina, specificam notam inesse putamus qua mystica contemplatio a communi differre convincitur.

Ipsam mysticam contemplationem variis gradibus distingui, (piorum supremus est spirituale conubium, passim notum est. Facta porro mystica seu phaenomena quae contemplationem istam comitantur alia dicuntur *exdeica,* quatenus terminum habent aliquid creatum, ut sunt ipsae visiones, revelationes, extases; alia sunt *endeica,* quae ipsum Deum seu artiorem cum ipso coniunctionem attingunt. Priora pertinent ad gratias gratis datas, (piae nec obieetum sunt meriti, nec ad sanctitatem conferunt; dum posteriora, in aliquo gradu ut satis communis merces peculiaris fidelitatis offeruntur et ad sanctitatem sunt valde utilia. Quare priora nec petenda nec cupienda sunt sed potius humiliter fugienda. Neque ad perfectam contemplationem indiscrete conandum est (/) ; ad hanc tamen homo magna cordis puritate, profunda humilitate, et ardenti caritate se disponere laudabiliter potest.

Omnis quidem status mysticus est fructus gratiae propriae, distinctae a gratia (piae actum supernaturalem et salutarem ef-

(') Alvarm' de Paz, *De inquisitione fftcis,* b. 5, p. 2, c. 13.

licit; sed aptitudo remota generalis, ne dicam universalis, a<l statum istum aliquo gradu obtinendum potius admittenda videtur.

Haec de oratione insinuasse satis sit; plura cf. v. g. in *Quaestiones De virtute religionis et pietatis.*

SUMMA RIUM.

189. — I. *De cultu.* Generali ℭ*ultu* nomine omnes actus virtutis religionis designantur, cum iisdem famulatus Dei integretur. Distinguitur cultus *latrine,* qui proprius est Maiestatis divinae; *Injperduliae,* qui B. M. V- redditur, et *dullae,* qu<> Sancti communiter honorantur. Excepto *sacrificio,* qnod ad solum cultui» latrenticum publicum pertinet, alii externi actus, pro colentis intentione et adiunctis, latriam vel dnliam manifestare possunt.

Cultus est *interior* et *exterior.* Exterior esse potest *privatus* et *publicus :* publicus defertur nomine Ecclesiae, a personis ad hoc legitime deputaris, vel per actus qui ex Ecclesiae institutione, Deo, Sanctis et Beatis tantum exhiberi possunt (c. 1256). *Cultus* publicus dicitur *lituryieus,* eum defertur ritu seu ordinato modo a legitima potestate (a Christo vel ab Ecclesia) praescripto. Normae materialis exsecutionis rituum sacrorum vocantur *rubricae. Spiritus* liturgicus seu studium accommodandi personalem devotionem ad proprio socialem, quae est liturgies, valde commendandus est, ita tamen ut non praedicetur exclusivus, et privatam devotionem non deprimat. *Vitam* demum liturgicam ducit •pii assiduus est in celebrandis actibus liturgicis atque ad eos privatis exercitationibus spiritualibus se accingit.

Publico cultu hodie hi soli honorari possunt qui, Alexandro III anteriores, in martyrologio descripti sunt, vel qui S. Sedis decreto inter sanctos vel beatos sunt relati. In suo tamen statu manere potest cultus immemorabilis praestitus servis Dei qui ante 1531 mortui sunt. (Tempus istud non sumitur mathematico vel rigoroso, sed moraliter.)

℣*enerabile* ii tantum servi Dei vocari possunt quorum vel martyrium vel heroieitas virtutum comprobata sunt. Cultus ℘*rivatu* ei cuius sanctitas alicui moraliter constat ab eo honeste tribuitur. Canonizatione, non autem beatificatione infallibile decretum continetur. Quare Beatorum cultus loco et modo est circumscriptus. Cultus ℀*bsolutu* ad personas terminatur; π7α-℟*ru* ad res quae, propter conexionem eum personis, earum sanctitatem participant. Tales sunt reliquiae et imagines: has possumus, propter personam, immediate honoraro; sicut possumus, sine ullo honore ipsi imagini praestito, mere imagino uti ad honorandam personam.

Ordinario competit dolegabilis potestas sollemniter benedicendi *imaginent* (piae publico cultu honoratur; nec insolita, sine Ordinarii loci licentia, in locis sacris poni potest. /Vr ℭ*,* sino authentico documento, nequeunt reliquiae publico cultu in ecclesiis honorari, nisi antiqua veneratione donatae sint et eas falsas esso non constet.

Cultus distinguitur *latriae* qui soli divinae maiestati, et *duliae* qui sanctis exhibetiir. Singularis dignitas et sanctitas quam maternitas divina Virgini Deiparae contulit locum dat cultni *hyperdiiliat.* Excepto *sacrificio,* quod cultus latriae est proprium, ceteri externi actus, pro intentione colentis et adiunctis, latriam vel duliain manifestaro possunt.

II. *Dc actibus in specie.* 1. *Devotio* definitur *voluntas quaedam promptest tradendi ad ea quae ad Dei famulatum pertinent.*

2. *Adoratio,* presse sumpta, est *formalis summae reverentiae exhibitio;* latiore usu vocis, etiam creaturae adorantur. Adaequate sumpta est interior et exterior: quod naturae nostrae congruit et sociali cultus necessitate interdum praecipitur.

3. *Laus, qua benejieam Dei perfectionem seu bonitatem, iuterni rei externe profitemur,* pars est debitae Deo gratitudinis. Expressa cantu, devotionem infirmiorum adiuvat. Latiore usu vocis, *laus* maxima Deo accrescit ex promota perfectione creaturae rationalis.

4. *Oratio, a)* Ex *subiecto* et *termino* dicitur: *ascensus mentis in Deum;* ex *obieoto: decentium petitio a Deo.* Distinguitur *formalis,* qua, ex supplici intentiono ad Deum aditur, et *victualis* seu *vitalis,* quam continent bona opera eius qui orare non renuit; *mentalis,* quae non est verbis alligata, et *vocalis,* quae verbis exterioribus ex proposito redditur.

Mentalis dividitur in *meditationem* discnrsivam et in *contemplationem* intnitivain, quae ordinaria vel extraordinaria seu mystica esso potest: *mystica* est eum aliquo sensu divinae praesentiae. Vocalis, in *privatam* et *publicam* dividitur. — Etsi intellectus et voluntas in oratione interveniant, oratio est tamen formaliter actus intellectus. — *Distractio,* quatenus mere dicit divisionem mentis inter plura, substantiam orationis, saltem vocalis, non tollit; si tamen voluntaria est, venialiter derogat reverentiae Deo debitae, nisi proportionata causa excusetur. — Quia in morali existimatione attentio perseverare censetur, is qui involuntarie distrahitur, interdum satis improprie, virtualiter attentus esse dicitur. Nec ad vocalem orationem opus est ut orans se ipse audire queat.

b) Cum oratio confessionem propriae subicctionis et agnitionem ac laudem divinae excellentiae contineat, est actus de se meritorius religionis.

c) Completa oratio accessum ad Deum (oratio pressius dicta), postulationem, obsecrationem seu contestationem motivomm, et gratiarum actionem de iam acceptis beneficiis continet (I, Tini. 2. 1).

d) Orant, non soli viatores, sed etiam sancti, animae purgatorii, et. minus proprie, ut videtur, Christus gloriosus et regnans.

c) Orationis obiectuni. Peti possunt quaecumque, pro nobis vel aliis, ad salutem pertinere possunt, non autem res indifferentes seu temporales, qua tales. Qua tales enim Deus eas ad nos minime ordinavit.

f) Terminus ut a quo obtinetur est solus Deus; terminus *per quem* est Christus; ac. propter Christi merita, etiam B. Virgo et Sancti.

!l) Mfficacia. Honesta iam per ho et cuiusdam efficaciae, oratio debito modo facta habet *e.r (lirina proinianionc* infallibilem qtiandam efficaciam nobis impetrandi (piae, secundum divinae Providentiae ordinationem, ad nostram salutem conducunt. Quae efficacia etiam ad orationem pro aliis dispositis oblatam extendenda videtur. Debito modo facta oratio exigit humilitatem, fidem, fiduciam, perseverantiam, et saltem initialem ad Deum conversionem. Pro orantis dignitate, pro qualitate orationis, et orantis cum eo pro (pio orat coniuuetione, ipsa orationis efficacia gradu variat.

h) Xeccaxitan. Clarissimis Scripturae locis *praecipium* orationis ita demonstratur. nt fide certum sit. Atque orationem cum bonis necessariis Scripturae ita eoniiingiint, ut saltem deminutam *medii* necessitatem inculcent, quam communior opinio in Traditione legit. I. e. gratia immediate sufficiens ad plene credendum vel ad vincendas graves tentationes pluribus sola orationis via praesto esse poterit. Plerique autem magnas difficultates superandas habent, ita ut oratio plerisque medium evadat ad salutem necessarium. Quotiens orandum sit. definiri nequit ; sed praeceptum *frequenter* orandi variis Christianae vitae officiis abunde impletur. Praeceptum obligat *per accident,* cum graves tentationes praevidentur vel vincendae sunt; cum in mortis periculo, venia a mortali peccato impetranda est; vel, si id nmquam constet, cum gravis necessitas publica aut eoniunctorum, sola cuiuspiam oratione averti possit ; demum, quatenus officium status ingreditur. Etsi oratio matutina, vespertina, ante et post refectionem corporalem, proprie non est praecepta, plerumque, in concreto, completa omissio, oh minus rectum motivnin, veniali culpa non carobit.

i) Unicuique melior est oratio (pia magis iuvatur; per se tamen praestantior est oratio mentalis, quatenus, nullis verbis alligata, magis liberam facultatibus superioribus directionem esse sinat.

k) Slatux iiiynticim, (pii affectuosa quaedam passio seu experientia divinorum dici potest, quamvis specialem Dei gratiam postulet, videtur, in aliquo gradu, minus portentoso, remoto plerisque, ne dicam omnibus, oblatus; et, (pia valde ad sanctitatem utilis, pie, humiliter peti potest, ac virtutum exercitatione, dispositive praeparari. Accedentes autem rarae gratiae gratis datae, quae non ad arctiorem cum Deo coniunetionem sed ad aliquid (■reatum, ut visio vel revelatio est. tendunt, non cupiendae sed humiliter fugiendae sunt. Cetorum, in ipsa ecstasi, homo libere amare Deum ac mereri pergit, atque omnia decentia, implicite a Deo postulat.

CAPUT II.

De Officiis quae cum iuramento cohaerent.

Articulus I. — Iurarnenti notio, divisio, moralitas.

190. — Notio et essentia. 1. *Îusiuranduni est « invocatio Xominis divini in testem veritatis »* (c. 1.316). Potest esse *explicita,* quae conceptis verbis enuntiatur, vel *tacita,* ut si, in signum iuramenti, tangas evangelium, formulam subscribas. Qui *sponte* talem formulam subscribat qua quaedam declarare simul et iuramento confirmare censetur, re vera mentitur seu flete iurat, nisi animum iurandi habeat ; qui vero *lege vel auctoritate publica coactus,* tunc tantum mentietur, si legitime iubeatur. Illegitime praecipiens formalem adhaesionem suae intentioni vel iussioni rationabiliter sibi sperare nequit, nec proin subscriptionem talem pro iurata considerare potest.

Sola iurandi intentio sufficit ut apud Deum iures; ut vero apud homines, apta intentionis signa praeterea requiruntur. Dubia ex communi verborum acceptione per se solventur. Communis verborum usus (piandam quoque in foro interno praesumptionem gignit. Hic tamen in dubio pro libertate respondebitur.

2. Aptae formulae sunt: *Testor Deum; invoco Deum testem; sic me Deus adiuvet.*

Sola vox: *« iuro »*, per se quidem sufficeret, sed ex communi usu iuramentum non significat nisi petito iuramento respondeat. Saepe quoque, quamvis *per accidens,* non censetur iiirare (pii dicat: *per fidem catholicam, per sanctum evangelium.*

3. *Ineptae* formulae sunt *per se: Deus novit, — Deus testabitur suo tempore, — coram Deo loquor, — Deus novit omnia. — Deus ridet meam conscientiam, — Deus scit quod non mentior ;* quia haec narrative tantum, sine Dei invocatione, proferri censentur, nisi aliud e circumstantiis colligatur.

Magis absolute ineptae sunt formulae : *Vere, certe, in veritate, fide boni viri, per fidem meam, Jidc honesti hominis, boni Christiani, sacerdotis, regis, per conscientiam meam, super conscientiam meam:* per haec mere (piis declarat se ex dictamine conscientiae loqui et notitia veritatis.

Ex usu, fortem tantum affirmationem produnt haec: *expono caput meum, amputentur mihi aures, nisi...* Dicta per modum *im-*

precationis alia facilius erunt iuramentum. saltem quando designatur eventus in quo manum Dei agnoscere solemus. Ideo iarn facile habetur invocatio: *fulmine tangar; mortuus cadam nisi...* Sivero *exsecratio* seu optio mali haberetur, nova adderetur species.

Perinde dicendum est de verbis comparativis: *tam rerum est quam sol lucet, quam Deus est, quam Christus est in sacramento, quam verum est evangelium,· tam innocens est quam B. Virgo, eXe.·.* haec forent blasphema si quis in aequalitate insistere vellet. Si simul falsa affirment, continent mendacium, et ubi nomen Dei pronuntiatur, vanam istius Nominis usurpationem.

Neque hodie iurare censetur qui dicit «*per animam meam*». Quamquam per nobiliores creaturas iurari possit, si subaudiatur Ille qui in iis peculiariter praesens est: puta *per caelum.per angelos Dei,* etc.: hodie rarior est usus talium formularum. — Cum *euangelia* repraesentent Christum, tangere evangelia est tangere Christum ; iurare per evangelia, est iurare per Christum.

4. *Invocatio* Dei. quae ad essentiam iuramenti pertinet, in hoc consistit, quod iurans. quantum in se est. cupiat et velit quod Deus id quod iurat testetur seu confirmet esse verum (si quando Ipsi placuerit) et simul poenas divinas seu ultionem divinam acceptet si mentiatur, ut probant verba: .Sic *me Deus adiuvet...*

Quare philosophia iuramenti haec est: Qui Deum appellant in confirmationem falsitatis, Dei reverentiae graviter derogarit. se ipse poenis divinis exposuerit : homo religiosus haec non censetur facere velle; quare tali interpositione auctoritatis divinae, sua ipse dicta confirmat.

191. Divisio. 1. Ex forma exteriore, distinguunt iuramentum *verbale,* quod verbis, *reale,* quod actione v. g. erigendi digitos, tangendi crucem, evangelia. continetur, et *-mixtum,* quod utroque signo componitur.

2. Ex ipsa *ri formulae,* est *invocatoriuin* seu *contestatorium,* et *exsecratorium* seu *impreeatorium*. Priore Deus simpliciter ut testis invocatur; altero expresse simul ut vindex falsitatis appellatur: sive se ipse vel alterum dilectum, puta filium, poenis opponat. Cum non soleat quispiam serio sibi vel amico mala ex animo imprecari, et omne iuramentum iurantem poenis divinis opponat, falsum istud iuramentum non videtur, *practice* saltem, specie a simplici falso iuramento differre.

[190. 191.]

3. Ex *obiecto* distinguitur *assertorium* et *promistforium*. Assertorio. praeterita vel praesentia affirmantur aut negantur; promissorio. simul intentio praesens atlirmatur, et promittitur factum futurum.

Ad promissorium refertur *comminatorium,* quo quis sic v. *g.* iurat: *per Deum, ego te percutiam nisi...*

Promissorium potest esse *absolutum* et *condidonatum.*

4. Ex *ritu* demum distinguitur iiiramentum *simplex* et *sollemne:* hoc lit certo ritu coram Praelato, indice, notario, ete. — Ad ritum canonicum pertinet ut fiat personaliter: « Iusiurandiim quod canones exigunt vel admittunt, per procuratorem praestari valide nequit » (c. 1316 § 2).

192. — *liudtx* interdum vim iuramenti propriam ignorant, ita ut formaliter mm iurcnt, eum iurare videntur; vel interdum essentialem putant certum ritum, v. g. re vera erigendi digitos, ita ut si digitos non bene erigant a periiirio se immunes existiment. Haec indici observanda sunt; a sacerdote autem dedoceri debent.

193. — ludicium morale. 1. Iiiramentum, debitis condicionibus stipatum, est honestum et laudabile. Est enim actus religionis. cum professionem veritatis, auctoritatis et providentiae divinae contineat. Verba autem quibus Dominus omne inramentum damnare videtur, a traditione intelleguntur de improbatione malae consuetudinis miscendi iuramenta omni hora et occasione. Honestas ista est tide definita.

2. Condiciones autem honesti iuramcnti consueverunt tres enuntiari verbis (piae ipse Codex usurpavit, cum c. 1316 § 1 dicit: « Praestari nequit nisi in *veritate,* in *iudieio* et in *iustitia* ». *a)* l'c-*ritas* postulat ut haec proferas quae vera esse putes ea certitudine (piam sollemnitas rei prodit. Quare non licet pro certo aut simpliciter a flirmare id de <pio dubitas. Sat communiter, cum S. Alph. L. 4. n. 148, dicunt *moralem* certitudinem satis esse ut rem juramento firmes. Verum, cum moralis certitudo non sit indivisibilis, id est caute accipiendum. Dicamus potius talem certitudinem requiri «pialis, pro *adiunctis,* considerato quoque iuramento, rationabiliter ab audientibus exspectatur; seu qualis *tacite* cum ipsa re. in his adiunctis, anirmatur. Namque iiiramentum magis in signum *reracitatis* quam rei veritatis praestatur; res qua *dicuntur,* non (pia sunt, proprie confirmat (2. 2, q. 89 art. 1). Inde *strictior* certitudo requiritur in foro iudiciali. propter consectarii

gravitatem. Quare quod ex alterius relatione novisti, testandum est. tamquam ab altero acceptum. Similiter, ubi quidpiam in *particulari* iures esse verum, oportet ut res tibi vere constet. In prolixa. contra, oratione, mimis necesse est ut de singulis narratis punctis, etiam secundariis, ita certus sis: iuramento tunc potius animi sinceritatem confirmas, Certitudo autem farti futuri, in promissione, de se minus constat. Satis est, ut quod promittis in potestate tua constitutum esse exsistimes.

Quatenus ipsa aequivocatio vel verba defensive liceant, licebit eadem, si insta causa sit, iuramento confirmare. I'bi sub gravi prohibeatur, graviter tali iuramento peccabitur.

Haec veritatis condicio sui) gravi requiritur in iuramento quatenus est *assertorium,* nec levitas materiae excusat a gravi peccato.

b) ludicium requirit ut iusiurandum fiat cum discretione, prudentia, consideratione ac reverentia, et sufficienti utilitate. Omni seria causa liacc condicio impletur, eiusque defectus non est nisi venialis, similis vanae usurpationis nominis Dei.

c) lustitia aliter in assertorio iuramento. aliter in promissorio intellegitur. — In *assertorio,* adversari dicitur iustitiae narratio rei (piam non potes licite, saltem sub iuramento referre. Per se defectus ille est venialis. Mortale fuerit, si velles inde fidem conciliare gravi detractioni, aut, ut magis [generaliter dicamus, divinam auctoritatem tamquam medium iniquitatis adhibere. — In *promissorio,* ubi sedem propriam habet, iustitiae condicio vetat ne iures te facturum quod non licet. Et cum agitur de peccato gravi, committitur mortalis irreverentia abutendi, ad malum, auctoritate divina. Quae malitia manere videtur etiam si de peccati» veniali committendo agatur. Benigna tamen sententia, quae est plurium insignium doctorum: Iæssii, Sanchez. Suakez, est probabilis. Facilius admittetur non esse grave, cum res mere consilio evangelico repugnet, ut si iures te non ingressurum religionem, non daturum eleemosynam.

N. B. De iuramento postulato a periuraturo ef. dicta n. 124, 2; de *ficto* iuramento, cf. hic statim. ubi de iuramento promissorio.

Articulus II. — De iuramento promissorio.

194. — Quid iuramento isto contineatur. I t ipsa notione probatur, iiiramentum promissorium veritatem respicit tum praesentis intentionis tum adimpletionis futurae. Praesentis inten-

tionis Deus vocatur *testis:* quare, sub hoc respectu, promissorium iuramentum ab assertorio non diftert. Quod ad *impletionem futuram,* interpositio divinae auctoritatis istud efficit ut ex reverentia erga Deum, ac proin ex virtute religionis, iurans implere debeat quod promittit vel proponit. Sic ratio demonstratur allinis voto; quia tamen ipsa promissio non est directe Deo facta, a natura voti recedit, eiusque violatio minus gravis est (piam violatio voti (2, 2, q. 89 art. 8). Notio simul iuramenti istud secuin fert ut Deus appelletur tamquam testis, non quidem veritatis futurae; — nam, cum impedimenta nasci possint, id. saltem absolute fieri nequit,— sed ut. appelletur tamquam testis *constantiae*. Quia autem constantia non desideratur in eo (pii legitime impeditur vel dispensatur. nihil Iit contra iuramentum ab eo cui alterutra excusatio prodest. Et quia Deus ultor est periurii,· utraque notio simul composita, i. e. constantiae debitae ex reverentia erga Deum, et invocationis Dei tamquam testis istius constantiae, efficit ut securitas quaedam per iuramentum promissorium de ipsa exsecutione obtineatur. Quae securitas quasi-fideiussio divina vocari potest.

Sic conciliare posse videmur tres modos quibus iuramentum promissorium qua talo concipitur: *a)* Deus invocatur ut testis veritatis futurae (cf. 2, 2, q. 89 art. 7); *b)* ipsa tides Deo obstringitur ita ut paene ex voto obligeris (oWnniuale, II, 25); *c)* Deus dicitur metaphorice quasi-tideiussor, quatenus intentio faciendi, iam, sine irreverentia Deo irrogata mutari nequeat, et illa Dei invocatio quandam exsecutionis securitatem praebeat (plerique post Suarez, Z?d., Tr. 5, Lib. 3, e. 16, n. 10-13).

Codex, c. 1317, haec simpliciter habet: « Qui libere iurat se aliquid facturum, peculiari *religionis* obligatione tenetur implendi (piod iureiurando firmaverit ».

Iuramentum istud accedere potest ad simplex *propositum* .<\u<h| tunc ex reverentia erga Deum servandum est; vel ad *promissionem* ex fidelitate obligantem, (piae tunc, ex eadem reverentia sedulius servanda est; vel ad *cotum,* ita ut duplex religionis obligatio sit exorta; vel ad *contractum* iam per se obligantem ex justitia: (pio casu ius est tertio acquisitum et munitum religionis praesidio.

195. — lurata contractus impletio. *Duplici intentione* partes moveri possunt ad iurandam impletionem promissionis contract ualis seu. per se. ex iustitia obligantis. Vel, validam existimantes pro-

missionem, susceptam iam obligationem mere obligatione religionis augere intendunt: tunc, ex ipsa partium intentione, iuramentum naturam actus sequi debet; vel, conscii defectus vel vitii, volunt, in locum obligationis iustitiae substituere obligationem religionis; et tunc, nisi ex rei natura vel ex prohibitione legis, iuramenti obiectum fuerit illicitum, obligatio religionis ex juramento exoritur; et, nisi lex positiva vel adiuncta damnosa plus induxerint, haec sola partes tenet.

N. B. Olim, addito inramento, pactiones in foro ecclesiastico indicandae erant: et civiliter confirmabantur actus qui secus actione destituti fuissent.

196. — « Iuramentum per vim aut metum gravem extortum valet, sed a Superiore relaxari potest » (can. 1317 § 2). Ecclesia enim tale iuramentum infirmare noluit, ne, allegata metus excusatione, nimis frequens causa peierandi daretur (Keiffenstuel in L. 1, t. 40, n. 58. 59). — *Errore* aut *dolo* extortum, iuramentum valebit vel non, prout error solas circumstantias minoris momenti affecerit vel fuerit substantialis.

197. — Nullam obligationem parit iuramentum. faciendi rem malam, aut vanam, aut inutilem, aut directe contrariam consiliis evangelicis, vel adeo indifferentem, quae neque ex fine neque ex circumstantiis honestetur. Iuramentum enim non potest esse vinculum iniquitatis, vel nos ligare ad res vanas et otiosas, cum obligationes huiusmodi maiora bona impediant.

Quare actus qui in damnum aliorum aut in preindicium boni publici vel salutis aeternae directe vergunt, nullam ex inramento vim consequi, monemur, can. 1318, § 2.

Inramento tamen confirmari potest valida promissio vel pactio qua quis a via consiliorum evangelicorum terenda seu potius profitenda saltem ad tempus vel sine dispensatione Pontificia prohibetur. Of. n. 200.

198. — Iuramentum minoris. Quamvis, ex e. 1317. iuramentum nec vi nec dolo praestitum, quo quis privato bono aut favori renuntiat lege ipsi concesso, servandum sit quotiens sine peccato servari possit, id intellegendum est, quatimus iurans capax sit talis renuntiationis. Quare, si *minor,* adhuc *minor,* iuravit se non rescissurum pactionem nullam aut rescindibilem a se factam, cum

lex nostra intuitu ipsius boni communis, confirmationem istam irritet, nulla dispensatione stricte egere videt ur. Et sane dispensatio, si danda videatur, nullum ius quaesitum tollit, ita ut ab omni sacerdote habili concedi possit. Si inquam, danda videatur, quia inanitatem actus omnis sacerdos declarare potest.

199. — Ficte seu simulate iurat qui vel intus animo dissentit· a verbis quae profert, vel non vult obligationem religionis suscipere. De hac re habetur prop. 25 damnata ab lunor. XI: «cum causa licitum est ilirare *im animo iurandi, sive res sit levis sive gravis ».

Et re vera tictio ista continet mendacium cum vana usurpatione nominis Dei. Hoc est per se veniale; sed fieret gravo: *a)* in contractibus de re gravi, propter fraudulentam deceptionem; *b)* cum ex gravi praecepto, ut in legitimo indicio, iuramentum imponitur: tunc urgeretur saltem obligatione religionis; e) eum sine animo implendi sic ficte iuratur: quia cum nomen Dei exterius invocetur, haec exterioris peierationis ratio, fere ut exterior blasphcinia est Deo iniuriosa. Ita potius cum Svar., 7Λ7. tr. 5, L. 3. c. 17, n. 3. I, quam ex subtili ratione SaXCH., *Deoul.* L. 3, c. 6, n. 8-11.

Sed (piando labes mendacii a fictione abest, ut cum petitur illegitime in adiunetis (piae seriam et sinceram actionem excludunt, fictum iuramentum videtur gravi causa excusari posse, (’f. Lugo, *Paen.* d. 16, n. 211; Lehmk. I, 556.

Fictum et invalidum iuramentum nullam, qua tale, obligationem religionis inducit. Facile tamen ob scandalum vel damnum praecavendum, exsequendum erit.

200. — Qui minis latronis perterritus, ren iuraverit se ei summam pecuniae daturum esse, quamvis, propter rcMci/idifti/em contractum, nulla iustitiae obligatione teneatur, a iuramento dispensari debet et potest (c. 1317 § 2): quod ante Codicem controvertebatur (’); sed potuit etiam verba sine iurandi animo pronuntiare, ita ut nullum sit ipsum iuramentum. Si autem *niilliix* sit contractus, v. g. quia lege civili infirmatur, tunc relaxatio inramenti superflua videtur.

201 — Qui, ingratiam alicuius aut quorundam, *abnohit*< ita iurax it aliquid se praestiturum ut, v. g. ex horum consensu, ipsis ius acquisitum sit, illud implere tenetur, quam diu honestum sit. etiamsi bonum melius, v. g. ingressum in religionem, impediat. Nec potest ipse iuramentum illud in ine-

.b Cf v g. Lkhmk, l ⅜64. Severam «ententiam «equitur S. Γη 2, 2, q. 89 art. 7 ad 3.

lins commutare, verum dispensationem petere debet. Hinc explicatur quoque c. 542, ψ 1, qui invalidam declarat receptionem in novieiatnm candidati qui ligatus est inreiurando quo, per certum tempus, missioni aut dioecesi, ex instituto S. Sedis tenetur. Facile autem in similibus juramentis subintelle-gitur condicio, « nisi ad statum perfectionis vocatus fuero». Cf. Lcgo, *luxt.* d. 21, n. 67. 73; Nil i.ES, /Λ *libertate clericorum religionem ingrediendi,* n. 43. 4 l et p. 120. 121. Quare, in iuramento missionis, expressa Iit pro-missio non ingrediendi religionem sine dispensatione S. Sedis.

202. — Iuramentum promissoriuni interpretandum est eodem modo quo promissio non iurata explicaretur. Quare, qui iurat se servaturum decreta et regulas vel statuta cuiuspiam congrega-tionis, universitatis, capituli, non tam ipsa statuta quam debitam istis legibus sublectionem iurusse censetur. Quare iuramentum istud intellegitur: *a)* de statutis editis, non edendis; *b)* quam diu et quatenus usu vigent: *c)* sub gravi, sub levi, sub consilio, sub poena, prout ipsa res aut lex vigens id postulet.

De interpretatione c. 1321 istud habet: « lusiurandum *stricte* est interpretandum secundum ius et secundum intentionem iu-rantis, aut, si hic dolo agat, secundum intentionem illius cui iu-ratur ». Haec est aptissima regula fori *exterioris* (’). Intentio illius rui iuratur ex adiunctis aut alia demonstratione colligenda erit. In foro *interiore,* obligatio iuramenti intentionem iurantis non excedit. Iurans tamen damnosi doli damna sarcire debebit.

203. — Iuramentum in constitutiones civiles, non afficit leges iuri divino aut ecclesiastico contrarias. Si leges hniusmodi efferantur aut urge-antur, clausula illas exclurions iuramento addenda erit. Si vero quasi se-pultae iaceant, iuramentum iam de se censetur rationabiliter legibus proprie vigentibus circumscriptum. Cf. Lehmk. 1. 568.

204. — Obligatio implendi iuramentum promissoriuni est certo gravis, si ipsum promissionis obiectum grave aestimandum est. Si autem sit leve, graves auctores, ut LeSSIUS, *lust.* etc. b. II, c. 42, dub. 5, arbitrantur obligationem esse sub mortali, quia Deus testis invocetur falsitatis. Lessius tamen concedit pro-babilitatem opinionis benignioris, quam dein sua ❋uctoritati tir-inavit SUAREZ, *Rei.* tr. 5, Lib. 3, c. 16, n. 15-19; quia defuerit mendacium, si, «piando iuratum est intentio implendi promissio-

nem habita sit, ita ut Deus mere fideiussor fuerit obligationis levis. Fatemur tamen, ut ratiocinium Eximii Docturis esset apodictum, necesse esse ut ex toto praetermitteres istud quod cum natura iuramenti satis cohaerere videtur, Deum invocatum esse ut testem constantiae. Facilius, etsi id non admittat Suarez, l. c. n. 8, cum plerisque concesserimus, leviter peccari ab eo qui modicam partem obiecti gravis promissi omiserit, quia substantialis, non autem perfectae constantiae Deus assumptus sit ut testis. Verum, practice, in nulla materia levi, obligatio iuratae promissionis erit sub gravi peccato urgenda.

205. — Ex ipso c. 1319. obligatio iureiurando promissorio inducta desinit: *Remissione* ab eo profecta in cuius commodum iuratum est; — substantiali rei *muttitione,* aut si. mutatis adiunctis, res fiat mala, omnino indifferens, aut maius bonum impediat (hic tamen, ut supra dictum est, ad hira quaesita attendi debet); — deficiente *causa finali,* aut *condicione* sub qua forte inramentum datum est: v. g. cessante paupertate eius cui eleemosynam promiseras, mortuo illo pro cuius valetudine peregrinationem sponderas; — *irritatione, dispensatione, commutatione.* Porro, quot quot vota relaxare possunt, iidem et eadem ratione iuramenta auferre canone 1320 permittuntur.

Appendix. — *De adiuratione.*

206. — Quid sit. Adiuratio est *imperativa vel deprecatira efflagitatio, facta interposito nomine Dei, sanctorum aut rei sacrae* (2, 2, q. 90). Ad superiores aut aequales non fit nisi deprecativa; ad inferiores lit quoque imperativa; innuo, ad daemonem fieri nequit nisi imperativa, et ne is noceat, non autem ut doceat vel bonum ab eo nobis obtineamus. — Creaturae irrationalis adiuratio dirigitur ad eum a quo moventur: deprecative ad Deum, imperative ad daemonem.

207. — Quaenam liceat. Privata adiuratio a quolibet fieri potest, et licite fit tamquam argumentum honestae petitionis. Fictus pauper qui Dei nomine eleemosynam potat, ex hoc capite non peccat nisi venialiter.

Sollemnis adiuratio habetur potissimum in exorcismo proprie dicto. Is, sine *peculiari* et *expressa* licentia Ordinarii, fieri veta-

tur(’): ac licentia probatissimo tantum sacerdoti committenda est. Exorcismi autem in ipsos aeatholieos vel excommunicatos fieri possunt. De vera daemonis obsessione, prudenter constare debet (Cf. ce. 1151-1153). Rituale romanum observandum est. Venialiter tantum pereat exorcizans (pii inter exorcismum pauca quaedam ex curiositate sed imperative interrogat.

Omnibus tamen usus exorcismi Leonis XIII permittitur (Cf. *Rituale,* appendix).

SUMMARIUM.

2()8 — I. *Juramentum.* I. «est *invocatio Xomini/t (Urini in ikm rt-ritati* * (c. 131(5). I. e. iurans, (piantuni in se est. Deum invitat ut. prae infinita sua scientia et voracitate, dicta ipsius continuare velit. Quia vero homo religiosus non censetur velle derogare reverentiae divinae, nec prudens se poenis divinis exponere, ideo sua ipse dicta coram hominibus iuramento continuât.

Invocatio Dei esse potest *explicita* vel *tacita.* Nemo apud homines iurat quin per apta signa intentionem (quae sufficit ut coram Deo iures) manifestet. Atque usus ineptam facere potest formulam per se sufficientem. Non iurat qui mere, magna vi. v. g. per speciem imprecationis contra se. vel adhibitis verbis comparativis, quaedam affirmare censetur.

2. Distinguitur, ex forma exteriore, *verbale, reale, mixtum ;* — ex vi formulae, *in vocatorium* seu *contentqlorium,* et *cxxccratorium* seu *imprccatorium ;* — ex obiecto, *axaertorium* et *prômiMorium,* quod absolutum vel eondicionatum esse potest, et ad quod refertur *comminatorium ;* — ex ritu, *mmjtlex* et *sollemne.* Sic essentiale est in ritu canonico ut quis iuret personaliter (c. 1316, §2 .

3. Eide definita est *honestas* iuramenti debitis condicionibus vestiti ; ac demonstratur eo quod religiosam veritatis et Providentiae divinae professionem in so claudat. Condiciones autem sunt: a) *rihi* ut iurans sit verax, ac proin quae affirmet ei tali certitudine constent quae, pro adiunctis. rationabiliter exspectatur: in iuramento, quatenus est assertorium, haec condicio semper sub gravi requiritur; b) *indicium,* ut discretus usus fiat iurainenti, ac proin solum propter sufficientem utilitatem quam omnis seria causa affert, iuretur. Condicio haec per se sub veniali postulatur ; c) *iustitia,* (piae, proprie ad iurameutum promissorium pertinens. vetat promittere quae fieri vetantur: quod saltem in re gravi sub mortali vitandum est. In assertorio, haec condicio defuisse Censetur, si quis narraret quod, saltem sub iuramento. referre prohibetur: id per se veniale est.

I. linamentum *promissorium* praesentem intentionem explendi promissa affirmat: et sic est assertorium; ac praeterea quandam securitatem istius

d; Saltem publice, ait Pr Ummeh, q. 352. noti.

exsecutionis, propter Dei reverentiam, praebet, ita ut peculiarem *religionis* obligationem inducat implendi quod promissum est. Fero semper accedit ad promissionem, sive ad augendam obligationem: quo casu non obligat nisi quantum et quatenus promissio obliget; sive ad auferendam actus vel promissionis millitatem: et tunc, nisi ipsa ista continuatio sit illicita vel, ex loge positiva impossibilis, oritur obligatio quae, perse, est solius religionis ; per accidens, propter adiuncta damnosa vel legem positivam, etiam iustitiae esse potest. Obligatio solius religionis potest, nisi obstet ius quaesitum, dispensatione auferri. Dispensatio iustam causam postulat ut sil valida. Insta causa habetur si iuramentum vi vel metu extortum sit. Si vero obligatio religionis confirmat ius alteri ex acceptata promissione quaesitum, tnne, dispensatio iuramenti ius illud laedere dicitur, quatenus quondam securitatem tollat. Quo modo promissio non jurata, eodem iuramentum promissorium explicandum est ; ac proin stricte, secundum ius et intentionem iurantis.

Si iurans dolo egerit, e. 1321 vult, saltem in foro externo, ut iuramentum secundum eius cui iuratur intentionem explicetur.

Ficte iurare tnne tantum licebit, quando fiet sine mendacio, et cum gravi causa.

Nec fictum nec invalidum iuramentum yaa /«/»'« obligant. Obligatio desinit remissione, substantiali rei mutatione, deficiente causa finali seu condicione, irritatione, dispensatione, commutatione: qua autem potestate in vota, eadem in juramenta uti potes, ex c. 1320.

5. *Adiuratio,* seu imperativa vel doprecativa efflagitatio, quae fit interposito nomine Dei, Sanctorum aut rei sacrae, a quolibet fieri potest *privata; publica,* tantum ad normas legis quae potissimum de exorcismo lata est permittitur. Ad Superiores aut aequales non fit nisi *deprecatio;* ad inferiores fit quoque *imperative ;* ad daemonem non potest nisi imperative fieri. Exorcismus a Leone XIII editus nb omni sacerdote usurpari potest, ex ipso *Uitualie* appendice.

CAPUT III.

De officiis quae cum voto cohaerent.

Articulus I. — Voti notio, condiciones, divisio, utilitas.

209. — 1. Quid sit et quibus condicionibus. Votum est *promissio deliberata ac libera, Deo facta, de bono possibili et meliore,* c. 1307 § 1. (Of. 2, 2, q. 88.)

- 1. *Promissio,* ergo non merum propositum. Non ex soin voce: «propono vel promitto», critérium distinctionis sumitur, sed ex eo quod (piis specialem obligationem assumere intenderit vel non. Unde quaestione: « voluistine te erga Deum obligare », dubia in hae re solvenda erunt; atque in dubio, minimum tenendum est.

2. *Ifcliberata,* ea saltem deliberatione (piae ad mortaliter peccandum sulliciems est. Nec omnis aetas vel omnis deliberatio peccato mortali sufficiens, omni voto satis est. Etenim, mortaliter peccat qui gravitatem reatus noverit, quamvis magnitudinem peccati non perpenderit : sed ut .*sponte* assumas obligationem. oportet non solum quod noveris quid sit obligatio, sed ut quantitatem obiecti satis clare perspexeris (’). Sic optime Ba l l .-Pa l m. t.2, tr. G, n. G05. Ex repentino animi motu, ex consuetudine tali ut lingua mentem praevertar, interdum ex calore irae, impediri potest vel consideratio vel deliberatio. Si solide probabilis ratio suadet non fuisse nisi semiplenam deliberationem, pro libertate respondere licet. Seclusa huius modi ratione. votum factum post septennium praesumitur deliberatum. Scrupulosa obsessione vovendi vexatae mentes vota quae fecisse existimarint nullatenus curare a confessario rubeantur. Cf. I. 85 et 382. — Quia directa deliberatio deficit, vota facta in ebrietate non obligant.

3. *Libera.* Namque « votum metu gravi et iniusto omissum ipso iure nullum est ». Sie saltem ex positiva dispositione e. 1307, § 3. Metus levis voto causam dedisse, in foro externo non praesumitur. Si quis *ex solo metu levi .sed iuiu.sto,* et propter nullam aliam rationem, voverit, votum probabiliter non valet, quia Deus tale votum acceptare non censetur, ne viam iniustae coactioni sternat. Id tamen eont revertitur, ('um autem metus non est *extrinsecus* vel non iniustus, nihil valori voti obstat.

Error de .*substantia* materiae promissae : putat vovens argenteum esse calicem aureum quem vovet; - de condicione substantiali, seu ita implicite supposita, ut votum secus numquam emissum fuisset : res promissa duplo maioris pretii est vel longe gravior est (piam aestimabatur; — *de causa finali :* votum lit pro sanitate personae quae mortua est vel non fuit aegrota; — huiusmodi errores votum efficiunt nullum, eum liber consensus deficiat. Immo quilibet error (pii voto causam dederit, sufficit per se ut obliga tione immunis censearis. Attamen, excepto errore proprie substantiali. error non vitiat professionem religiosam. Bonum enim tam privatum (piam publicum postulat ut (piae statum firmum

b Saltem si ꝑmaiori· quantitate notitia votum impedivisset. .Atque hoc est discrimen inter *frccatMHi ft vottnH* . Qui melius nosstt peccatum non fecisset peccatum; nunc tamen pcccav t. Si autem me-ius novisset rem. non vovisset: tunc (seclusis votis quibus status inituri non vovit Et qu;a votum castitatis religiosorum perfectiore cognitione non imped retur, iam ind© ꝑtum subsistit, etiam praecisa ista cognitione.

el irrevocabilem constituunt. non facile nutent et paucis condi cionibus obnoxia sint. Ad rei autem naturam voluntas voventis existimatur se accommodasse et proin professionem, non obstantibus aliis erroribus, ratam habuisse. Minus quoque vitiat professionem ignorantia vel error de rebus sexualibus: tum quia vis istius voti tamquam excellentis, Deo et Ecclesiae probati, a pluribus emissi, et continentis renuntiationem quibusdam deliciis, satis per vera elementa apprehensa est : tum quia, ut est invenis ipso fervore dispositus, cognitio operis carnalis eius animum non mutaret. Tunc enim graves et molestas istas tentationes non experitur quae quibusdam minus ferventibus postea susceptae obligationis paenitentiam suggerunt. Quamquam regulariter expedit ut (pii statum religiosum profitentur de re satis instructi sint, et moneantur graves difficultates oriri postea posse.

4. *Deo facta.* Votum proprie lit Deo, et est act us latriae. Sed causa voti potest esse quoque honor quem sic sanctis reddimus, dum eorum cultus nos impellit ad actus religionis; sicut quaedam Deo promittere possumus ad obtinendum ut Sancti magis honorentur: utraque ratione votum iit *in honorem* Sanctorum. Promissionem Sancto factam possumus etiam voto confirmare (2, 2, q. 88 art. 5 ad 3).

Denique nihil obstat quin ipsis Sanctis, simpliciter vel condicione, honores quosdam vel obsequia promittamus (l). Distincta tunc a voto, sed analoga tamen exsurgit obligatio duliae vel hyperduliae; (piae magis ad voti obligationem quam ad humanae fidelitatis debitum accedit, ac proin genere suo gravis manet. Cf. *Quaest. de religione,* 137.

5. *be bono.* Promissio enim rei malae nec Deum honorare neque Ei accepta esse potest.

(i. *be bono possibili.* Res enim impossibilis efficaciter intendi aut promitti non potest. Quod etiam ad ea quae moraliter impervia sunt transferendum videtur, quia obligatio ista, utpote per se noxia animae, Deo accepta vel honorifica esse non potest.

Hic tamen prudenti discretione opus est. Ratio bene valida est cum quis *directe* vovet quae physice vel moraliter exsequi nequit. Quare non valet votum de vitandis omnibus peccatis venialibus, si ita intellegatur nt, com-

1) Verum haec non consueverunt fieri in promissionibus quae totam vitam afficiunt. Quare qui vovet castitatem B. Mariae Virgini eam Deo vovere censetur, itnptiNus pietate erg i B. M. V ·

misso uno peccato, ipsum votum esse desinat. Vitare enim omnia peccata venialia, non est, sine extraordinario privilegio, nunc in nostra potestate; nec in tali voto sutliciens utilitas cernitur. Sed, ut nobis videtur, nimis absolute pronuntiant, non valere tale votum etiamsi mere contirmet obligationem quam omnes habemus omne peccatum vitandi: quae obligatio etiam post peccatum perseverat. Namque, ut optime observat Scakez, *Helig.* tr. 6, lib. 2, e. 3, nn. 13 et 16, votum rationabiliter intellegitur de vitandis peccatis venialibus quatenus fieri possit, seu de diligentia adhibenda ad omne peccatum fugiendum. Quae curti et diligentia valde utilis per se erit omni homini. Quocirca non bene capimus cur talia vota a Scarez, 1. c. n. 3 et I. perso vel saltem pro multis censeantur parnui utilia improbanda 'zt simpliciter dispensanda. Nec iis assentiri possumus qui votum vitandi peccata deliberata ab iis tantum valide fieri contendunt qui sint satis probatae virtutis. Ceterum, valero admittunt votum quo Deo bonum positivum promittitur ipiocuin conectitur obligatio vitandi omnia venialia, ut est votum faciendi semper perfectiora, quod probatis personis permittitur; nec ambigitur valor voti castitatis a nimis fragilibus etiam imprudenter emissi. Potius ergo quam ipsum votum, displicere potest forma negativa, «piae confusionem generare et animam turbare potest.

Praefice etiam expediet votum ita concipere vel circumscribere ut, vitatis scrupulis, studia virtutis augeat. Denique, propter aliorum auctoritatem, poterimus tamquam nullum tractare votum vitandi omnia venialia, vel votum a non probata persona emissum vitandi omnia peccata deliberata; immo fortasse votum vitandi omnia peccata gravia, si a personn nimis fragili nuncupatum sit.

7. *Et meliore.* Omne quidem bonum per se Deo placet. Sed cum certa bona melioribus obstare possint, Deojsemper acceptum erit ut quispiam faciat quod melius est. Quare, vi voti. uumquam ad mimis bonum obligatus eris, ita ut votum de minore bono, qua tali, non valiturum sit. In genere itaque votum matrimonii non valebit, eum integrum maneat honestum caelibatum, qui melior status secundum se est, sibi optare et eligere. Bonum igitur intellegitur quod melius sit (piam eius voluntaria praetermissio.

210. — Promissio implicita interdum sutlieit: sic. in Ecclesia latina, voluntaria susceptio Ordinis sacri, secundum communem sententiam, votum castitatis infert (neque essentialis ritus est passus ille quem facere iubentur ordinandi ad subdiaeonatum <pii voto castitatis nondum sunt ligati). Qui noluerit vovere vel plane ignoraverit illam voti conexionem, ipse, ut magis4veri similejest. non voto tenebitur sed ex praecepto Ecclesiae castitatem servare ex motivo religionis debebit. Expressa *voti* mentio'non habetur in ce. 132 et 211.

Qui obligationem voti habitualiter noverit, et Deo aliquid deliberate promittat, verum votum facit, quamvis ad obligationem non attendisse sibi videatur. S. Alpii., l. 4, n. 201.

Non vovet tamen qui intentionem promittendi quidem habet, non autem se obligandi; vovet vero is cui solus deest animus obligationem implendi.

211. — II. Voti divisio. 1. Votum *absolutum* est vel *condidonatum*. Votum *poenale* dicitur quo aliqua expiatio paenitentiae vel boni /.peris promittitur si quidpiam minus rectum actum fuerit.

2. Votum *personale, réale* et *mixtum*. Stricte loquendo votum ex ipsa essentia sua est actus personalis voventis, sicut omnis promissio; nec, quia terminatur ad rem, magis quam promissio fidelitatis ad hominem, patrimonium allicit ista promissio, quae est cuiusdam fidelitatis ad Deum. Dicitur tamen *personale,* obiretive, si propria actio vel omissio promittitur: ieiunium, peregrinatio, abstinentia a luxu, a certo potu; *reale,* quo res quaedam externa promittitur; *mixtum* demum erit quod utroque elemento concrescit: sive ambo separari possint, ut si promittas peregrinationem cum liberalitate; sive sint individuo nexu coniuncta: ut si propriis manibus habenda cura infirmi promittitur.

3. Votum *publicum,* quod nomine Ecclesiae a legitimo Superiore ecclesiastico acceptatur: sic vota professionis religiosae, et *privatum*.

4. Votum *sollemne* et *simplex*. Sollemne est « si ab Ecclesia uti tale fuerit agnitum » (c. 1308 § 2). Alimi votum est *simple.)*. De essentia sollemnitatis, cf. opus *Quaest. de religione*.

5. Votum *reservatum,* cuius dispensationem sola S. Sedes concedere potest, et votum *non reservatum*.

Praeter vota *publica,* (piorum dispensatio vel commutatio ipso regimine legali ordinatur (ce. 214. 633-636. 640. 648. 669). vota *privata* reservata sunt: «'votum perfectae ac perpetuae castitatis, et votum ingrediendi in religionem votorum sollemnium, quae emissa fuerint absolute et post completum decimum octavum aetatis annum » (c. 1309). Ante Codicem, reservabantur quoque vota absoluta trium peregrinationnm.

212. — III. Vovendi utilitas. Votum voluntatem supponit quae a bono deficere vel propositum mutare possit. Quare nec

Christo, cuius voluntas maxime in bono firmata semper fuit, neque Angelo, qui decretis suis stat immobilis, umqiiam ratio fuit cur voverent. Nec beatis eomprehensoribus in caelo competit vovere, cum eorum voluntas in amando Deo sit omnino fixa.

Nobis vota duplicis generis prudenter suaderi possunt: *a)* vota quibus peculiari cuiuspiam necessitati vel debilitati occurritur, ut vota quaedam medicinalia; et vota, plerumque momentanea, quibus petitiones Deo factas non raro stipari solemus; *b)* vota quae fecunda sunt semina bonorum operum, ut sunt vota abnegationis, quaerendi perfectiora, atque in primis vota quibus perfectior Christi disciplina in vita religiosa firmatur.

Porro, quamvis votum sit laudabile et meritorium, discretio tamen est observanda in suadendis vel frequentandis votis. Ac generarim melius est non vovisse quam dispensatione a votis solutum esse: id fiduciam in Deum minuere solet. Quare, quo magis votum est rei arduae et diuturnae, eo maiore cautione suadendum vel admittendum est. Cf. *Quaent. de virtute rei.,* 140.

Fideli autem *votorum exsecutione* immobilem Dei *sanctitatem* laudamus et imitamur, dum *iuramento* infinitam Eius voracitatem honoramus et colimus *veritatem*. Cf. *Quaest. de virtute relig*., n. 141.

213. — Fidelitas divina in promissis. Cum voluntas divina prorsus immutabilis sit. Deus potius eminenter quam formaliter est fidelis. Nobis itaque Deus promittit (piae se nobis dare velle significat, nec distincta obligatio perseverantiae concipi potest. Ac benevolentia et liberalitas divina, quae nulla formali obligatione sicut nulla, a Deo ad nos iuris translatione firmatur, magis gratuita esse perspicitur.

Ar u c i i.rs II. — Voti obligatio et exsecutio.

214. — Obligationis natura. Voti obligatio non est eiusdem rationis atque obligatio promissionis quae hominibus facta est. Hominibus fideles esse debemus ne decipiantur, dum Deus, melius (piam homo promittens, novit quid futurum sit. λ erum potest homo Deo ipsam actionem futuram vel seriem bonorum et perseverantiam in proposito boni operis offerre. Porro, reverentia Deo debita ac proin virtus religionis exigit ut facta oblatio non revocetur. Cfr. *Quaest. de relig*., n. 124. 128.

215. — Obligationis vis. ΓΛ autem *obligationis* ea est quam materia demonstrat, nisi vovens obligationem minorem assumere voluerit. Qui enim nihil promittere potuit, vim quoque suae obligationis extenuare potest. Excipe vota (piae in status susceptione exiguntur. Intentio quoque voventis efficit ut materiae parvae coalescant aut non, prout vovens intendit totum quoddam notabile Deo per partes vovere, aut singulas praestationes qua tales offerre. Coalescentia facilior est in votis realibns (piam personalibus.

Votum enim, etsi graviorem obligationem quam fidelitatis inducat. parvitatem materiae admittit, quia neglegentia in servando voto parvae materiae ex modica rei non autem Dei existimatione explicatur.

Indicium de gravi vel levi materia prudenter faciendum est, observando quid votum conferat ad divinum cultum sive directe sive indirecte. *Directe,* cum vovetur gravis actus religionis; *indirecte,* cum res in alio ordine gravis, ipso voto ad divinum cultum refertur. Cfr. Suarez, *Rei.* Tr. (i, L. 5, c. 4.

Quando actio *singularis* Deo promissa est, haec regula admitti potest, ut gravis putetur materia (piae, pro line intento, lege divina vel ecclesiastica sub reatu mortali per se urgeretur. Gravis proin materia censetur: sacrum audiendum, ieiunium, abstinentia unius diei, etc.

Quando autem *series actionum* promittitur, coalescentia non ita sicut in materia iustitiae urgenda est; praeterea una actio (piae, in se sumpta, foret notabilis, exigua pars promissae seriei esse potest; demum, ipsum talis voti obieetum; accurate definiendum est.

Sic votum faciendi perfectiora minus res in se quam nt perfectiores afficit: excessus autem perfectionis per se videtur materia levis. Sic, qui aliam actionem honestam subrogat sacro quod audire perfectius fuisset, non est reus omissi sacri sed neglectae actionis perfectioris: quod leve putatur. Quare vix in actu singulari qui non sit culpa mortalis, gravis inerit reatus contra tale votum. Graviter quoque peeearit, qui saepe, quasi habitualiter et liquido animo fecerit (piae certo noverit esse imperfecta. Cfr. *Quaest. dc relhj.,* n. 129.

216. — Estne ius quaesitum ex voto? *fus* dicitur interdum alteri ex voto quaesitum. Proprie tamen loquendo, obligatio religionis nequit, (pia talis, iura transferre: id potest sola obligatio

iustitiae. Itaque, si, post votum ius alicui est acquisitum, causa imis erit vel comitans promissio ex iustitia personae physicae vel morali lacta, vel ipsa exsecutio quae rem in alieno patrimonio posuit. Cf. *Quaest. de reliff.,* n. 130.

217. — Extensio obligationis ex verbis voventis et rationabili au communi eorum acceptione desumenda est, semper in benigniores partes inclinando. Quare qui vovet rosarium, satisfacit, salva diversa intentione expressa, recitando tertiam partem: qui vovet missam, ieiunium per mensem, non debet die dominico vel ieiunare vel duo sacra audire; qui vovet ieiunium vigiliae, nec die dominico ieiunare nec iam sabbato vigiliam anticipare debebit, eum ex e. 1252 § 4, pervigilia iam non anticipentur.

Qui votum *condicionatum* aut *poenale* fecerit, pro varia sua intentione condicionem impedire, actionem cui poena est annexa facere poterit vel prohibebitur.

Qui *diem* voto implendo non praestituerit, votum, (piam primum commode potest, exsequi debet. Minor tamen ad differendum (piam ad omittendum causa requiritur. Illicita autem exsecutionis dilatio gravis indicabitur si vovens periculo oblivionis aut impotentiae se exponat, aut si materia notabiliter minuatur, v. g. in voto ingrediendae religionis quod persona iam superadulta fecerit.

Qui dubitat num votum fecerit, liber praesumitur: qui dubitat num compos plene fuerit in voto certe emisso, praesumitur tinsse conscius, nisi ratio positiva probabilem reddat defectum deliberationis : in (pio casu, probabilis sententia permittit ut votum neglegatur; quamvis melius tunc sit petere dispensationem.

218. — II. Exsecutio voti. Votum *personale* persolum voventem impleri potest; votum *reale* etiam per alium, quamvis qui proprium non habeat, alienum ideo mendicare non debeat. Si alter sponte pro te fecerit, tua *ratijicatio* sutliciet. Intentio implendi votum non est necessaria.

Onus voti realis quod vovens heredi per validum testamentum imposuerit, ab herede ex *iustitia* erga testatorem impleri debet. Debet pariter heres voto reali unde tertius ius acquisierit, ex iustitia satisfacere. Hoc omisso, lex canonica heredem ex *religione* obligat ad implenda vota realia: « Voti realis obligatio transit ad heredes, item obligatio, voti mixti, pro parte qua realis est » (c. 1310, § 2).

[215-218.]

Quo titulo heres oblidatur? Ex Codice obligatio *transire* dicitur. Sed transire non potest nisi obligatio quae tenebat voventem: haec autem erat obligatio religionis. Plerique tamen obligationem institiao inducunt. Quo iure, hoc nos plane fugit. Diccsne cum Si a k e z *(Krlig.,* Tr 6, Eib. I, c. 11, n. 7) bona ab herede accipi «obnoxia solutioni debitorum eius »f Sed negandum est haberi hic debitum proprie dictum, quod est iustitiae. Nam promissio ex fidelitate bona non obligat; et voti obligatio est ex fidelitate ad Deum (2, 2, q. 88 art. 3): nullam traditionem iuris operatur. Quonam autem miraculo obligatio ex religione converteretur apud heredem in obligationem iustitiae? Cur. magis quam apud eum qui votum fecit, bona apud heredem essent onerata? Sie itaque breviter est dicendum: sine lege positiva, obligatio promissionis ex fidelitate, sive Deo, sive homini sit facta, utpote personalis, ad heredes non transiret ; nunc, propter legem positivam, ad heredes quidem transit obligatio voti realis; verum, nihil aliud statuente Codice, transit qualis erat, i. e., obligatio religionis. Cf. *Quaesi. de rirlute religionis,* n. 138.

219. — Qui factum alienum voverit, mere modo honesto conari debet ut alter ultro rem promissam faciat.

220. — Votum communitatis vel pro communitate. De re ista, in (pia non parum laboratur (’), sic breviter dicendum initamus. (Gubernatores qui communitatem repraesentant, sicut alia praestare sic voveri' pro communitate possunt. Post votum factum obligatio religionis transit ad successores eorum qui voverunt, quia per eos agit persona moralis, quae eadem permanet. Ac si artus promissus est qui non postulat interventum subditorum, ipsa exsecutio nulli diflicultati obnoxia erit. Si vero ipsi subditi agere debeant, cum ipsi nihil promiserint, erunt lege vel praecepto obligandi. Si autem votum non est actio eorum qui repraesentant communitatem, sed ipsi communitati personarum proponitur ut voveant, sane ii soli tenebuntur voto qui re vera votum emiserunt; nec. sine positiva lege, tenebuntur successores.

221. — Specificatio. Simplicis voti violatio specifice differt a *sacrilegio,* de quo infra. Sacrilegio gravior est, quatenus est magis directe contra Deum; gravior quoque est quam *periurium* stricte tale.

tl Cf. O/m/ *thfoL,* Ba l l . Pa l m., II, n 634.

222. — Propositi obligatio. Ipsum *propositu in* bonum, levem qnandam et humanae constantiae proportionalani obligationem inducit. Rationabile enim non est ut quis sine ratione a prudenter laeta electione recedat. Cf. LUGO. *De iust.* d. 23. n. 1 contra SUAREZ, Tr. (i, L. 1, e. 2 et *(Quaestiones de religione,* n. 141.

A inirri.rs III. — Voti cessatio.

223.— I. Cessatio ab intrinseco. Obligatio voti tollitur *ab intrinseco,* non sola *exsecutione,* sed etiam exstinctione *condicionis* a qua pendebat, et *mutatione* materiae, (piae liat impeditiva boni, aut impossibilis, absolute vel moraliter. Cf. c. 1311.

Impletio *aequiralens* sed non *specifica* condicionis non sufficit pro obligatione, nisi intentio voventis aliud ferat. *Pereunte* re determinata (piae promissa erat, alia supplenda non est (J). Re autem *rendita,* plerumque pretium debebitur, quia rem vovens, omnem eius utilitatem promisisse censetur. Si tamen usus peculiaris, nunc impossibilis, intendebatur, v. g. mitrae adhibendae ab episcopo in prima quadam sollemnitate, obligatio venditione mitrae tolletur. Sed voluntaria venditione contra votum peccabitur. Qui voverit quidpiam faciendum certo tempore, illo transacto, nihil debebit, nisi tempus urgendae obligationi additum fuerit: v. g. in ieiunio gratiarum actionis.

Votum rei partialiter impossibilis obligat ad partem possibilem, si res commode dividi possit et consueverit: aliter, non obligat. Ac nihil debet vovens (pii indivisibilité!· totum intenderit, v. g. ecclesiam cum turri. Nec si pars principalis farta sit impossibilis, manebunt accessoriae: cilicium induere non debet qui peregrinationem impeditam in cilicio facere statuerat.

Cessat quoque votum cessante rausa *jinali,* ut dictum est de iuramento.

224.— II. Cessatio ab extrinseco. *Ab entrinseco,* seu interventu auctoritatis ecclesiasticae, cessat votum *irritatione, dispensatione, eommutatione.*

(x) Quid si *liisiunctivn* fuerit promissio: dabo istud vel illud, et alterutrum perierit? Ets disjunctiva obligatio per se non cesset cum alterutra manet so a possibilis, nihilominus, saepe fiet in votis ut amissio alterutrius rei exsecutionem voti reddat longo magis onerosam, adeo ut obligatio tolli existimetur. Immo plures cum ipso S. Alph. III, 224, admittunt votum semper cessare si alterutram partem nondum elegeris. Cf. Ila 11.-Pa i.Mv II, 620 et 051.

1. Irritatio voti est eius ablatio per usum iuris contrarii quo irritans potitur. Qui ius habet in *ipsam voventis personam* (quae proin non sit sui iuris) potest semper valide, et, ex insta rausa, licite auferre vota *tempore subtectionis* facta, sive tempus praesens sive futurum respiciunt. Xec vota interna ambitu istius potestatis excidunt, ita ut haec quoque in antecessum impediri possint. Quomodo tanta potestas explicetur cf. *Quaest. de religione,* n. 135. Potestas haec appellatur a pluribus *irritationis directae.* Competit *patri, tutori,* iisque delicientibus vel subordinate ad ipsos, etiam *matri,* respectu minorum natu non emancipatorum. Namque ex e. 89 minor natu in eorum potestate manet. Cf. Gén.-Salsm. I. n. 325; AkreCtUI. n. 213. Olim ad impuberes restringebatur (’). Competit quoque Superioribus religiosorum, quod ad vota facta *post* professionem religiosam, exceptis votis quae pars sunt professionis religiosae et ipsam facultatem irritandi fundant, et voto transeundi ad religionem strictiorem: quia materia ista est universali religiosorum subiectioni subtracta.

Facultas ista non habetur erga *novicios.* Namque e. 561, quo novicius potestati Magistri ac Superiorum subesse dicitur, non suflicit ad tribuendum firmum istum dominatum qui ad irritationem requiritur; ac potestas sub iure superiore negabatur. Cf. Suar. *De relig.* Tr. G, L. 6, c. 7, n. 11 et c. 11. n. S; S. ALPH. l. 3, 233. Ratio est, quia potestas irritandi competit Superiori ex voto oboedientiae, quo novicius caret (Suar, l. c.); nec privatum novicii votum vim voti religiosi habere possit et verum creare Superiorem cum potestate dominativa (2).

Competitae *marito* respectu *uxoris*? Res controvertebatur, nec Codex controversiam diremit. Pendebat ex modo quo interpretandum erat c. Noluit. C. XXXIII, q. 5.— Potestas ista afficit *omnia et sola* vota quae tempore sublectionis facta sunt. Non obstat autem ut irritans in votum consenserit. Si ius est *in materiam voti,* irritans voti obligationem suspendere potest, quamdiu voti adimpletio ipsi praeiudicium afferat (c. 1312). Vovens enim alienis iuribus detrahere vel suis se exuere obligatio-

Cur auctores *it-niie* memorent avum paternum nescimus. Cf. Arregii. n 213, Gén.-Salsm. I, 235.

Diversus casus foret religiosi transeuntia, qui, ex c. 635, ‹ l Superioribus et ipsi Magistro noviciorum etiam ratione voti oboedientiae parere tenetur. Etsi enim ad pristinam religionem redire potest, nullatenus precario titulo, qualis est aliorum noviciorum, sed firmo oboedientiae vinculo qua religiosus vincitur.

ilibus non potuit. Quare haec irritatio a Superiore et a Magistro noviciorum erga novicios usurpari potest.

225. — 2. Dispensatio voti manat ex potestate quam habet auctoritas ecclesiastica relaxandi, nomine Dei. debitum quo fundatur applicatio legis divinae quae impletionem voti urget. Potestas ista continetur verbis: « Qiiodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis » (Mattii. 16, 19).

Facultas dispensandi vota *non reservata, dummodo ius aliis quaesitum non laedatur,* canone 1313 conceditur: 1) loci Ordinariis quod ad omnes suos subditos, etiam peregrinos; 2) Superiori (ergo etiam locali) religionis clericalis exemptae, quod ad professos, novicios aliosve c. 514 aequiperatos in hae re; 3) aliis quibus ab Apostolica Sede delegata fuerit dispensandi potestas.

('uni dispensatio liat nomine Dei. est semper actus inferioris, ac proin iustam causam requirit, qualis est, in hac re, praeter commune bonum Ecclesiae, reipublicae, familiae, maior ipsius voventis profectus; periculum transgressionis, magna exsecutionis difficultas, magni scrupuli in exsecutione; imperfectio actus qui inconsiderate effectus est.

Ne nimii scrupuli oriantur, censent auctores valere dispensationem quae bona tide concessa est cum errore de *sufficientia* causae. Difficultas et incommoda retractationis causam complere videntur. Aliud dicendum foret si nulla causa re vera extitisset.

Ius quaesitum, quod inferior Papa tollere nequit, habetur in votis in quibus intercedit quaedam ra io contractus onerosi, ut in votis quae fiunt in religione; habetur quoque in votis acceptatis a tertio et principaliter in eius utilitatem factis. Nam si *honor Dei* fuit principalis causa obligationis, alter non acquisivit ius nisi dependenter a Deo cui promissio servanda est. (Cf. S. ALPII. L. 3, 255; LEHMK. I, 622.)

Sicut ipse c. 1309 insinuat, *reservatio* stricte intellegenda est. ac proin, ut sint reservata vota castitatis et ingrediendi religionem debent esse *perfecta ratione /inis,* quatenus ex amore ipsius operis Seu virtutis sint facta, et ratione *obiecti,* quatenus materia perfecte habeatur. Finis imperfectus est in votis sub *condicione* de futuro factis (idque etiam post impletam condicionem); in votis *poenalibus ;* in votis ex *metu* etiam levi factis.

Deficit *materia* in votis sub obligatione *Icci,* sub obligatione *disiunctica,* nisi utrumque votum reservatum fuerit; in voto non

nubendi. servandae *virginitatis,* si haee ut *distincta* a voto castitatis concepta sunt, in voto castitatis *temporariae.*

Nova iuris dispositione, nullum votum reservatur illius qui decimum octavum aetatis annum nondum compleverit.

Inter illos qui a S. Sede delegari consueverunt, nuinerantiircea*fcssarii*(Irdinum mendicantium vel similiter prix ilcgiatoruin,secundum concessionem et moderationem suorum Superiorum : et potestas extra Sacramentum exerceri potest (S. A l.PH. */ie prit-il.* n. 109).

226. 3. Commutatio non est, sicut dispensatio, absoluta voti condonatio, sed est substitutio alterius operis honesti in lorum eius quod voto promissum erat.

«Opus voto non reservato promissum potest in melius vel in aequale bonum *ab ipso vovente* commutari, in minus vero bonum ab illo cui potestas est dispensandi ad normam r. 1313. » Postrema haec verba adduntur, ut indicent necessitatem iustae causar, quando opus minus surrogatin', et servandam cantionem non laedendi ius quaesitum. Commutatio in opus melius nullam causam postulat. Levis causa sufficit ut commutatio fiat in opus aequale. Iinino. quando haec lit ex auctoritate Superioris, maior propensio in illud opus, miniis transgrediendi periculum sufficiunt. Et in dubio de aequalitate, sufficit notabilis molestia in ŏperi implendo. Quo prudentius agatur, suadendum est ut commutatio propria auctoritate flat eum consilio eonfessarii. « Melius vel aequale bonum est quod, spectatis adiunetis, maxime condicione voventis, apparet magis vel aeque ad Dei gloriam conducere» (ARREGUI, n. 217). Absoluta ergo operis praestantia non est sufficiens critérium.

Facultas data *disprnsando-commiitandi,* facultatem commutandi extendit ad aliquam dispensationem; facultas *commutando-dispensandi* restringit facultatem dispensandi, cum opus quoddam substituendum sit.

Vota autem reservata a facultate commutandi sicut a facultate dispensandi excipiuntur.

Ei cuius votum commutatum est, integrum manet ad prius opus redire, cum in eius favorem commutatio facta sit. Ad illud autem redire non debet, si opus *auctoritati re* commutatum evaserit impossibile aut inutile.

Cum causa ad dispensandum sufficere non videtur, promissum opus, partim dispensari, partim commutari poterit.

N. B. Si obligatio heredis ad iptem vol uni reale transivit est solius religionis, liane relaxaro poterit quicumque votum dispensare aut commutare potest ; si autem, *ex* testamento voventis, obligatio orta sit iustitiae. ille solus poterit obligationem tollere (pii legata pia condonare potest.

227. Ex C. 1315, omni professione religiosa *xuxpcndiintur* vota antea emissa, donec vovens in religione permanserit. Anti· Codicem, omnia vota anteriora sollemni professione religiosa, tollebantur. De professione simplici nihil in iure statutum erat. Praesens itaque ius maioris est extensionis sed mitioris efficaciae.

Verum, sicut ante Codicem, nunc quoque poterit religiosus omnia vota anteriora non reservata in professionem saltem perpetuam commutare, vel obtinere ut auctoritative in eam com mutentur.

228. — Consilia de dispensatione et commutatione. 1. Praestat plerumque, in foro interno, dispensationem quadam commutatione miscere. 2. In praescribendis commutationibus, curandum est, sine anxietate, ut intentionem voventis et spiritualem prioris operis promissi utilitatem servemus. Quare: 3. Quamvis imponi iuridice possit opus quod vovens iam facere solebat, id regulariter non est faciendum, quia intentio voventis fuit, ut aliquid ad solita sua opera adderet. Excipe fortasse votum, quale non nubendi, quo mere promittitur permansio in statu iam admisso. Quare, alligatio ad menstruam confessionem iam fieri solitam tale votum bene supplebit. — 5. Commutatio ticri potest in opus similis rationis, aut in opus melioris rationis, secundum liierarcliiam virtutum, quartiïn caritas est reginaxSic frequentior communio sim plici abstinentiae per se praestat. — t». Si opus remedii rationem habeat, opus medicinale praescribatur. Convertatur v. g. ieiunium in abstinent iam ; - abstinentia a carnibus in abstinentiam a vino, sicera, usu tabaci, bellariis, cum aliqua oratione: —exterior paenitentia, pro castitate assumpta, in suppressionem lectionis periculosae (v. g. fabulae amatoriae), vel cuiuspiam festivitatis mundanae. 7. Attendenda quoque est dillicultas declinanda. Si promissa sit peregrinatio longinqua, negotia aut expensae exsecutioni obstare subinde possunt. Si negotia, optime commutabitur in peregrinationem magis vicinam, refusis in pauperes vel

opus pium pecuniis quibus parcetur. Si sumptus obstent, substituatur peregrinatio vicinior, addita minore eleemosyna vel pauperum visitatione.—8. I bi opus mere tamquam devotionis promissum est. tunc haec tere inter se commutantur: corona, confessio, communio, missa, abstinentia, ieiunium.

SUMMARIUM.

229. — I. *Votum,* 1. est « *promissio deliberata ao libera, Dea facta, dt bono possibili et meliore* » (c. 1307). Promissio voluntatem obligationis supponit; deliberatio saltem ea necessaria est quae ad mortaliter peccandum re<jniritnr. praeter capacitatem aestimationis gravitati rei proportionatam. Ut prorsas libera sit, immunis a metu iniusto et ab errore esse debet. Ac *metu* gravi et iniusto vitiatum votum ipso iure, saltem ex c. 1307. $2, est nullum. Nullum quoque probabiliter est votum quod ex solo *metu* levi sed iniusto est emissum. *Error* de substantia rei promissae, de condicione ita supposita ut secus votum numqnam emissum esset, de causa finali: votum otlicit nullum. Immo, in voto mere individual!, quilibet error causam dans obligationem tollit; publicum autem votum solo errore substantiali infirmatur. — Votum iit proprie Deo, sed in honorem sanctorum fieri potest, cum in honoro sanctis reddito vel optato causam habet. Praeterea promissiones, ad voti obligationem accedentes, B. Virgini et sanctis fieri possunt. — De solo bono coque saltem physice possibili votum fieri potest. Ac bonum debet esso *melius.* quatenus eius voluntariae praetermissioni praeferendum sit, nec votum facultatem faciendi quod melius est impedire possit.

2. *Distinguitur* votum *absolutum* et *condicionatum,* ad quod *poenali* ascribitur; *reale, personale, mixtum; publicum* et *privatum ; sollemne* et *simplex;* privatum *reservatum* et *non reservatum.* Voti publici relaxatio regimine legali definitur. Reservantur S. Sedi privata vota perfectae et perpetuae castitatis et ingrediendi religionem votorum sollemnium, quae absolute et post completum 18uro aetatis annum emissa fuerint.v

3. *Ratio vovendi* ex nostra inconstantia seu mutabilitate procedit. Suadenda sunt vota quaedam medicinalia quae, plerumque momentanea, petitiones Deo factas muniunt; et vota quae fecunda sunt semina bonorum operum.

Eideli votorum exsecutione, immobilem Dei sanctitatem laudamus et imitamur.

II. 1. *Natura* obligationis est religionis, qua oblationem Deo factam revocare vetamur; *extensio,* ex rationabili intellectu adhibitae formulae, semper in benigniora inclinando, colligitur; *vis* demonstratur materia, nisi quis, in votis privatis, obligationem minuere voluerit. Pro voventis intentione, materiae coalescunt vel non. In promissa actione singulari, gravis materia putatur (piae. pro tine intento, lege divina vel humana, sub gravi urgeretur.

Cum autem series praestationum vel actionum promittitur, coalescentia non est sicut in materia iustitiae urgenda; et plura distinguenda sunt secundum istam regulam supremam considerandi gravitatem obiecti ex suo tine intrinseco, et partium, ex sua relatione ad istum finem ceu totum. — Qui dubitat num votum fecerit liber praesumitur; sed conscius fuisse praesumitur qui in voto certe emisso dubitat nam compos sui fuerit. Si tamen ratio positiva probabilem efficiat defectum deliberationis, probabili sententia a voto exsequendo excusatur.

2. *EjreccutiOi* a) *Quando.* Votum sine die, quam primum commode potest impleri debet, ita tamen ut illicita dilatio non fiat gravis, nisi propter periculum oblivionis, impotentiae, aut notabilem materiae imminutionem.

b) *Per quem.* Votum, qua tale, est semper actus stricte personalis. Votum personale per solum voventem; reale etiam per alium impleri potest. Reale, ex c. 1310, ÿ 2, transit ad haeredes, qui tamen, sine auctoris testamento vel iure alteri acquisito, sola religione, non aliter atque ipse vovens, teneri videntur cf. *Quaeet. de religione,* n. 138. Votum communitatis stricte et immediate Superiorem vel eos qui voverunt obligat.

3. *Violatio* voti specifice differt a sacrilegio, ac gravior est quam sacrilegium vel periurium, quatenus Deum magis directe attingit. — Ipsa in bonis propositis inconstantia non est a levi culpa immunis.

111. *Cesftalio.* Votum exsecutione, sublata condicione vel causa finali, mutatione materiae quae fiat impeditiva boni vel impossibilis, ab intrinseco cessat. — Ab *extrinmco* cessat, *a)* per *irritationem,* seu usum iuris contrarii, quod, respectu minoris non emancipati habet pater, tutor vel mater; Superior religiosus respectu subditorum pro votis factis post professionem, et probabiliter maritus respectu uxoris. Hi ius habent in personam ; quare omnia vota etiam interna et pro futuro tempore, quae tempore subieetionis facta sint, valide irritare possunt: irritatio ista *directa* dicitur. Si ius in solam materiam cadit, irritans voti obligationem mere suspendere potest quam diu impletio voti eius iuri noceret ; — *b)* per *dispensationem,* seu plenam condonationem, quae divinitus, verbis « quodeumquo solveris » concessa, semper instam causam postulat, ordinis sive publici sive privati, valere tamen censetur si bona fide cum errore de sufficientia causae concessa sit. Ius tamen tertii quaesitum, solus Papa, ob causam publicam tollere potest. Vota non reservata ex ipso canone 1313, dispensari possunt a loci Ordinariis, a Superiore religionis clericalis exemptae, ab aliis (v g. confessoriis Ordinum mendicantium) quibus Apostolica Sedes potestatem delegavit. Haec etiam ad vota reservata non raro extenditur; — c) per *commutationem* seu substitutionem alterius operis honesti, in locum eius quod voto promissum erat. Votum non reservatum in opus melius vol etiam aequale ab ipso vovente; in minus bonum, ab eo cui facultas dispensandi competit, commutari potest. Ei cui votum commutatum est, integrum manet ad prius opus redire. — Professione autem religioso suspenduntur omnia vota antea emissa, donec

vovens in religione manserit (c. 1315); is potest quoque eadem in professionem religiosam saltem perpetuam commutare. Dispensationem quadam commutatione miscere plerumque praestat.

TITULUS III.

De vitiis virtuti religionis oppositis.

Utilitas. — In exponendis negativis virtutis religionis officiis, quibus omnia vitia religioni contraria arcere iubemur, quaestiones occurrunt quas simul utilissimas, delicatas et hodiernas merito vocare possumus. Quam utile sit proprio dictam superstitionem a vanis sed humanis artibus secernere, id coufirmabit missionarius qui ipsa experientia novit quautam, apud gentes miniis excultas, imprudens usuum reprobatio perniciem animarum inducere possit. Hodiernam et gravissimam esse quaestionem de spiritisme nemo negabit. In capite de blasphemiis, veras formulas blasphematorias a vulgaribus dicteriis seiungere iuvabit; simul autem de subiectivo reatu eorum qui formulas istas usurpant paulo accuratius quam interdum fit, quaestio examinanda erit. Neque ita a blasphematoribus trivialibus mens theologi occupari potest, ut ad peiores hlasphematores, qui scriptis suis Deum et divina contumeliis afficiunt, vix attendere queant. Intima sacrilegii ratio dein penetranda erit, qua quae divino, et quae humano iure sacra sint probe distinguantur. Demum in capite de simonia, legitimus usus Stipendiorum et taxaram clare demonstrari debet, et removenda est omnis confusio, quae, propter ipsam obscuritatem quam gignit, illicitis lucrandi modis viam sternere solet.

Ratio ordinis. — Quamvis quae Deo praestiterimus semper infra dignitatem et meritum Infinitae Bonitatis necessario haereant, nec. sub hoc respectu, nostra religio nimia fieri queat, vitiosus tamen esse potest noster modus Deum colendi vel etiam terminus quem religioso affectu prosequamur. Qua ratione dicitur homo cjvewi contra religionem peccare; ac vitium istud communi *tuperxtitioni* nomine appellatur. Haec igitur in superstitionem *ἰμια male roux Deux* colitur, et euporstitionem *ἰμια creatura huhbihix honoret neu obtequia obtinet,* dividenda est. unde duo articuli caput istud de superstitione componunt. In posteriore articulo de hodierno spiritisme sermo fiet.

Defectu vero contra religionem peccatur *irrcliyioxitale,* quae cultum Deo, eius Nomini, rei sacrae debitum contrarie negat. Huius plenior ratio, qua omne officium religionis deseritur, hic tractari non consuevit, quia, si manet ex contemptu, ad genus blasphemiac revocanda est et facile cum apostasia, de qua supra, eoniiingitur; si autem mera neglegentia fuerit, non aliam explicationem postulat, praeter ea quae do *aetdia* dicta sunt. Minus completa irreligiositas derogat vel reverentiae Deo debitae, per *ten lationem·*

Dei, per *hhinpluiniain* et per *pn-iiiriuni ;* vel reverentiae quire personis ant rebus «aeris debetur, per *ρΐκηι* et *xiinontaiii.* De singulis successive agemus, praetermissa qiiaestione de *pcriurio,* de qua in capite de inramento est actum.

CAPUT 1.

De superstitione et variis eius speciebus.

230. — Notio generalis. Superstitio est *falsa religio,* i. e. cultus vitiosus veri Dei, vel cultus falso Numini aut creaturae, cui exhiberi non potuit, redditus. Hinc duplicis est generis. Prioris generis superstitio peccat in modo, altera in termino honorando.

Ani icci.es I. — De vitioso cultu veri Dei.

Divisio. — ('ultus iste vitiosus est, *sire* quia *falsae est significationis, sire* quia eo *modo* exhibetur qui Ecclesiae consuetudinem ac praescripta violat: cultus iste dicitur superfluus.

231. — I. Superstitionem falsae significationis committit :

1. Qui Deum per caerimonias veteris legis, puta circumcisionem, honorare vult: haec enim Christum venturum significant.

Sed non votatur eircMiiicwio propter sanitatem aut munditiem peracta, vel, quod missionariis bene attendendum est. tamquam consuetudo gentilicia, vel in signum profanum adhaesionis cuidam nationi vel classi. Ubi talis mos fuerit, melius erit, si fieri potest, suadere ut mox post nativitatem fiat ipiain pubertas exspectetur.

2. Laicus qui publicum Ecclesiae ministrum agat; privatus qui sua *auctoritate* quaedam facienda proponit, quasi ab Ecclesia ad Dei cultum ordinata sint.

3. Qui falsas reliquias proponit, imaginem falsi» ut portentosam exhibet; qui se revelationibus auctum simulat.

I. Qui, ut populum moveat, miraculum aliquod factum esse mentitur, vel historiam reperiri in Scriptura sacra lingit.

Haec per se sunt *mortalia,* quia primae veritati sunt iniuriosa, et religionem in mendaciis fundant. A gravi tamen peccato excusare potest ignorantia vel simplicitas et ipsa materia levis, ut si, in vera doctrina confirmanda. quaedam circumstantia non explorata, pro certa exhibeatur.

232. — Consilia prudentiae. Praeter honorem Veritati reservandum, hodierna scientiarum studia postulant, ut nullum imaginis vel reliquiarum cultum *positive* foveamus, quarum authentia non moraliter constet.

Prudentia tamen qua scandalum pusillorum vitare debemus, simul postulat ne temere impugnemus quae ipsa usus diuturnitate titulum venerationis acquisierunt, quamvis fortasse distinctum ab eo qui vulgo rebus istis assignatur. Loca enim pia et res ex pia sanctorum devotione sacra fieri possunt.

Quare cc. 1283-12.85 authentiae reliquiarum consulunt; sed simul c. 1286 haec edicit: « Locorum Ordinarii ne sinant, maxime in sacris contionibus, libris, ephemeridibus vel commentariis fovendae pietati destinatis, ex meris coniecturis, ex solis probabilibus argumentis vel praejudicatis opinionibus, praesertim verbis ludibrium aut despectum sapientibus, quaestiones agitari de sacrarum reliquiarum authenticitate » (1).

233. — II. Superstitionem cultus superflui committit qui vero cultui circumstantiam quandam vanam, stultam, inconvenientem admiscet: v. g. si missae caerimoniis quaedam subiungat vel demat; si vim reponat in certo numero candelarum, in nomine quo sacerdos appellatur; si ipso *numero* qua tali orationum fidat; si certa ac firma spe orationes recitet quibus promittuntur speciales favores vel immunitates, etc.; si studiose eligat festa principalia ad ieiunandum. idque non ut maior sit mortificatio vel expientur peccata, sed in ipsa die spemj ponendo. Quamquam ipsa devotio ieiunandi in sollemnioribus diebus singularitatem sapit (piae per se parum commendanda videtur.

Ideo c. 1261 haec sapienter iubet: § 1 « Locorum Ordinarii advigilent ut sacrorum canonum praescripta de divino cultu sedulo observentur, et praesertim ne in cnltum divinum sive publicum sive privatum aut in cotidianam fidelium vitam superstitiosa ulla praxis inducatur aut qiiidquaiu admittatur a tide alienum vel ab ecclesiastica traditione absonum vel turpis quaestus speciem praeseferens ». Leges autem quas Ordinarius loci hac re pro suo territorio tulerit, etiam exempti religiosi servare debent, ot eorum ecclesiae vel publica oratoria in hunc finem visitari possunt (c. 1261, § 2).

(1) In his rebus maxime iuvat duplicem «criticam» rationem distinguere: alteram irritoriam, quae scandalose simplices turbat; alteram, doc am et prudentem quae errores paulatim dedocet: haec servit veritati, solidae pietati, atque obstacula vel praciudicia removet conversionis doctorum.

Superstitiones istae, cum magis infirmum indicium quam malam voluntatem prodant, nec materia (nisi mala fuerit) Deum graviter inhonoret, plerumque veniales in se erunt. Λ gravi tamen conscii istarum superstitionum auctores excusari nequeunt. Patet quoque graviter peccare obiective eum (pii, ad honorandum Sanctum. praeceptam abstinentiam violet; et blasphemum fore qui actionem inhonestam pro divino cultu adhibeat, vel votum faciat ad complendum facinus (aliter dicendum est si ad vitandum lictorem quidpiam honestum voto promittat).

234. — Rudes bene de recto rerum sacrarum usu instruendi sunt: ‹() ne superflua addant mediis in se bonis et probatis: ft) ut res in Ecclesia usitatas, v. g. ceram, aquam benedictum, etc. applicent una eum humili deprecatione et fiducia in Dei bonitate. non ita tamen ut ab his rebus, quasi ex opere operato, infallibilem effectum exspectent. Cfr. Voit. ii. 425. Superstitiosa securitas dillicultates contra veram fidem praeparat.

Articulus II. — De superstitioso cultu creaturae

235. — Observatio de ordine. Solebant antiqui, ae, post eos, solent adhuc non pauci moderni scriptores theologiae moralis, argumentum superstitiosi cultus creaturae ita exponere, ut primum de idololatria seu explicite creaturae cultu, dein de divinatione qua notitiae, tum de vanis observantiis, quibus alii offectus boni vel mali superstitiose quaerantur vel declinentur successive dicerent. (Cf. S. Thomas 2, 2, q. 94-96). Qui ordo, partini ex materia depromptus, inter ea quae toto genere gravia sunt et ea quae a gravi peccato practice excusantur, confusionem generat quae potius vitanda videtur ⁋ Quare satius videtur ad formalia discrimina attendere, ac distinguere indebitum et apertum cultum creaturae, seu idololatriam; implicitum, qui est in magia contentus, et vanas observantias quae ab illo cultu purificari possunt.

§ 1. — De Idololatria.

236. — Idololatria, quid sit. Vox *idvlum* Εἴδωλον, quae hodierno usu imaginem, statuam, symbolum falsi dei proprie significat, etiam de ipsis falsis diis dieta est. (‹'f. Prat, allegatum

(h Inde, ni fallimur, permoti sunt moderni ut implicitam daemonis invocationem a gravi peccato excusarent. Noe tamen fugit qua ratione vera daemonis invocatio speciem theologicam mutet quia sit implicita, potius quam explicita. (Sic, v. g. Akrtniis, I, 419.)

a Michel in *Diet. Theol.* Vacant, ad vocem *idolâtrie.')* Falsi dii inquam, i. e. qui nullatenus sit, vel saltem non sit deus.

Idololatria igitur, *stricte* est *latria* seu cultus soli Deo vero reservandus *qui falso deo vel eius imagini, statuae, symbolo redditur.* Ac duplex re vera idololatria antiqua distingui potest: altera, quae directe cultu latriae alliciebat personas quae dii saltem aliqua divinitatis participatione perhibebantur; altera quae immediate terminabatur ad imaginem, statuam, symbolum. Uniusmodi idola viri liberalibus studiis exculti, propter relationem sal. ·III repraesentativam personarum honorabant: dum vulgus paganus, etiam fortasse miris quibusdam phaenomenis deceptus, imaginem, statuam, symbolum eum ipsa divinitate confundebat. (Cf. Michel, *Diet.* Vacant, VII, col. 606). In Scriptura Sacra tum Veteris tum Novi Testamenti (S. Pauli) idola interdum *nihil,* interdum *daemones* esse asseruntur: nihil sunt, quia non sunt dii; daemones sunt, tum quia polytheismiis ad daemonem auctorem referendus est (Cf. Prat, l. e.), tum quia daemonis virtute fiebant mira quibus idololatrae decipiebantur (Of. 2, 2, q. 95 art. 7).

Ipsum principium mali honoribus affectum est, ut saltem cultu placaretur.

Xeque aliter hodierna idololatria barbarorum intellegenda est: in idolis *(Fétiches)* quaedam virtus inesse censetur.

Generaliore autem ratione, *idololatria omnem vitiosum creaturae cultum significat.* Namque cultus Deo, Domino et Benefactori nostro debitus postulat ut omnia vel ab Ipso immediate, vel mediate secundum ordinem ab Ipso praestitui uni et virtutes ab Ipso collatus, exspectemus.

<Jui ergo quidpiain obtinere contendit per virtutem quam esse Deus noluit vel quam ad nostros usus minime ordinavit, in vitium idololatriae incurrit: reddit creaturae honorem qui ad Deum referri nequit.

237. Quotuplex sit. Porro distinguitur idololatria *materialis,* quae sine interno affectu, v. g. ex *metu* simulatur: et *formalis,* quae ab intentione cultus proficiscitur. Haec dicitur *perfecta,* cum quis adorat solem, idolum quod ex infidelitate Deum esse aestimat: *imperfecta,* cum quis vel ex odio Dei vel ex cupiditate aliquid a daemone vel ab alia creatura, sine subordinationc sub divina voluntate, obtinendi, ei honorem indebitum quasi Deo

exhibet. Idololatria itaque saepe cum infidelitate vel haeresi coniungitur; *formalis* est objective gravissimum peccatum; et perfecta est *obiectire* gravior quam imperfecta, *tiubiectire* tamen, propter magis consciam voluntatis malitiam, imperfecta potest *immediate* seu in se (non autem in causa) esse gravior quam perfecta. Materialis est quoque grave peccatum, quia est saltem mendacium perniciosum contra religionem; et saepe etiam externae fidei confessioni adversatur.

23S. — Quaesiti effectus. Interdum, per expressum cultum, generalis quaeritur protectio ad bona impetranda, vel immunitas a malo (ut quaedam ludiarum gentes); interdum invocatio mere huc tendit ut obtineatur notitia de rebus occultis, maxime de futuris contingentibus. Alii quoque effectus: scientiae sine labore, sanitatis sine remedio exteriore quaeri possunt. Peculiari mentione dignus est usus *maleficiorum,* de quibus sermo n. 246 redibit.

239. — Daemonis invocatio. 1. *Expressa inroratio daemonis* habetur, cum formaliter petitur ut daemon (vel falsus deus) quaedam *doceat,* sive per se in apparitione (praestigiis); sive per *pythones* (homines vivos obsessos vel possessos), sive per mortuos qui appareant *(necromantia),* sive per somnia *(oniromantia),* sive per figuras et signa *(yeomantia, haruspicia).*

Ad expressam invocationem pertinet generalior *pactio cum daemone,* qua quis universaliore ratione se daemoni mancipet. Quod est peccatum idololatriae et praeterea sacrilegii et odii sui. Generalior, impiam, partio; nam peculiaris pactio in omni expressa daemonis invocatione continetur.

Moralitas. Omnis expressa daemonis invocatio est *yraris peccati* arguenda. Peccatum istud non variat specie contra religionem. propter varietatem effectuum qui quaesiti sint: sed pro qualitate istorum effectuum, contra caritatem vel iustitiam praeterea peccari potest.

2. *Tacita'in vocatio.* (him autem nulla creatura invisibilis notitias. neglecta dependentia a Deo. suppeditare queat, excepto daemone. *absolute* facta creaturae invocatio necessario ad daemonem terminatur. Qui autem quaedam a daemone postulat, illicitum init commercium cum inrato Dei hoste; diffidit divinae Providentiae, indignam et Deo sicut Christo iniuriosam subiectionem daemoni profitetur, et se periculo damnosae deceptionis exponit: quod

admittere non possumus quin ipsi caritati ad nos derogemus. Si praeterea propria Dei scientia daemoni tribuitur, nova ratio blasphemiae accedit. Cf. 2, 2, q. 94 art. 3, ad 2.

2+0. — Quid iudicundmn est de cultu quem non pauci barbari exhibent maioribus defunctis: sive, ex omissis Iionoribns sibi mala timeant, sive, propter tributos honores, beneficam ab ipsis actionem exspectent. Cante in hac re procedendum est, ne excessu vel defectu peccemus.

Persuasio de permanente exsistentia animarum quae corpus exuerunt, veritate fundatur et salutaris esse potest.

Defunctos honoribus atficere, propter dignitatem qua in terris aucti erant, vel proximitatem ad nos, vel propter beneficam actionem quam viventes exercuerunt, pertinet ad laudabilem pietatem et gratitudinem quam, omni aetate, populi maxime exculti et ehristiani fovent et demonstrant.

Ab ipsis autem vel mala timore vel bona exspectare in praesenti, est *faleum,* nisi fundetur in eorum bonis meritis et eoniunctiono cum Deo; est *Kupcrttitiosum* objective, si potestas ista, in sua origine vel exercitatione nt soluta a divina Providentia concipiatur.

Practice igitur cultus iste quem barbari sine ulla malitiae suspicione, innuo cum ofiicii conscientia suis maioribus reddunt, potius quam statim et absolute vituperandus sit, est ab erroribus purgandus.

§2. — De Magia.

241. — Magiae notio, moralitas. 1. Secundum hodiernas analyses psychologicas (x), cultores deorum a *magis* hac nota distinguuntur, quod priores supplici prece, posteriores vero, sive in certis adiunctis sive perpetuo (vere vel licte) sibi colluta potestate mysteriosa uti contendunt et gloriantur. Potestas ista per inedia exercetur quae sine ulla proportione sunt cum effectu quaesito, vel generaliter homini naturaliter praesto esse non censentur. Quare eam mysteriosam vocamus. Magia itaque Uniusmodi potestatem vel eius usum designat, dum olim *magia* erat generale nomen artis superstitiosae, vel eam designabat quae ad miros effectus, corporum immutationes dirigitur.

Nulla itaque exercetur magia ab eo qui, errore in scientiis naturalibus deceptus, vana adhibet media, ridiculas medicinas quibus naturalem virtutem inesse existimat (ut barbari ex quibusdam ligaminibus vel gestatis rebus membri refectionem sperant).

C(r. D Ales, *Diet.* <Γ*a/fologitiqus,* verbo

2. Si potestatem illam magus per expressam pactionem cum daemone sibi factam existimat, manifesti» et gravi superstitionis peccato, tum in ipsa anteriore pactione, turn in conscio usu potestatis cuius origo sit diabolica, peccat : magus instrumentum diaboli esse annuit.

Qui autem conscius sibi esse videtur potestatis quam simul existimat praeternaturalem et non a Deo profectam, sive recte, sive erronee indicaverit, *subiective* reus est. in operando, tacitae invocationis daemonis, quae a gravi excusari nequit.

§ 3. — De vanis observantiis.

242. — 1. Nomine vanae observantiae intellegimus *usus, tum negativos tum positivos, per se ad finem intentum ineptos.*

2. *Moralitas.* Vani isti usus adhiberi possunt ut ritus sacri quibus dii colantur vel magica potestas obtineatur aut exerceatur: tunc grave idololatriae vel invocationis expressae aut tacitae daemonis peccatum necessario committitur t1). Potest quoque fieri ut extra omnem ritum sacrum adhibeantur, sine firma fide, sed ob levem quendam timorem ne ita sit, vel ne quod protenditur eveniat. De illo usu solent theologi benignius respondere, ita ut. praeciso scandalo, eum pro mere veniali habeant, nisi quis quasi totam vitam suam somniis et huiusmodi signis dirigere voluerit. Verum, ut sic respondere possint, opus est ut negent in istis adiunctis tacitam cum daemone pactionem vel implicitam eius invocationem inesse, eum omnis pactio eum daemone, vel omnis eius invocatio non possit non esse obiective grave peccatum.

Ite vera autem psychologica analysis eorum qui sic abstinent congressu ubi 13 numero forent vel itinere fer. VI instituendo; vel <pii quaedam indifferentia agunt, ut (piando certo numero, nee plus nec minus, preces fundunt, vel tali situ vel gestu recitationem complent, quid nobis demonstrat? Ipsos eo animo illa vitare vel haec agere, quia, si forte quod timebatur eveniret, nollent infortunium vel adversas res alicui neglegentiae suae imputari; quia, ante eventum possibilem, cupiunt se aliqua anxietate liberare; quia, post mira huius saeculi inventa (v. g. telepathiae) secretam fortasse virtutem naturalem suspicantur. Ita, si futura contingentia soli Deo innotescunt, nonne myste-

t1) Idololatriam cum spociali rituali arte coniunctam esse monet Prat, art. c«t

riosae factorum praeparationes pluribus anterioribus apprehensionibus *(presentimenti)* demonstrari videntur? Atque, utcumque res se habeat, cum nullo praecepto cogantur tredeciin numero mensae assidere vel t'eria VI iter facere, vel tali gestu abstinere, aliquam maiorem securitatem ex observantia, quam ceterum parum rationabilem esse facile fatebuntur, capere cogitant. Ita ergo longe distant ab iis qui, conscii naturalis improportionis, quendani effectum per hniusmodi observantias absolute producere volunt: hi quidem tacitae pactionis cum daemone sunt rei. non vero illi, nam animum potius formidolosum quam stricte superstitiosum manifestant. Cernitur tamen in eorum actione defectus quidam fiduciae in divinam Providentiam, qui divino cultui venialiter derogat. Ac maior est inordinatio eius qui positive quaedam adhibet quam qui quaedam ex isto timore omittit. Iinnm. constans usus istorum mediorum seu vanae observantiae gravem diffidentiam proderet propter (piam merito gravis peccati arguitur. Hinc non graviter reus erit qui consulto vitet (piae augur ipsi damnosa fore ex manus lineamentis collegit.

Gravius carpendi sunt (pii positive, ut in recenti bello accidit, ridicula quaedam amuleta gestant. Quamquam et ii. si cuidam timiditati cedunt, non mortaliter rei dicendi sunt.

243. Protestatio qua quis commercium cum daemone excludat inefficax quidem est, si (piis media adhibet (piae certo novit sine virtute diabolica in concretis adiunctis obtineri non posse, vel si (piis, talem virtutem suspicans, nihilo minus effectum absoluta voluntate persequitnr. Is enim vult effectum, etiamsi diabolicus fuerit. Verum, qui in dubio de causae natura omnem participationem diabolicam praevalenti voluntate abnuit, nec cooperatur, cooperatione formali vel materiali non excusata, eum iis (pii ad daemonem expresse vel tacite recurrunt, tacitae daemonis invocationis reus esse nequit.

Cum tamen gravis suspicio est diabolici interventus, gravis causa, (pialem magistri theologiae vel scientiarum habere possunt. requiritur ut (piis, etiam praemissa, (piae facienda est. protestatione, talia licite exerceat. Etenim, si ipsi exorcismi rituales infallibilem etlicaciam non habent ad daemonem expellendum, multo minus privata oratio daemonem interventu certo prohibebit. In ista igitur exercitatione continetur quaedam activa permissio interventus diabolici, quae ex motivo religionis et ad vi-

tandtun periculum damni ex veri simili commercio cum nefario et callidissimo hoste, sine causa, nobis vetatur. Cf. ιγ Λν ν ιβ. 11,54 fine.

Insta quoque et proportionata causa etiam postulatur pro cooperatione, etsi mere materialis sit, cum iis qui saltem subjective sunt superstitionis rei.

244. — Corollaria. 1. *Arhm Pythonum exercere* non licet, etiamsi nulla media inhonesta adhibeantur, et sine lirina fide coniocturac de rebus futuris fiant, v. g. ex dextrae, lineamentis, nisi intentio *iotaudi* exterius manifestetur. Non pauci enim scandalum superstitionis inde patiuntur; non pauci damnose decipiuntur in rebus suis, vel, timoribus perculsi, re vera causam dant cur formidata mala subeant.

Qui autem sine firma fide et scandalo, ex quadam curiositate, vel ad risus ciendos, hniusmodi personas consultum adit, non peccat, nisi forte vonialiter. Cf. Sanch. *Dec.* L. 2, c. 38, n. 20; e. 10, n. 13; Ball.-Paimieri, *Dp. Theol.,* II, 347.

2. Homines per somnia quaedam rite doceri, ipsae ss. litterae nos monent. Verum prudens spirituum discretio hic facienda est. Ut praeternaturalein eamqiie bonam originem somnio ascribas, oportet ergo nt res *in st* sit Deo non indigna; ut ad bonum opus impellat; ut animae finalem saltem pacem aderat et ad caelestia erigat. — Ut autem «piis plene fidat somnio, fere certus esse debet de divina origine. Teste enim S. Ai.rtt. 1. 3, n. 9, Dens, dum talia immittit, simul hanc certitudinem praebet. — Atque hoc excluso casu, qui iudifierentes quasdam somnii non quaesiti indicationes sine plena fide sequitur, ita v. g. ut emat eos « numeros » loteriae quos somniatus est, vel vitet iter quod ipsi pro periculoso ostensum est. non est certi peccati arguendus, praesertim eum mysteriosae nonnullae futurarum vel distantium rerum praevisiones interdum saltem confuse habeantur.

3. Ob iustam causam, cum alia media evacuandi dubium desiderentur, fas est, praemissa humilii prece **sortes consultorias** adbibere, dummodo a solo Deo indicium exspectetur. Ut si quis in bivio positus, nescit quaemim via sumenda sit, et bonam iniri aliquantum referat.

1. Certi *usus derotiouis,* \. *g.* circumeundi ter altare vel sacellum, seminandi vel plantandi tali Sancti festo, non sunt superstitiosi, sed rationes implorandi auxilium B. M. V. vel Sancti, nisi circumstantiae istae putentur infallibiles, aut plane necessariae, aut per se efficaces. Nec novemdiales devotiones improbandae sunt, quatenus fundantur quadam revelatione, vel honorant quoddam mysterium, pnta menses quibus Christus fuit in utero, vel imitantur exemplum apostolorum in praeparatione Pentecostes, vel condicionem indulgentiae implent; supersitiosum tamen foret credere eas preces non prodesse in maiore vel minore numero.

5. Sicut iam monebat Ua IETAnus, in 2, 2, q. 96 art. 2, abest formalis supers! itio ubi, ex ignorant ia, naturalis vel divina \ irtus in quibusdam remediis vel usibus inesso aestimatur. Sic ipsa S. C. *dt P. 1'.* superstitione exemptum

pronuntiavit ηβηιη Sinensium explodendi, tempore eclipsis, tormentum bellicum, ne draco Innam devoret. Quare missionarii, cum inepta quaedam remedia a barbaris adhiberi deprehendunt, v. g. quaedam ad collum appensa obiecta, ne ilico putent ea osse superstitiosa, sed genus virtutis quod inesse existimatur explorent.

Imrno, ex sententia Caietani, in art. 4, plerumque aut non peccant aut venialiter tantum qui simplici corde observant quosdam ritus ab Ecclesia non receptos, quibus, praesertim si a maioribus edocti sunt, sperant effectue non nullos divina virtute secuturos: ut qui contra definitum morbum gestant primam monetam in l'arasccve Christo oblatam. Haec itaque potius pro ineptiis non propagandis habeantur, quam scrupuli de gravi reatu illiciendi sunt.

6. Perse patet nullam illicitam exerceri divinationem ab iis qui ex vultu, membrorum dispositione, lineis et partibus manus, scripturae notis, temperiem corporis, immo etiam animi propensiones et affectus probabiliter *conicient.*

Nec superstitionis argui potest usus *virgae diriiiatoriae,* quae ubi metalla fodienda sint vel fons aquae lateat quadam sui inclinatione vel agitatione revelaro censeatur. A sola enim attractive virtute naturali, sive vera insit sive inesse falso existimetur, effectus exspectatur.

245. — In dubio de virtutis qualitate, effectus, dummodo, propter analogiam cum effectibus certo naturalibus, probabilem esse sinat causalitatem naturalem, potius naturalibus viribus ascribatur. Et quae hodie inventa sunt vel etiam observata v. g. de naturali telepathia, talia sunt quae praesumptionem virtutis naturalis confirment. Generali tamen ratione ignoratae virtutis naturalis inniti nequit prudens conclusio qua omnia praedicarentur naturalia Cf. quoque dicta n. 243.

246. — De Maleficiis. *Malejicium* est vis nocendi aliis ex paeto et cooperatione daemonis comparata. Aliud dicitur *amatorium* seu philtrum, cuius usus est ad carnalem amorem vel odium excitandum, daemone hominis phantasiam commovente, ita tamen ut libertas non auferatur: namque daemon nihil in voluntatem agere potest. Aliud est *veneficium,* quo alieni personae vel eius bonis damnum infertur.

Etsi, ne hodie quidem, usus maleficiorum plane exsulare videatur. atque, in quibusdam coetibus occultis, horribiles artes interdum exerceri videantur; quia tamen haec plerosquc latent, et quia popularis credulitas nimis ad suspiciones maleficii propensa est. parochi et confessarii potius eos cohibere debent qui temeraria maleficii accusationem gravem iniuriam innocentibus inferunt.

Neque ipsi prompti sint ad effectus supernaturales agnoscendos. Quain saepe, praeternaturalis explicatio sola ampliata factorum narratione postulabatur, ita ut seria inquisitio vel fraudem quampiam vel nihil valde mirum detexerit! Simul prudenter rudes dehortantur ne ad vanas et superstitiosas artes in morbis, praesertim animalium, confugiant, sed a peritis medicinae consilia requirant.

§ 4. — De Spiritismo hodierno.

247. — I. Notiones. Spiritismi nomine stricte venit formalis evocatio spirituum defunctorum qui, a) varia mira peragant: strepitus, mensarum rotationes, pulsus, sonitum instrumentorum musicorum quae nulla manu moveantur, scriptiones quas dixeris automations, materiales apparitiones, interdum photographica imagine servatas (/), « levitationes » quibus personae vel res in aerem certa distantia a pavimento attolluntur; *b)* ac potissimum curiositati interrogantium satisfaciant, varias dando notitias de defunctis, de altera vita, de rebus abditis, de adhibendis remediis, de futuris contingentibus.

Latiore iam usu, spiritisnius dicit eadem phaenomena, v. g. responsa per pulsus mensarum, sine formali seu expressa spirituum evocatione obtenta.

Saepe vero adhibetur *medium,* seu, secundum strictam notionem, persona apta, quae inter viventes et mortuos mandata deferat et referat. Inde, si proprie loquamur, non est vel censetur esse «medium» nisi qui alterius agentis sit causa instruinentalis. Effectus autem cuius causa *principalis eat,* vel *esse putatur* alter agens (intellectu et voluntate praeditus) dicuntur *psychici,* seu *metapsychici.* propter eorum originem seu quia ab anima aliena sint vel censeantur profecti ; dum *physici* dicuntur effectus (pios medium tanquam causa principalis operatur (Cf. Heredia, *Spiritism and common sense,* p. 54).

Aliae personae « *medium* » sunt *publicae* seu publici usus, quae se omni occasione exhibentes, quasi pro arte sua habent agere medium; aliae sunt tantum privati usus.

II. Historica. A remota iam antiquitate, solebant homines per pythonissam (seu personam quae pythonem habere censebatur) mortnos do variis robus occultis interrogare. Exemplum nobis aifort S. Script, in L. I Sa-

C·. Thurston, S. I , *Tht frabitm of m^ttrialiaatiau^ Month,* 1922, p. 331 ; 19-3, p. 07 μ . ; 227 m. ; 334

muelis («eu Rogum). c. 28, v. 6-19; quo loco Saul, post frustra interrogatmn Dominum, adit Pythonissam quae, roganto rege, Samiiolem suscitavit nt Sanlum de futuro eventu instrueret. Triplex autem de facto isto explicatio proponitur. Pleriqne SS. Patres (S. Arenstints dubius haeret) existimant daemonem in figura Sainnelis apparuisse; postea. a tempore pseudo-reformationis protestauticae, scriptores catholici Samuclem, re vera, permittente Domino, comparaisse arbitrati sunt: nec defuere qui totam rem ad fraudulentas Pythonissae artes ascriberent.

Hodierni spiritismi antesignanus fuisse perhibetur quidam Swedenborg (1688-1772), qui anno 1715 Londini visionem sc habuisse declarabat, post quam cum spiritibus habituale commercium inire potuit, cuius fructu» fuit serta protestantica. Sed potius visionaries dicendus est. cuius methodi nimis ab hodiernis evocationibus distant. Quare originem praesentis spiritism! potius referunt ad mysteriosos strepitus qui. in rustica domo lori Hydesville (Americas Septemrrionalis) anno 1817-1848 auditi a filia Fox, eam impulerunt ut interrogaret num forte alieni spiritui defuncti strepitus tribuendi essent. Recepto responso affirmativo, coepit ipsa et soror communicationes cum spiritibus tenture, propter quas binae filiae mox universalem celebritatem obtinuerunt. Anno tamen 1888, altera ex sororibus confessa est omnia fuisse ficta, et credulitatem matris occasionem fraudi dedisse (Cf. Heredia, op. c., p. 11-11).

lude coepit diffundi usus communicandi (vere vel apparenter) cum sic dicti» spiritibus, ita ut in Statibus Foederatis America© et in Canadensi regione sint pluries milies milia sociorum (Rocre, Λγ *mrrrcilhur tyirite,* c. 12). Namque iam anno 1900 consortium Statuum Foederatorum et Canadensis regionis (National spiritualistic association of America) declaraverat ibi esse 10.000 *medium,* 350 contionatores propagationi addicti, 82 templa.

Etenim spiritdamns jn sectam religiosam excrevit, quae innixa scientifica (ut asserunt) demonstratione, a communicatione inter viventes et defunctos tamquam exordium sumit, ab iis dogmata sua accipit: infinitam intelligentiam divinam; permanentem, post mortem, personalem identitatem; negationem poenarum aeternarum, et sic porro.

III. Damna. Praeter haereticas suasiones quae ibi Hunt, assidua praesentia in coetibus spiritisticis phantasiam excitat, mentem perturbat, homines propensos facit ad superstitiones colendas. Ac seria spirituum evocatio evocantem formalis superstitionis reum ellicit. Itaque cum pessimis consectariis moralibus spiritismus conectitur, ita ut hac saltem ratione, etiamsi diabolus manum scribentis responsa non arripuerit, spiritismus, sicut omnis haeresis, opus diabolicum merito appellari possit (1).

(1) De damnis quae ex usibus spiritisticis timenda sunt, ci. P. Chrlf.s, S I., *A dc iffiritiitn/. N&irv. Tkfol.,* !921. p. 113 ss.

IV. Obiectiva rerum interpretatio. In primis, (pii animo praeiudiciis vacuo allegata preserutantiir. magis ac, magis ad hanc conclusionem perveniunt, pleraque mira consuetis fraudibus et collusionibus circulatoriis tribuenda esse. De hac re conveniunt RR. PP. KouRE in Gallia (Λβ *merveilleux. spirite. Le spiritisme d'aujourd'hui et d'hier)*·, Thurston (in Month. 1917,]). 226 ss. *Spirit phenomena),* in Anglia: Zacciii (). Pr., Λo *spiritisme e la sopracrirenza dell'anima,* in Italia : et in Statibus Foederatis Aniericae, Heredia S. 1., qui ipsa artificia quibus «medium» utuntur detexit, ita ut maxime mira imitari potuerit; et in libro « *Spiritism and common sense* », plures artes revelat, demonstrat etiam quomodo viri scientiarum periti, sint minus idonei ad fraudes istas dignoscendas, et plures recitat confessiones « medium » (pii, postquam maximam famam sibi adepti erant, fatentur se fuisse deceptores (x). Quare ab aliquo scribi potuit : (pio magis facta explores, eo minus mira apparent.

Quod ad ea, pauca numero, (piae sine circulatoriis artibus vere acciderint, scriptores in quattuor sententias abeunt. Alii, inter catholicos, fere omnia diabolico interventui imputant, abutentes hoc principio, diabolica esse ex praesumptione indicanda omnia, si quaedam diabolica esse demonstrentur. Cui dicto P. Zacchi, op. c. XII hoc opponit: « Perdie qualclie raro fenomeno spiritico si mostra refrattario ad ogni spiegazione naturalistic». non è permesso alfermare, come si fn da multi. cbe tutti i fenomeni dello spiritism»), senza distinzione, sono dovuti a cause extranaturali ». — Alii, « spiritistac ». ab hoc initio proficiscentes, haberi, praeter corpus materiale et animam, corpus aliquod magis subtile (corpus sidereum) (pio anima cum rebus exterioribus communicat, eadem tribuunt animis defunctorum (piae, per sidereum (astrale) corpus a « medium » possessum, cuius vis a spectatoribus augetur, istas actiones exteriores peragunt. Alii

(«i Nuperrime celeber GvziK ausus est so committere examinandum non nullis doctis viris Parisicnsis Facultatis scientiarum et Instituti dicti « Collège de France»; i. c. DI). P. I angevin, Etienne Rabaud, Laugier, Λ. Marcellin, I. Meyerson» Experimenta, incoepta 6 nov. 1923, in me lio mense decembri finem habuerunt, ita ut per sex hebdomadas protracta sint. Sic in officiali relatione inserta in *L'Opinion* et *La Crj>i.it* 21 déc. 1923 concludunt: ‹ Les soussignés déclarent que leur conviction est complote et sans reserve: les phénomènes qui leur ont été présentés ne mettent en jeu aucun mécanisme mystérieux. — Le médium les produit: en se servant de son coude pour certains contacts appliqués a la région de l'épaule; — en libérant du contrôle une de ses jambes: il réalise alors déplacements, contactsr projections d'« bjels nu moyen de ce membre libéré ». Cf. ctiara *Docnnitnlaii n cathoPtguel* 1924, p. 495 ss.

[247.J

omnia naturalia esse existimant; explicari autem cryptomnesia (memoria inconscia). telepathia et quadam nondum bene cognita virtute corporali, quae ad magnetism uni qnendam animalem ascripta a non nullis fuit.

Alii haec praemittunt: *a)* Non ideo quod hodierna explicatione careamus ad praeternaturalem originem confugere merito licet. Quam plura in quibusdam factis certo naturalibus manent mysteriosa; quam plura quae olim pro vere praeternaturalibus phaenomenis habita essent hodie scientiiicas formulas admittunt! *b)* t'outra explicationem praeternaturalem faciunt: perpetua repetitio eiusdem phaenomeni in iisdem adiunctis; necessitas quarundam circumstantiarum; limitata ratio (pia, v. g. non ultra certam altitudinem persona vel res attolli queat: liquet enim spiritum physicis legibus non esse obnoxium, c) Communicatio cum anima defuncti, (piae sine Dei permissu fleri nequit, raro quidem permittitur; sed nullatenus pro normali et ordinaria haberi potest, ita ut certae iussiones vel caerimoniae nostrae illam communicationem determinare vel inducere possent (’). Nec angeli boni sic fiunt servi nostri. Exclusis autem bonis angelis et animis separatis, non superest nisi praeternaturale diabolicum. Ilis positis, sententia ista plura tribuit consuetis fraudibus et collusionibus circulatoriis; plura alia in speciali vel morbido statu personarum explicationem habere existimat. Pauca quaedam vehementer suspicatur *xatanicum* prodere interventum, meliorem tamen factorum demonstrationem exoptans.

Sic alterum Cone. *Baltimorenxe* (T. I. c. 7, n. 36) pronuntiavit: «Bene vero videtur esse exploratum, plura quae in circulis Spiritismi exhiberi phaenomena miranda dicuntur, vel esse omnino ementita et operatorum inter se collusione fraudulenta producta, vel personarum quae dicuntur media imaginationi et spectatorum credulitati esse praesertim ascribenda, vel demum manuali cuidam dexteritati, qualis apud praestigiatores usu venit esse tribuenda. Vix dubitandum tamen videtur, quaedam saltem ex iis a Satanico interventu esse repetenda, cum vix alio modo satis explicari possunt ».

Haec est quoque conclusio nostra. Haec utiliter addenda putamus. Ex *Rituali Ramano,* t. X, c. 1. «signa obsidentis dae-

(1) Quod etiam de ănimi limborum valere arbitramur. Miram de hac re hypothesim profert Thurston S. I., *ConiunicatiNf with the dtad* (Month, 1917, ρ. 139 ss).

nioiiis sunt: ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intellegere; distantia et occulta patefacere; vires supra aetatis seu condicionis naturam ostendere; et id genus alia quae, cum plurima concurrunt, maiora sunt indicia ». Signa ista formaliter vera manent; sed quandonam re vera adsint, id aliter atque olim, propter facta recens observata, indicandum est. Ex quo enim rationabiliter admittendum videtur, esse qui in corpore mysteriosam quandam virtutem interdum explicent; haberi, per phantasticas repraesentationes mutuas, sine loquela orali vel scripta, communicationes; stupendam quandam vim praesentiendi facta in quibusdam inesse (x), multo cautius dicemus vere haberi communicationem ignotae linguae vel imperviae naturaliter. — Praeterea iam ipse Apostolus (I Tim. 4, 7) loquens de erroribus satis similibus spiritistarum, nos monuit ut ineptas et aniles fabulas devitaremus, nos autem in pietate vera exerceremus. Atque honor verae religionis postulare videtur ut ipsa severitate (pia facta comprobemus et dein diiudicemus, ostendamus minime nobis opus esse miseris phaenomenis spiritisticis ad roborandam nostram fidem, huic autem prorsus alia subesse fundamenta rationalia; ac removeamus periculum lugendarum deceptionum «piarum recens memoria nos prudentiam docere debet. Credulitatis facilitas minime cum promptitudine Fidei confundi potest.

248. — De inoralitate usus vel participatione, sola spectata *religione,* haec dicenda videntur: 1. Coetibus spiritistarum, ubi ex evocatis mortuorum animis de ipsa religione et factis mundi invisibilis certiores fleri contendunt vel cupiunt, *active* cooperari profecto nefas est. Sive enim vera sive conficta sint prodigia, mera ac saepe putida in his exercetur superstitio. Cf. litt. 0/7'. 30 iul. 185G. — 2. Superstitiosum quoque fuerit mysteriosis istis mediis uti ad cognoscendas res quae humanam scientiam certo transcendunt. — 3. Qui animo a superstitione alieno, ita ut diabolicum interventum repudiet, adest experimentis vel in se dubiae naturae vel quae ipse persuasum habet esse ordinis naturalis, superstitionis quidem argui nequit, sed malam seu periculosam curiositatem plerumque fovebit. — 4. Quare

(x) Sunt in Westphalia personae, vulgo *Kiektrs* vocatae, quae quadam dote res praesentiendi praeditae videntur. Cf. Zur B<»nskn, *Das zwritf Gtsicht (Du* I x\ic à *liir· klichkrii und Il'essn, — Netu»e Gorges* Fr»burgi Brisgoviae, 1923.

die 24 apr. 1917, in plenario conventu, S. ‹ Illicium haec edixit (A. A. S. t. 9, 1917, p. 268): Proposito dubio: «An liceat per *Medium,* ut vocant, vel sine. *Medio,* adhibito vel non hypnotisme», locutionibus aut manifestationibus spiritisticis qiiibu.scuinqiie assistere. etiam speciem honestatis vel pietatis prae se ferentibus, sive interrogando animas aut spiritus sive audiendo responsa, sive tantnn. aspiciendo, etiam cum protestatione tacita vel expressa nullam cum malignis spiritibus partem habere se velle. — Negative in omnibus ». — Ratio est, quia etiam meri testes favent rei illicitae, atque inutili periculo interventus daemoniaci et proprii damni se exponunt. — 5. Haec itaque est regula generalis. Verum non mere aspicit vir peritus et satis expertus, qui intervenire velit ad fraudem detegendam et denuntiandam, ad fortunam huiusmodi superstitionum minuendam pluriumque deceptionem tollendam. Quare, dummodo scandalum alienum satis removeat, id non putamus positive vetitum, praesertim si Ordinarius tale consilium opportunum indicet. — 6. Et quia pro habilia argumenta et recentes inventiones in eam opinionem ducunt, esse vires quasdam corporales nobis adhuc ignotas, periti viri prohibendi non sunt quin scientificam earum indagationem peragant sine alieno scandalo et physicis corporis vel mentis detrimentis. Verum hic de nulla spirituum evocatione sermo esse potest. — 7. Manifeste impium fuerit adhaerere se ctis pseudo-religiosis in (pias, ut supra diximus, spiritistae conveniunt.

249. — Sanctiones canonicae. Praeter generale vetitum consulendi eos (pii pythonem possidere dicebantur, seu divinatores (I)eut. 18, 11; Levit. 19, 31), evocatio mortuorum ad veritatem discendam Dent. 18, 11 et Levit. 20, 6. 27 speciatim prohibetur. — Plures canones antiquiorum Conciliorum consultationes divinorum, augurum, sortis inhibuerunt. Eos collectos videsis in Decreto Gratiani, Causa III, q. 5, c. 9; C. XXVI, q. 5, cc. 1.2. 5-10; et in Decretalibus, V, 21, e. 1-3. — Constitutiones Pontificiae contra sortilegia, legi possunt apud Ferraris, v. Sortilegium (VII, p. 470). — His, quod ad spiritismum, accesserunt decreta »S. Oricii, 21 april. 1841; 8 iul. 1847; 21 maii 1856; 30 iul. 1856; 2 april. 1824; 24 april. 1917 (hic supra), quod sane circumscribendum est coetibus ubi vere tentant colloquia eum defunctis inire vel horum manifestationem obtinere. — ›8. *Pae-*

nitcntiarid rem attigit suis responsis 1 iul. 1841 et 1 febr. 1882 (A. S. 8., I, 177). Ex c. 2325, qui exercuerit superstitionem ab Ordinario puniendus est.

250. — De magnetismo animali et hypnotica suggestione. Exeunte saec. XVIU multus sermo fuit de propria quadam ventium corporum virtute mysteriosa. quae, propter tunc detectam virtutem magneticam electricam, nomen obtinuit magnetismi animalis. Hodie varia nomina usurpantur: Od ; vis nervosa radians; vis vitalis tluidica; vis psychica; vis ideoplastica. teleplastica (cf. Za c CHI, op. c., p. 191), vires physico-psyeliieae : (piae verba nihil explicant. Uniusmodi virtute quosdam medium esse donatos, admitti potest. Quam exercent potissimum in speciali excitatione quam « transe. » nominant. — Hypnoticas suggestiones ipsi quoque pati possunt; sed hae iam multo magis a phaenomenis spiritisms separari consueverunt, ita ut potius ubi de cura propriae vitae et sanitatis agitur locum reperiant.

SUMMARIUM.

251. — *Superstitio* est *falsa religio,* i. e. cultus vitiosus veri Dei vel cultus prohibitus creaturae, et dicitur religioni por excessum oppositus.

I. *Cultus ritiosus reri Dei* potest esse *falsae significationis,* ut eum per abrogatas V. L. caerimonias, vel per usurpatum ministerium, vel per falsas reliquias aut miracula quis Deum honorare velit : quod, per se mortale, ignorantia, simplicitate, vel levitate materiae a gravi excusari potest : — est cultus *superfluus,* qui peccat in modo et circumstantia : ut si quasdam caerimonias addas, vel ipso numero orationum, qua tali fidas : haec potius venialia censentur. Rudes de recto sacrarum rerum usu docendi sunt.

II. *De supertitioso cultu creaturae.* Ordino de idololatria, do magia, de vana observantia et de hodierno spiritismo agemus.

1. Do *idololatria.* Idola tum falsos deos tum, idque magis proprie, eorum imagines, statuas, symbola significant. Quare idololatria *stricti* est cultus latrino falso deo aut alicui eius imagini vel symbolo tributus.

Materialis idololatria cultum simulat ; *formalis* vere reddit. *Perfecta* idololatria adorat creaturam quam ex infidelitate Deum esse existimat ; *imperfecta, ex* cupiditate vel odio Dei, honorem creatura»! quasi Deo exhibet. Perfecta indicanda est obiective (non semper subjective. saltem immediate) gravior quam imperfecta. Ipsa materialis est grave peccatum. Ac paganismus *rulgaris* imaginem vel symbolum eum ipso deo confundebat. In S. Scriptura, idola interdum nihil, interdum daemones esse dicuntur. Fuit etiam cultus principii mali. Similia hodie apud barbaros occurrunt.

(249-251.)

Generaliore acnen, idololatria omne vitiosum creaturae cultum designat. Is iam habetur ei quaedam alitor ac Deus ordinavit, per creaturam obtinere velis. Namque religio vult ut omnia bona immediate vel mediate secundum ordinem a Deo praestitutum exspectemus.

Per *expressum* cultum, vel notitiae vel alii effectus, praeter generalem protectionem, quaeri possunt. Cum, excepto daemone, nulla alia creatura nobis invisibilis, soluta a Deo dependentia agere velit, *absoluta* creaturae invocatio necessario ad daemonem terminatur. Expressa autem daemonis invocatio, qua formale servitutis commercium cum iurato Dei hoste initui, est gravis peccati arguenda. Ad expressam daemonis invocationem, generalior pactio cum daemone refertur.

2. De *magia.* Quod formales idololatrae supplici prece, id mystoriosao potestatis usu *magi* obtinere contendebant. Qui conscius potestatem exercet quam simul praeternaturalem et non a Deo profectam existimat, is in operando, subiective reus est tacitae invocationis daemonis, quae a gravi excusari nequit.

3. De *rana observantia,* seu usu positivo vel omissione quae inepta sunt ad finem propter quem adbibentur, Vani isti usus, si ut ritus colendi creaturam vel magicam potestatem obtinendi adhibentur, grave idololatriae vel invocationis daemonis peccatum continent. Extra huiusmodi intentionem. sino firma fido adhibiti, potius veniales sunt defectus fiduciae in divinam Providentiam, nisi ob constantem usum, diffidentia evadat gravis.

Protestatio qua quis cum daemone commercium excludit, potest facto elidi, quando quis media adhibet quae, sine diabolico interventu, inellicacia novit, vel cum *absolute* vult quae daemoniaca esso suspicatur. Nec protestatio impedit quin, cum seria est dubitatio, interventus iste permittatur. Quare proportionata causa excusans adesse debet, sicut ad materialiter cooperandum cum istis qui superstitionis subiective rei sunt.

Artem *pythonum* serio exercere non licet. In admittendis *somniis,* prudens spirituum discretio adhibenda est.

Certi usus devotionis, in se innocui, aliqua veniali superstitione miscentur. si circumstantiae materiales loci, numeri, personae, ut necessariae vel infallibiles habeantur. Vacua autem est superstitione, coniectura dc propensionibus ex physicis indiciis, vel adhibitio falso existimati remedii naturalis. Credulitas de *maleficiis* potius cohibenda est, etsi maleficia adhuc esse possunt.

4. *Dc spiritismo hodierno.* Spiritismus est proprie formalis evocatio spirituum qui varia agant et potissimum varia secreta doceant, sive persona peculiariter idonea « medium » adhibeatur, sive directa liat interrogatio v. g. per pulsus mensae. Phaenomena distinguuntur *physica* et *psychica,* ex causa principali operante : psychica ab aliena anima censentur profecta. Est etiam religio *spiritismi,* quae a defunctis accipere censetur dogmata erroribus contra fidem inquinata. Frequens praeterea spiritismi usus damnosos phantasiae et menti effectus gignit, ita ut opus diabolicum re vera vocari possit. In pu-

blicis spiritismi coetibus portentu quibus astantes commoventur, saltem pleraque sunt ficticia. Quae vera accidunt alii daemoni, alii animis separatis, alii viribus naturalibus tribuunt. Excluso commercio cum animis separatis, quod Deus regulariter non permittit, pleraque ad vires naturales sive iam notas, sive probabiliter cognoscibiles et cognoscendas ascribenda videntur. Pauca supersunt *pnychica,* et quidem potius notitiae plane imperviae quam varia mira, v. g. « levitationes », quae fundatam daemonis suspicionem ingerunt, quatenus de iis constet. Cf. *Rituale* T. 10, c. 1, n. 3.

Coetibus spiritistarum *actin'* cooperari nefas foret, cum in his plures vere superstitionem exerceant. Ac superstitiosum foret mysteri<-NS mediis uti ad cognoscendas res quae humanam scientiam certo transcendunt. Malam seu periculosam curiositatem plerumque fovet qui. diabolicum interventum repudians, adest experimentis dubiae naturae vel quae ipse persuasum habet esse ordinis naturalis. Periti tamen viri prohibiti non sunt quin, sine scandalo et physicis personarum detrimentis, scientificam faetorum investigationem, exclusa omni spirituum evocatione, peragant. Assistentia locutionibus vel spiritistkis manifestationibus a S. OUicio 21 april. 1917, declarata ‹ st illicita. Non ideo tamen vir satis expertus impeditus videtur quominus, sine scandalo, praesertim consulto Ordinario, intervenire velit ad fraudes detegendas et denuntiandas.

Iam solent eruditi theologi *Kuggextiom·»* *hypnotica* qua tales, ad phaenomena naturalia ascribere, ita nt potius infra, ubi de snicidio, etc. tractatur, de his agendum sit.

CAPUT II.

De irreligiositate eiusque generibus.

Articulus I. — De tentatione Del.

252.— Quid sit tentare Deum. 1. Reverentia Deo debita postulat, nt modeste, discrete et humiliter ad speciale Dei auxilium eiusque attributa cottfugiamus. Velle ut quasi scaenice se exhibeat, est Deo graviter iniuriosum. Quicnnique ergo, sine causa, interventum Dei petit, hanc malitiam committit. Propria itaque ratio tentationis Dei est in *temeraria postulatione interventus divini.* Huic malitiae accedere potest peccatum contra fidem et spem, si quis, quasi dubitans, formaliter veritatem vel attributum divinum explorare voluerit, et sii; Deum magis stricte tentare seu experientia comprobare cogitaverit.

253. — Varii conceptus. Theologi non omnes eodem modo tentationem Dei concipiunt. Aliis est temeraria exploratio divinae

perfectionis; aliis vero temeraria exploratio *beneplaciti* divini. *Expressam* distinguunt, quae explorationem intendit, et *interpretaliram,* quae in agendi modo lateat. Utraque *est formalis,* quando, dubitando vel non, quis conscia temeritate petit ut Deus sibi succurrat aut manifestet.

254. — Quinam rei sint tentationis Dei. Deum tentât qui. sine speciali instinctu divino, *absolute* vult vel promittit miraculum; vel qui, sine causa sufficiente, miraculum vult condicionate (si Deo placeat), Utputa si quis miraculum offerat ad probandam fidei veritatem; si quis, in re levi vel cum alia media suppetunt, miraculosum signum postulet. Prius per se mortale erit peccatum; alterum practice plerumque aliqua simplicitate et modica instantia a gravi excusabitur.

255. — Vulgaris usus. Vulgo dicitur tenturo Deum qui suam valetudinem temero exponit, qui sine praeparatione contionatur, docet, quatenus indebitum auxilium divinum postularo videatur. Sed est potius praesumptio quae alii praecepto, v. g. quinto, adversatur. Namque unde desit exspectatio auxilii divini, tentatio Dei necessario abest. — Gravitas reatus ox praevisi damni momento diindicanda est.

Articulus II. — De Blasphemia.

256. — I. Notio et divisio. 1. *Notio.* Voluntati colendi Deum directe opponitur voluntas in Deum contumeliosa, quam prodit blasphemia. Est enim blasphemia: *contumelia in Deum allata.*

2. *Divisio, a)* Cum Deus affectum contumeliosum in corde legere queat, potest homo sine ullo signo exteriore esse blasphemus; et potest animum istum exterius, sive signis verborum, formalium vel aequipollentium, sive actione contumeliosa, manifestare vel exercere. Hinc blasphemia *cordis, oris* et *operis.*

Divisio tamen ista non est formalis. Cum reservatur blasphemia, sola ea intellegitur, quae fit per locutionem, oralem vel scriptam.

b) Blasphemia *directa* a formali inhonorandi Deum intentione proficiscitur: *indirecta* intentionem virtualem continet in voluntate dicendi vel faciendi quae sunt in Deum contumeliosa [1]. Prior gradu non specie ab altera differt.

[1]) Sub alio respectu *formalis* dicitur culpanda ; *materialis,* excusanda

c) Blasphemia potest esse vel *simpliciter contumeliosa,* vel *haeretiealis,* quae simul, saltem exterius, veritatem revelaram negat; vel *imprecatoria·,* qua Deo malum optatur. Et in.genere suo completur affectu detestationis seu odio, (piae simul est gravissima caritatis violatio.

d) Deus potest *in ne* blasphemari, vel in *nanctis suis* et in *rebus sacris.* Prima est gravior, etsi, (pia blasphemia. specie ab altera non differt. Sed, pro intentione blasphemantis, potest simul ipsos Sanctos vel Beatam Virginem in propria eorum excellentia, v. g. in Immaculata Conceptione, attingere: tunc simul erit contra duliam vel hyperduliam. Id regulariter (suo tempore) non accidere, existimabat S. Alpti., l. 3, n. 132.

e) Blasphemia demum distinguitur *vulgaris,* quae usitatissimis formulis, saepe interiectionis instar, profertur, ita ut blasphemator ipse verba non composuerit vel in formam sententiae adornaverit; et *studiosa,* cuius formula est ab ipso blasphematore inventa vel confecta.

257. — II. Gravitas. Peccatorum quae religioni adversantur, blasphemia est ex genere suo gravissimum, ita ut vera blasphemia parvitatem materiae non admittat.

Toco, non ex contemptu vel odio ant indignatione, pronuntiatum verbum contumeliosum in Sanctos, putatur esse veniale. Sed id non liet ioco nisi cum de rebus agitur minoris momenti quae facetiae dant occasionem: ut si Sanctos Crispimini et Crispinianum voces sutores.

Radix blasphemiae *directae,* i. e. causa impulsiva quae hominem ad formalem blasphemiam inducere solet, est per se appetitus vindictae adversus Deum. Indigne scilicet ferens sortem suam, (piam Dei arbitrio novit obnoxiam, homo iratus eam ultionem affectat cuius solius copiam habet; et honorem aggreditur Eius (piem Ipsum laedere vel attingere nequit. Radix ista apparet quoque in selectione qua, in variis adversitatibus, blasphemat sanctos (pii tamipiam protectores contra definitas calamitates invocantur: ut si, propter amissa vel aegrota pecora, blasphemes S. Paschalem, propter luem, S. Bochum.

Indirectae blasphemiae radix est nimis velox ira vel impatientia, simul cum defectu reverentiae erga Deum vel Sanctos. Idem reverentiae defectus quoque ioeosis blasphemiis locum praebet.

(254-257.)

258. — III. Exempla. 1. Quotquot Deum esse negant vel ipsum colere nolunt, reipsa sunt, obiective, gravissimae blasphemiae rei. Summum gradum *infidelium* tenent athei; ii dein qui omnem inter Deum et hominem relationem positivam abrumpunt, ita ut Deum quasi extra commercium ponant. Succedunt qui solam religionem *naturalem* admittunt; denique qui deminitum tantum cultum mahumetanorum, iudaeorum vel haereticorum Deo reddere volunt. Gravior Iit haec blasphemia si accedat, per formalem Dei tentationem, quaedam provocatio, ut, « si adsit vel si possit, puniat negatorem fidei, eucharistiae », etc.

2. Maxime graves, formales et scandalosae blasphemiae committuntur impiis libris et ephemeridibus.

3. Blasphemat non solum is qui contra Deum infrendens Ei maledicit, vel eius sapientiam, bonitatem verbis negat aut dubia habet; sed is quoque qui sine ira contra Deum, ea serio et scienter profert quae, ex sua significatione aut modo loquendi et circumstantiis, imminutionem inferunt divini honoris aut imperii. Et alia signa contra Deum, ut spuere in caelum, sunt, aeque ac voces, blasphema.

259. — Criteria. In diiudicandis blasphemiis, ratio habenda est significationis verborum secundum communem hominum intellectum. Quare quaedam formulae quae per se haeresim sonant, quia ut tales non apprehenduntur, a labe blasphemiae Jerunt immunes. Sic, hodie saltem, cum homines irati dicunt: *Perdat te .sanguis Christi,* nullam virtutem perdendi sanguini Redemptoris ascribere videntur, sed mere homini imprecari cogitant. Quare errare existimamus qui blasphemiam existimant haec dicta : *milliard de dieux, tausend Sakrament,* quasi quis cogitet multiplicatum verum Deum vel plura quam septem sacramenta, dum tam facilis subest explicatio: «sume verbum semel dictum quasi millies et saepius pronuntiatum ». ('outra, formulae quae non sunt blasphemae, ex communi interpretatione, hanc notam habebunt. Sic diu, propter existimationem communem, blasphemabant qui flandrien imprecatione utebantur: Deus me damnet. — Ac perinde dicendum est de interlectione per se ambigua: *Haere nam de Dieu.*

Id tamen observandum est. Cum formula, sicut flandrien, sensum refert completum, error demonstrari et facilius corrigi potest. Ubi vero non habetur nisi quaedam interlectio, nullus

error demonstrari potest, sed quasi sensus vocis immutandus est. Voces enim sunt signa arbitraria.

Quare, anno 1903, episcopi Belgii communi consilio errorem de formula flandrien denuntiarunt et mox communem persuasionem mutarunt. De gallica formula magis dubitatum est. Sed cum ipsae voces non viderentur ubique significatione contumeliosa accipi, episcopi et plures auctores coeperunt aliam interpretationem inculcare et verba illa blasphemiae nota purgare. Quocirca, hodie, istud commodum habetur, ut de nulla formula blasphema sive in Belgio sive in Gallia constet. Paenitentes, secundum conscientiam quidem praeteritam indicandi erunt ; sed moneri possunt ut verba ista parum urbana et interdum scandalosa, omittant quidem, vadem tamen ne considerent tamquam blasphema, nisi haec contra ipsum Deum irati protulisse ex adinnetis demonstrentur.

Vere blasphemae sunt, immo haeresim vel impietatem obiective continent plures formulae in certis Italiae partibus usurpatae, quibus malum optatur Deo « mannaggia a Dio ». vel Beatae Virgini, vel quibus B. M. V. puritas negari videtur. Potius tamen quam negent puritatem, videntur indignationem exprimere de modo agendi Dei vel B. M. V. « *Afadonnaccia* ». quae vox de ineleganti pictura innocenter dici potest. Iit blasphema cum ad B. M. V. refertur. Quod ad verba « *mannaggia ai morti tua* » (litteraliter: male sit mortuis tuis), haec non sunt blasphema nec seriam maledictionem hominis mortui significant. Qui ea proferunt communiter non intendunt nisi « exprobare vivis, ad quos maledictionem istam instar iniuriae dirigunt » (S. Alpii.. L. 3. n. 130, qui illud non aestimat nisi leve peccatum).

Formulas, in dubio, pro non blasphemis habendas esse monet S. Alpii. (’outra ac severi quidam docuerunt, formulae *corruptae* non sunt habendae tamquam blasphemae.

260. — V. Reatus subiectivus. 1. l’t habeatur blasphemia. verba usurpari debent *significatice,* non mere historice vel per modum ioci. ('nde non blasphemat (pii auditam vel dictam a se blasphemiam ipsis blasphemis verbis referat.

2. Formalis blasphemiae rei sunt indicandi: *a)* qui liquido animo vel deliberate scribunt impia; — *b)* qui sui satis compotes, ex impatientia mali quod Deus vel sanctus avertere potuerit, verba proferunt quae norunt in Deum vel sanctos esse contumeliosa, vel (pii mala Deo aut sanetis exoptant; — *c)* qui ad illudendum sacerdotibus vel piis personis, verba blasphema

evomunt. Immo haereticalis ironia hniusmodi blasphemiae facile aggravat, cum contemptum addat fidei vel religionis.

3. A formali blasphemia excusantur qui non advertunt hoc quod dicunt esse blasphemum.

A gravi reatu immunes existimantur qui in magna tristitia sententias proferunt (piae, litteraliter sumptae, blasphemae et haereticales forent; v. g. « Deus me nimis atiligit; Deus me dereliquit; Deus non est iustus ».

5. Quid autem de iis dicendum est *qui, ex ira in creaturas rei ex consuetudine,* sine intentione Deo contumeliosa, *advertenter pronuntiant formulas in se blasphemas,* non tamen secundum blasphemant significationem sed mere per modum cuiuspiam interfectionis cui omnis definita significatio desit?

Non pauci eos *formalis* blasphemiae damnant, quia indirecta intentione laedendi divinum honorem blasphemia committi possit, haec autem in formali verbi blasphemi prolatione contineatur. Attamen, sublata significandi intentione, verba sunt merus sonus. Blasphemia ergo materialis non remanet nisi apparenter. Nulla itaque formalis locatio habetur, quamvis forsan ab audientibus putetur. Et cum Deus cor intueatur, sicut interior sine exteriore blasphemia esse, sic exterior per interiorem mentem corrigi potest. *Formalis* igitur *blasphemia* neganda videtur. Scandalum utique blasphemiae apud audientes facile dabitur; quare gravis obligatio urgenda est vitandi verba ista, quae semper reverentiae notabiliter derogant, vel deponendi consuetudinem ea dicendi, per firmum propositum identidem renovatum et per fugam proximae occasionis. Attamen, cum vulgares blasphemiae ex mera consuetudine. permixtae aliis formulis non blasphemis dicuntur, vel sine ira. vel etiam ex ira, sed aperte sine ullo respectu ad Deum, nonne formulae istae satis ex adinnctis demonstrantur sine intentione blasphema proferri, seu blasphema significatione esse vacua? Quare saepius quam dici consueverit, huiusmodi homines a gravi peccato excusandi videntur. Ipsi, ultro vel interrogati, statim dicere solent se de Deo non cogitasse. Et dum permixtim proferunt et accusant in sacramento formulas vere et falso blasphemas. conscientiam a reatu blasphemiae immunem ipsi prodere videntur. Neque horror fidelium, dum verba blasphema audiunt. diversam conclusionem suadent. Similem enim fideles experiunturenm vanae usurpationes nominis Dei in ira accumulantur. Cfr. Baller, ad Gury, I, 303, nota 10.

6. Blasphemias in *ebrietate* prolatas alii a peccato blasphe-niiae excusant, quia de ratione blasphemiae est ut scienter sit prolata. Ila VASQ. in 1.2, d. 127, η. 1l ; Gobat, *Quinarius,* tr. 5, c. 9 n.19; et 19. n. 34-39 ; Salmanttcenses, tr.25,c.2, n. 30-32. Alii, v.g. SANCHEZ, *Decal.* L. l c. 10, n. 44, ebrios in causa praevisa reos esse existimant, cum verba obiectivain suam significationem retineant, vel (plia ebrii veros conceptos habeant, ita ut essentia blasphe-miae materialis tota quanta habeatur. Distinguendum arbitramur inter blasphemias quas ebrii quasi mechanice et sine advertentia ad significationem proferunt, et blasphemias quas, ira correpti, in Deum dirigunt. Priore casu, pro ipsis astantibus, obieetiva significatio perire videtur, ita ut ne quidem in causa blasphemiae sint; in altero casu, contumeliam in causa imputabilem, si con-fusa saltem fuerit praevisio. ipsos commisisse censemus. Cf. I. 483.

N. B. Nefas fuerit ebrios ad blasphemias provocare. Si enim directe provocaveris, per eos sicut per instrumentum blasphemas: quod grave est. Si indirecte, subsistet saltem venialis irreverentia in Deum, cuius nomen vano et satis odioso modo usurpatur. Cf. Lehmk. I, 226.

261. — Quaeres quid sit vana usurpatio nominis Dei, et quomodo aestimanda sit.

1. Vana est usurpatio (piae fit sine utilitate et sine causa rationabili, (pialis iam est quaelibet pii affectus expressio seu manifestatio.

Vana usurpatio nominis Dei est peccatum veniale quod, pro adiunctis et affectu, inter graviora vel leviora ponendum est. In ira contra homines prolata verba « *Der Deum* - *Nomen Dei* ». fere sonant sicut blasphemiae. periculum quodpiam blasphemiae affe-runt, itant gravia venialia sint. In ira contra Deum, forent vere blasphema, *interius* tamen, non exterius. Sine ira, ex quadam parva impatientia *(Donc Deus, linque mihi pacem)* vel in signum *admirationis* vel per modum *crebrae interlectionis* verba: .I/oa *Dieu, bone Deus,* et similia. levem quandam irreverentiam. Eccli. 23. 1(1. prohibitam, sapiunt. Quamquam saepe inadvertentia ex-cusantur. Si subsit quaedam invocationis ratio, ut interdum *lesu. Maria !* omnis culpa aberit.

Secluso hoc casu, quia verba ex usu communi vim suam trahunt, nec eorum significationem mutare loquens per se solus

potest, non eo quod per modum cuiuspiam interiectionis sine sensu nomen Dei proferatur, culpa vanae usurpationis aufertur.

Nec decet Christianum ut nomen daemonis assidue pronuntiet. In se tamen istius nominis usus non est peccatum.

262. — Imprecationes de malo gravi in homines prolatae, graves erunt, si serio volitae, vel si a tiliis in parentes vel a subditis in Superiores similis auctoritatis proferantur. Sin minus, gravem reatum continere non videntur. Quare de intentione sua paenitentes interrogandi erunt.

263. — Actio confessarii. 1. Errores particulares de formulis (piae blasphemiae existimantur dum vanam tantum usurpationem Nominis Dei continent, dedocebit.

2. Qui formulas blasphemas usurpant et simul se excusant a peccato gravi, quod mere iram et seriam voluntatem significaverint. melius aliis argumentis (piam iniecta peccati mortalis conscientia ab his moribus avertentur. ('onfessarius rationem quoque urbanitatis invocet, et insistat in opportunitate maioris patientiae et mansuetudinis.

3. Apta remedia contra consuetudinem suggerat. Talia sunt, fervens renovatio propositi cotidiani, addita quadam parva paenitentia, v. g. tundendi pectoris; recitandi *Gloria Patri ;* erogandae modicae eleemosynae ; surrogatio alius formulae sonorae in locum blasphemae. Nec monere omittet hunc esse fructum immediatum huiusmodi conatus, ut culpam tollat ex actibus qui per consuetudinem indeliberate liant.

4. Graviter parentes increpet vel heros (pii maiore scandalo coram liliis, operariis blasphemant. — Immo vitandae sunt formulae (piae, (plia similes sunt blasphemiarnm, ansam dant apud pueros gravium peccatorum.

Ar t icc i.i s III. — De Sacrilegio.

264. — I. Notiones. 1. Historice, *sacrilegium,* iam apud paganos. dictum est primo rei sacrae furtum, quo violabatur sanctitas (piae rem custoditam a templo, ab ecclesia, protegere debuit. Hinc sacrilegium iit per omnem et solam actionem qua *publice, protecta* sanctitas, *qua talis,* violatur.

2. Itaque *late* sacrilegium est qiiodlibet peccatum contra virtutem religionis; *stricte* est *violatio rei sacrae,* seu talis irreverentia erga rem vel personam sacram commissa, quae cum eius sanctitate specialiter repugnat.

3. Sacrilegium supponit rem vel personam sacram, i. e. <licatam cultui divino. Uniusmodi deputatio *publicam* institutionem sive Dei sive Ecclesiae requirit. Nulla res enim sacra dici potest nisi omnes eam ut sacram habere et tractare debeant. Hoc postulat usum iurisdictionis seu publicae potestatis. In Novo Testamento, alia *ipse Deus seu Christusfecitisacra,* i. e. Sacramenta : alia vero *ecclesiastica potestas.* Sanctitas cuius est divina origo, magis intrinseca est ; ita ut appositae violationes magis ex ipsa rei natura aestimari possint. Namque sacrilegium supponit praeterea actionem directe oppositam qualitati quae in ordine ad Dei cultum rei indita est vel quae iit contra id quod, sub eadem latione, positive aut negative praescriptum sit. Plura ergo, non dicimus omnia, pendent a positiva Ecclesiae determinatione. Sic. cur sacrilegium sit percutere sacerdotem, non autem eum calumniari, ratio nulla « a priori » dari potest: ita est quia sic ab Ecclesia constitutum est, ut persona censeatur sacra *in se,* non in *fama* sua.

265. — II. Divisio. Antiqua et canonibus Codici anterioribus recepta divisione, sacrilegium distinguitur *personuit* , quo persona sacra; *locale,* quo lorus sacer; *reale,* quo res sacrae violantur.

Estne autem divisio ista formalis et ultima ? Eam formalem aestimare videtur S. Th. 2, 2, q. 99 art. 3, quia diversa ratio sanctitatis formaliter insit in personis, in locis, in rebus, t^uod Caietanvs, in h. 1., sat dubitanter hoc modo declarat : sanctitas *perxonae* est sola formalis et absoluta : *loci* sanctitas inde proficiscitur quod est *couti ntira* personarum, seu quia deputatur actionibus sacris ibi peragendis; *rerum* vero sanctitas est *rtlatira,* quatenus vel sanctum faciunt (puta sacramenta) vel ad sanctos ordinentur. — Verum cur loci sanctitas a rerum sanctitate tali respectu formaliter diversu demonstretur, re vora non apparet, ao tuto negari posse videtur ; ita ut triplex genus ad duplex redigatur.

Probabilis vero sententia specificationem istam pro ultima habet, ita ut si, in peccati declaratione, circumstantia sacrilegii omissa fuerit, defectus suppleri possit dicendo: commisi sacrilegium personale vel reale. — Sane in sacrilegii exemplis, v. g. in communione indigna et in profanatione vasis sacri, magnae diversitates deprehenduntur, ita ut ea unius gene-

ris esse satis aegre dixeris. Diversitas tamen potins est in actione quam in formali sanctitatis violatione. Sed in sacrilega eucharistiae abusione, violatio sanctitatis absolutae cmn relativa concurrere videtur» Qnare propter duplicem sacrilegii rationem, haec violatio accusanda erit. In aliis actionibus, saepe alia species concurret. Sic, (pii contumeliose imaginem calcaverit, reus quoque erit blasphemiae ; qui rem sacram furatus sit, erit simul iniustns.

Starez, *Hei.* Tr. 3, L. 3, c. I, n. 6-8, negat ullam istius partitionis rationem dari posse, et potius ex modo quo res sacra constituatur et (pio sanctitas ista violetur formales distinctiones repetendas esse. Nihilominus c. 5 communi sententiae adhaeret, maxime propter iura ecclesiastica. Si tamen locus sacer ut alia res sacra violetur, utputa si destruas templum sicut vasa sacra frangere possis, idem tunc, seçundum Siarez, 1. c. n. 7, foret sacrilegium. #7 1

Observant Ball.-Palm. II. n. 383, facinora sacrilega ita practice accusari, ut de specilicatione sollicitudo habenda non sit.

Illud quoque, ad distinctiorem sacrilegiorum notionem nobis comparandam, notasse iuvabit, sanctitatem *personae* esse magis partialem ; sanctitatem *loci* esse magis extrinsecam et iuris positivi (dum nunc eiusdem sanctitatis est totum templum cousecratiim, nec locus sacer reputatur propter asservatam eucharistiam, nonne potuit lex sanctum declarare spatium certae extentionis circa tabernaculum.'): sanctitatem *rei* posse esse ita totalem ut omnis usus profanus pro sacrilego habeatur. Praeterea, ipsum *ius* Ecclesiae in loca vel res sacras est totum sacrum, ita ut omnis violatio iuris Ecclesiae sacrilega dicenda sit.

266. III. Gravitas. Sacrilegium genere suo grave esse nemo dubitat. Quia tamen non ipse Deus in se sed creatura quaedam violatur, materia levis habetur: de qua re opportune monendi sunt fideles, maxime pueri et adolescentes, ne, nominis terrore perculsi, omnia v. g. parvum furtum pecuniae in ecclesia oblatae, pro gravi habeant illudque accusare non audeant.

267. — IV. Sacrilegii casus. Generali ratione *sacrilegus* est modus tractandi personam, locum, rem sacram qui *ex contemptu* sacrae qualitatis manat. Restat iam ut actiones consideremus quae *in se* seu etiam ex diversa intentione factae, sacrilegii damnandae sint.

1. Personale sacrilegium committitur: a) *reali iniuria* illata clerico vel utriusque sexus religioso (e. 119); b) *luxuriosa libi-*

dine clerici in maiore ordine constituti, vel personae quae publico castitatis voto ligatur (Cf. cc. 132. 1308, § 1).

Reatis iniuria, cum omnes actiones exteriores complectatur quae *factis* non verbis iniuriosae sunt in corpus, in libertatem vel in dignitatem, continet percussiones, quae c. 2343 puniuntur, et a quibusdam, v. g. ab Arregui, n. 194, ut distincta ratio sacrilegii exhibentur. Cf. Wernz, *Ius Decr.,* t. 2, un. 163-165.

Propter *luxuriosam libidinem,* tum persona sacra, tum complex, malitiam sacrilegii contrahunt. Et secundum communem sententiam, peccata quoque interna sacrilegio notanda sunt.

Sacrilegium istud carnalem personae sacrae delectationem requirit. Quare sacrilega non est persona sacra quae, sine propria libidine, carnale peccatum personae non sacrae suadet. Contra, sacrilega est persona non -a-era quae sacrae libidinem suadet. Si ambae personae sacrae fuerint, duplex sacrilegium declarandum erit. Cf. *De castitate,* η. 314.

Cum sacrilegium personam *sacram* supponat, et nemo se privato voto sacrum efficere quèat, violatio voti privati castitatis sacrilega esse nequit. Cf. Wernz, *Ius decr.* VI, n. 335. Auctoritas tamen S. Alpii. L. 3, n. 47, id efficit ut plures adhuc probabile sacrilegium in omni voti castitatis violatione agnoscant. Cf. Ferreres, I, 372; Arregui, n. 194. Sententia haec istud commodum affert ut laicus, religiosus et sacerdos eodem modo peccatum carnale accusare possint addendo: habeo votum castitatis.

Quod certum est, luxuria sacerdotis, qui simul sit religiosus, *unum* sacrilegium efficit, cum formaliter eadem sanctitas duplici titulo inducta sit.

c) Violatio *privilegii fori,* quatenus istud vigeat, putabatur quoque esse sacrilega. Idem hodie defenditur, v. g. a Ferreres. I, 372; Arregui, n. 194; Gén. I. 289. quamvis nota sacrilegii non memoretur in can. 2341 (pio privilegium fori sancitur.

268. — 2. Sacrilegium locale locum *sacrum* supponit. Ex c. 1154, sacra sunt loca quae *consecratione* vel *benedictione* divino cultui iideliumve sepulturae deputantur; i. e. ecclesia vel oratorium benedictione, publica donatum et coemeterium benedictum.

a) Committitur autem principaliter *actionibus quas Ecclesia prohibuit tamquam sanctitati loci specialiter repugnantes.* Tales sunt actiones quibus locus sacer *violatur,* i. e. delictum *homicidii:* (pio nomine intellegendum quoque hic est *suieidium;* iniu-

rosa et gravis effusio *sanguinis; — impii et sordidi usus; — sepultura·* infidelis aut excommunicat! post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam (c. 1172).

Quamvis occisio insta, v. g. exsecutio sententiae capitalis, nequeat *delictum* homicidii constituere, ut notavimus *Epitome,* II, 489,2, b, vix tamen non erit *impius* usus quo locus sacer violetur. Porro locus sacer non violatur nisi per actum certum, notorium et in ipso loco sacro (non suilicit ut in sacristia fiat) positum.

Minus quam personale vel reale, sacrilegium locale cum ipsa rerum natura cohaerere nobis videtur, ita ut ex Ecclesiae definitione cognoscendum sit. Quare, quamvis plnres, v. g. Gcry-Ball. I, 286; Leiimk, I, 526; ArreGvi, n. 191, severius dicant, arbitramur nullas alias actiones propter repngnantiam cum loci sanctitate habendas esse pro sacrilegiis, nisi ex definitione canonica locum sacrum per se violent. Probamus itaque formulam Werxz, t. 6, n. 335: «Sacrilegium locale committitur: 1. per delicta in Ecclesia, quibus locus sacer polluitur ». — Ac re vera, cum sacrilegium definiatur *violatio* rei sacrae, et Codex enumeret actiones quibus locus sacer *violatur,* quid alias addere cogitemus? Quare voluntaria seminis humani effusio, nisi, ex adiunctis, in sordidum et impium usum ecclesiae desinat, non videtur iam pro locali sacrilegio habenda.

b) Ex iure praecedenti tenent sacrilegium locale quoque committi per violationem *immunitatis* seu exemptionis ecclesiae ab auctoritate et iurisdictione civili. Sacrum enim Ecclesiae ius violatur. Ut patet, regula ista non cadit in actus qui in regione ubi fiunt practice tolerantur: puta exactionem tributorum.

c) Ac perinde dicunt de violatione temperati *iuris asyli,* quod c. 1179, limitatum ad ecclesiam vel oratorium publicum, sic definit : « Ecclesia iure asyli gaudet ita ut rei, qui ad illam confugerint, inde non sint extrahendi, nisi necessitas urgeat, sine assensu Ordinarii vel saltem rectoris ecclesiae». Ius asyli, quale antea erat, explicatur a Ball.-Palm., II, n. 419-422.

Actus *profani* erunt sacrilegi, si impii sint vel sordidi usus.

Quamvis *destructio* ecclesiae per se sacrilega sit, nihilominus in bello expugnare licet ecclesiam quae hostibus sit loco arcis. Cf. Ballerini-Palmieri, II, n. 423.

269. — 3. Sacrilegium reale committitur: a) *indigna susceptione. tractatione, et administratione sacramentorum.* Impius eucharistiae abusus adversatur quoque officio latriae; ac speciales poenae, praecipue excommunicatio specialissime reservata S. Sedi,

edicuntur c. 2320 contra illuni qui species consecratas abiecerit vel ad malum finem abduxerit aut retinuerit.

Tui pit udo peccati carnalis id etlicit, ut qui brevi post.communionem (intra semi horam) aut indutus ad sacrum celebrandum voluntarie se polluerit ; aut qui carnaliter peccaverit dum gestat Eucharistiam vel Missam celebrat, sacrilegii reus, secundum communem existimationem, censeatur.

b) *Profamatione vasorum* et *instrumentorum sacrorum,* quae saltem benedici solita sunt.

c) *Violatione* aut *indigna tractatione imaginum sacrarum et reliquiarum; abusu Scripturae sacrae,* v. g. ad stabiliendas haereses vel res turpes.

d) *Furto rei sacrae* vel *rei quae ecclesiae custodienda tradita erat.* Quare sacrilegum dicunt qui furatur sacrum de sacro, sacrum (bona ecclesiastica) de non sacro, vel non sacrum (depositum. pecunia in ecclesia servata) de sacro. Hoc ultimum pluies. non ineleganter, ad sacrilegium locale ascribunt.

Notes itaque sacrilegum non esse omne furtum in ecclesia, sed requiri ut res furto sublata aliquo modo ad ecclesiam pertineat, saltem ut ibi custodita. Cf. Lugo, *Paen.* d. 16. n. 476.

270. — **Varia corollaria seu scholia.** 1. Non omnium bonorum ecclesiasticorum violatio sacrilega est. sed eorum bonorum quae cultui divino deputantur, quatenus ad templa aedificanda, ornanda, ad sacras caerimonias pertinent, vel ad sustentandos ministros ecclesiae qua tales. Non tradere legata Ecclesiae relicta, vel non solvero debitas decimas, non est sacrilegium, quia nondum sunt in possessione Ecclesiae. Furari reditum ecclesiasticum a sacerdote iam perceptum, non est sacrilegium, quia iam ad eius dominium privatum pervenit. Sacrilegium vero erit usurpare beneficium ecclesiasticum, furari stipendia missarum nondum distributa, vel bona communia alendis religiosis destinata. Cf. S. Ai.pn., l. 3, n. 42 ; Ball.-Palm., II, n. 428. Severius tamen Leiimk,, I, 523.

2. Titius, voto castitatis ligatus, si contrahit matrimonium, sacrilegus est. quia indigne sacramentum recipit, simul peccat contra religionem, quatenus votum \iolet. Quicumque autem scienter cum impedimento dirimente matrimonium contrahit, sacrilegus est, quaternis sacramentum invalidât.

3. Cum sacerdos *graccun* non sit per votum continentiae Dei cultui consecratus, eius peccatum carnale circumstantiam aggravantem, non autem specificam sacrilegii malitiam continet. Cf. Ball.-l'λι.μ., II, n. 391. ex Tam-BURINI, in *Decalogum,* L. 2, c. 6, § 3, n. 3-5.

4. *Libros sacros* vel *sacras imagines* in usus sordidos adhibere, plures. quibus adhaeret Leiimk.. I, 524, sacrilegium aestimant. Quod verum puta-

mus, saltem quando integra sunt, non autem laceratione satis destructa. Nec id grave erit, nisi contemptus accedat. Sacrae porro sunt quae pio usui destinantur.

5. Abusus *Scripturae sacrae* a<l facetias non turpes est sacrilegus; graviter tamen non peccatur. Imino omnis irreverentia interdum abesse poterit, ut si minus textus sacer quam vulgata versio occasio sit facetiae; v. g. si «congregatio taurorum in vaccis populorum » tamquam antiquissima congregatio efferatur.

6. Ipsa ommio. quando irreverentiam rei sacrae continet, rationem sacrilegii induit : ut si valde immunda esse sinas quae ad sacrificium proxime spectant, si celebres sine vestibus sacris. Leiimk., 1, 522, 3; Ball.-Palm., etc.

7. Per se non est sacrilegum, peccatum *tempore festivo* commissum, quamvis inde aggravante circumstantia augeatur. In societate tamen Christiana. quaedam actiones peculiariter sanctitati diei repugnantes, malitiam istam induere possunt, ut si sacrum luctum Parascove ludis publicis perturbes. Intentio contumeliosa aliis actionibus, v. g. quibusdam conviviis hanc notam inurere potest.

271. — De tactu suppellectilis sacrae haee Codex c. 1306, § 1 statuit : « Curandum ne calix cum patena, et, ante lotionem, purilicatoria, pallae et corporalia quae adhibita fuere in sacrificio missae tangantur nisi a clericis vel ab iis qui eorum custodiam habent ». Tactum intellige nuda manu. Hunc canon permittit tonsuratis et etiam laicis sacristis; quae erat consuetudo plurium locorum. Ac iusta causa venialem istius contactus culpam excusat; quare exsecranda non sunt vasa sacra quae artifici reficienda tradi debent (S. R. ('. 20 apr. 1822: *Dee. auth.* n. 2620, et tom. IV, p. 223).

Vetitum vasa mere benedicta, ut ciborium (purificatum) non allicit. Dum sacras species continent mortale fuerit vasa sacra sine necessitate non mere tangere sed contrectare.

Idem canon § 2, addit: «Purilicatoria, pallae et corporalia in missae sacrificio adhibita, ne tradantur lavanda laicis etiam religiosis, nisi prius abluta fuerint a clerico in maioribus ordinibus constituto; aqua autem primae lotionis mittatur in sacrarium vel, si hoc desit, in ignem ». Haec quoque leve sunt praeceptum. Deficiente sacrario et ignis copia, aqua in locum similem mitti posse videtur, v. g. in fundamenta sacelli, in coemeterium.

272. — De usu profano *sacrae suppellectilis.* 1. Generali edicto, c. 1296, § 1 vetat ne sacra suppellex ad usus profanos adhibeatur: idque magis urget quod ad suppellectilem quae be-

nedicta aut consecrata esse debet, et in publico cultu adbibetur. Hanc, quam diu suam consecrationem vel benedictionem retinet, a<l usum communem et profanum adbibere foret sacrilegium. Quae autem ad usus indecoros adbibita vel publicae venditioni exposita fuerit, suam benedictionem vel consecrationem reapse amittit (c. 1305, § 1).

Principium ipsum ponitur e. 1150: « Res consecratae vel benedictae constitutiva benedictione, reverenter tractentur neque, ad usum profanum vel non proprium adhibeantur etiamsi in dominio privatorum sint ».

2. Benedictio *constitutiva* rei sacrae distinguitur a benedictione *invocativa,* utputa domus, navis, animalis, quae profanos usus rei nullatenus impedit. Nec usus profanus omnis rei sacrae eadem severitate excluditur. Sane res benedictas indifferenter ad usus sacros et profanos adbibere, sapit contemptum quendam venialiter culpandum. Sed. in aliqua occasione vel propter aliquam causam, aquam lustralem *(aequa santa)* bibere ad sedandam sitim, candelam benedictam accendere ad opus profanum noctu exsequendum, ramo benedicto pellere museas, incensi benedicti odore cubiculum aegroti imbuere, non erit peccatum.

3. Facilius etiam licebit res non benedictas quae ministerio sacro mediate inserviunt: tapetes, candelabra, pelvim, immo et manutergium, ad nuptias vel a<l communem usum honestum adhibere.

4. Res sacrae ex toto immutatae ita ut ad communem materiam redactae sint. v. g. vasa sacra, fuso metallo, ad omnem usum adhiberi possunt.

Antiqui canones (e. Ligna. 37. et Altaris. 38. (’onsecr. D. 1) vetabant ne ligna quaedam ecclesiae consecratae in aliam ac sacram utilitatem destinarentur. Hodie vero. c. 1187 permittit ut ipsa ecclesia quae nullo iam modo ad cultum divinum adhiberi possit, si omnes aditus ad eam reficiendam interclusi sint, in usum profanum non sordidum ab ipso Ordinario redigatur.

5. De rebus sacris, utputa paramentis sacerdotalibus, quae mere benedictionem amiserint, non una est vel fuit sententia. Alii leve sacrilegium in usu profano agnoscunt: S. ALPH. 1.3.41; I)’Ann. 111. 16, notis 36 et 37 ; alii dubitanter loquuntur: sic Leumk. I. 524; alii probabile existimant hodie ita temperatum esse rigorem, ut praeciso contemptu aut scandalo, talia sine peccato in usum profanum converti possint. Quare licere, ut dirutae eccle-

siae lapides, ligna et reliqua materia sub hasta, ad quoslibet usus, vendantur, ut vestes sacrae usu consumptae, mutata tamen forma, civilem aut profanam utilitatem recipiant. Sic C. GENNARI. *Consuit, can.* ed. 2, II, p. 201-205, qui suam sententiam sententia romanae acadeiniae liturgicae confirmat.

273. — Actio confessarii ea esse debet, ut nullos vanos scrupulos iniciat, aliunde vero reverentiam omnis rei sacrae vel benedictae prudenter inculcet, nec perire sinat pios usus qui, quamvis non stricte praecepti sint, a veneratione tamen divini cultus proficiscuntur.

274. — Sanctiones poenales. *Delictum* ſ *sacrilegii generali* canone 2325, pro gravitate culpae ab Ordinario puniri debet « salvis poenis iure statutis contra » aliqua « sacrilegia ».

Poenae speciales, a) Poena *excommunicationis specialissimeS. Sedi reservatae* statuitur contra eum «*qui species consecratas abiecerit vel ad malum finem abduxerit aut retinuerit* » (c. 2320). Praeterea est suspectus de haeresi, ipso iure infamis, et clericus praeterea est deponendus. — Abicere non est simpliciter extra ciborium seu pyxidem, etiam intentione furandi vas sacrum, ponere, sed, vel ex loco vili ubi, vel ex modo quo, cum contemptu spargere. — Abducere, retinere ad malum finem : est secum ferre vel apud se ſervari ad malum Unem abusus impii, luxuriosi, etc.— Cum retentio abductionem perficiat, qui abducit et retinet unius tantum delicti est reus.—Delictum istud minime committitur ab eo'qui, ne sacrilegam communionem perficiat, hostiam ex ore suo extrahit et reverenter tractat donec eam restituere possit.

b) *Violatio ecclesiae vel coemeterii interdicto ab ingressu ecclesiae {Th. mor.* III, 913) et aliis congruis poenis ab Ordinario punienda dicitur (c. 2329).

c) *Iniuria realis in 8. Pontificem excommunicatione l. s. specialissime reservata* plectitur, et reus est ipso facto vitandus; contra personam Cardinalis, Legati S. Pontificis, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi etiam titularis, *excommunicatione l. s. specialiter S. Sedi reservata;* contra alios clericos vel religiosos utriusque sexus, *excommunicatione Ordinario proprio reservata.*

(«I Delictum est «externa legis poenalis violatio, dolo malo facta » (d'Ann, in C. J/. *Sftih,* n. 6).

Pro religiosis laicis vel non exemptis, Ordinarius est Episcopus vel quasi-episcopus loci (c. 2343).

d) *Violatio privitef/H fori* (III, 12) *ausu* perfecta, c. 2341, pro gradu clerici, plectitur vel *excommunicatione specialiter* aut *simpliciter S. Sedi reservata,* vel *suspensione* ab ollie,io reservata Ordinario si reus est clericus, vel *poenis ferendae sententiae,* si est laicus (III, 12; 916, 8; 919, 5; 924, II).

e) *Matrimonium* quod clerici in sacris vel sollemniter professi attentare, etiam civiliter tantum, *praesumant.* et personae qùae cum iis matrimonium etiam civiliter tantum att«itare *praesumant,* plectitur *excommunicatione l. s. S. Sedi simpliciter reserrata.* Si agatur de professis votorum simplicium perpetuorum qui matrimonium etiam civiliter tantum contrahere praesumant vel de personis (piae cum iis contrahunt, *excommunicatio latae sententiae est Ordinario reserrata* (c. 2388) III, 137.

f) *Qui non sacerdos missae celebrationem simulaverit* vel *sacramentalem confessionem exceperit, excommunicatione l. s. specialiter S. Sedi res&rvata* plectitur, praeter ferendae sententiae depositionem, si clericus fuerit. Si laicus, privetur pensione aut munere aliisque poenis proportionalis puniatur (c. 2322).

g) *l surpantes rcl detinentes per se vel per alios bona et iura ad Ecclesiam Romanam* pertinentia subiacent *excommunicationi l. s. specialiter S. Sedi reservatae,* praeter poenas ferendae sententiae contra clericos (c. 2345). — Praesumentes bona ecclesiastica *cuiuslibet generis* per se vel per alios in proprios usus convertere et usurpare, aut impedire ne eorum fructus vel reditus ab iis ad (pios iure pertinent percipiantur, excommunicantur *excommunicatione simpliciter S. Sedi reservata,* a qua absolvi nequeunt (piam diu iniustitia non fuerit integre reparata, vel talis reparatio serio promissa, si reparatio sit actu impossibilis. Patronus praeterea ipso facto suo patronatu privatur (e. 2346). Accedunt aliae poenae terendae sententiae. — *Praetermittentes,* eum requiritui', *beneplacitum Apostolieum* ad alienanda bona ecclesiastica, plectunt ur *excommunicatione. l. s. nemini reservata.* Accedunt aliae poenae coiit ra il legit ime alienantes. ('f. *Theol. mor.* 111.923 : *Epitome luris can.* Ill, 547.

Articulus IV. — De Simonia.

§ 1. — Notiones et divisiones.

275. — I. Notiones. *Simonia* est *reale sacrilegium pactionum quae de re spirituali vel de conexa temporali, intuitu religionis sunt prohibitae.*

II. Distinguitur simonia strictius dicta seu *iuris divini* et latius dicta seu *iuris ecclesiastici,* Cf. IjAYMANN, *Theol. mor.* L. 4. Tr. 10. c. ult. n. 3.

Pure *mentalis* iit sine pacto exteriore; *conventionalis* fit per pactum; *realis* partiali saltem pacti exsecutione completur. Mixta dicebatur ante Codicem, quae ab una tantum parte exsecutione complebatur. Simonia in materia beneficiorum dici consuevit *confidentialis,* quia committitur secretis condicionibus pactione speciei honestae contentis.

276. — Simonia iuris divini canone 727, § 1 sic definitur: « *Studiosa voluntas emendi vel vendendi pro pretio temporali rem intrinsece spiritualem, e. g. Sacramenta, ecclesiasticam iurisdictionem, consecrationem, indulgentias, etc. rei rem temporalem rei spirituali annexam ita ut res temporalis sine spirituali nullo modo esse possit, e. g. beneficium ecclesiasticum, etc. aut res spiritualis sit obiectum, etsi partiale, contractus, e. g. consecratio in calicis consecrati venditione* ».

a) *Studiosa voluntas:* i. e. non solum deliberata, sed electrix mediorum: i. e. sive actionis in qua intentio simoniaca dissimuletur (simonia *mentalis,* seu mixte mentalis), sive apertae pactionis (simonia *conventionalis'),* sive etiam traditionis rei pactione promissae (simonia *realis).*

Sunt quidem qui studiosam voluntatem, pro deliberata positam esse intellegunt. Sed tunc definitio ista, quam Codex, quili classica orat, ūsurpavit, potius quum ipsam simoniam, simoniae propositum definiret: quasi furtum describas deliberatam voluntatem auferendi alienum. Xec ratio apparet cur communis omni peccato gravi condicio hic commemoraretur. Nec attingeretur delictum simoniae, quod interno peccato consummari nequit. Cf. Ball.-Palm. *Op. theol.* II. 445.

Ipsa vox *studiosa,* quae de se applicationem montis significat, desumpta videtur ex cap. 11, C. I, q. 1, quod sic incipit: « Qui studet domum Dei pretio mercari ». Varias istius vocis explicationes propositas refert Suarez. *Itet.* tr. III. L. 4, c. 1, n. 9.

b) *Voluntas* «licit ur potius quam pactio. Etsi enim simonia in pactione formaliter consummatur, expressa seu formali pactione. ne quidem ad ipsum *delictum,* opus est. Ad *peccatum* autem interior voluntas iam sutlicit. Verba itaque *studiosa voluntas* vocem *pactionis* supplere videntur, ut nulla expressae conventionis necessitas allegari queat.

Emendi vel tendendi; his verbis intellegitur quaelibet pactio onerosa, sive permutationis, sive renuntiationis, licet ad effectum non deducta, etiam tacita, « in qua scilicet animus simoniacus expresse non manifestetur sed ex circumstantiis colligatur » (c. 728). Quotiescumque igitur habetur intentio obligandi ex pacto non gratuito, adest studiosa voluntas quae simoniae sufficit. Inde, ante Codicem, distinguebant simoniam pure *mentalem,* sine pacto exteriore; *conventionalem,* per paetum; *realem,* (piae exsecutione pacti, saltem partiali, completur. *Mixta* vocabatur quae ab una tantum parte complebatur exsecutione.

Itaque sine *reciproca pactione* simonia non habetur. Quare simoniacus non est qui mere *sub spe* gratitudinis ei qui ex gratitudine spirituale conferre potest, temporale donum confert.

c) *Pro pretio temporali.* Proprius pretii locus est commutatio. in qua duae res vel praestationes inter se comparantur, et altera ut alteri aequivalens solvitur seu praestatur. Ac strictissime habetur pretium, si tribuenda est pecunia, eum pretium esse dicatur *valor rei pecunia expressus.*

Latiore usu pretium vocari potest lucrum quodlibet propter quamlibet rei vel actionis praestationem perceptum, etiam si. remota comparatione, non tribuatur ut aequivaleus.

Temporale pretium est quod in ordine rerum humanarum in aestimationem venit: esse potest *pecunia* seu similis res; laus, vituperium, commendatio, patrocinium ; servitium seu famulatus. Inde generico *muneris* nomine appellatur, et distinguitur munus α *manu* (pecunia); munus *a linpua* (commendatio, etc.); munus ab *obsequio* (famulatus).

Ut simonia peccetur, est ne opus ut proprie dictum pretium exigatur, an sutlicit etiam pretium latiore usu intellectum ? Id ex perpensa simoniae malitia, infra colligendum erit.

d) *Rem spiritualem.* Iam alterum simoniae elementum, i. e. res (piae vendi vetatur, declarandum est. Talis est in primis res spiritualis.

Res spiritualis intellegitur res supernaturalis ad salutem ordinata: sive *sit formaliter* talis, ut gratia et dona Spiritus Sancti; sive *causaliter:* ut sunt sacramenta, contio, sacramentalia. preces; sive sit *effectus* et usus potestatis supernaturalis, ut consecratio, absolutio, dispensatio, benedictio, excommunicatio, electio, praesentatio, confirmatio (nominationis vel electionis ad officium ecclesiasticum), collatio beneficii, aliquis actus iurisdictionis ecclesiasticae.

Quid *communicatio scientiae sacrae*Ÿ Haec non censetur spiritualis. Quare pretium verum accipi potest ad docendam theologiam, ad tradendam pueris doctrinam Christianam in *schola,* sicut disciplina profana ibi traditur. Aliter tamen dicendum est de instructione quae in solam spiritualem aliorum utilitatem dirigatur, ut instructio catechetica ad praeparandam primam communionem. Pari modo distinguendum est inter *consilia* quae mere ad alterius bonum spirituale diriguntur, et consilia (piae temporalem dant instructionem (cf. Ball.-Palm. II, n. 466).

N. B. Magis stricte obiectum simoniae habetur, ubi ex opere operato spirituale confertur, sicut fuisset potestas sacra quam Simon Magus emere cupiebat, quam quando effectus spiritualis tantum ex opere operantis vel per huius occasionem confertur, utputa per preces, per contionem.

e) *Vel rem temporalem rei spirituali annexam.* Itaque sunt etiam res in se temporales, quas *propter conexionem* cum re spirituali vendere non licet. Non omnis tamen conexio hanc prohibitionem affert.

Ante Codicem, distinguebant res temporales spiritualibus annexas *antecedenter* seu per modum antecedentis: i. e. (piae spiritualibus natura priores erant: vasa, vestes sacrae respectu sacramentorum. ius patronatus respectu beneficii; res temporales annexas *concomitanter,* seu quae simul cum spiritualibus exsistebant: labor in administratione sacre.mentoriim ; res temporales annexas *consequenter,* seu (piae rem spiritualem consequuntur: reditus beneficii, qui dantur propter officium spirituale.

Res *temporales consequenter* annexae omni venditione exclusae dicebantur; dum, pro valore materiae licita perhibebatur emptio et venditio rei *temporalis* antecedenter annexae (cf. c. 730), si tamen exciperes *ius patronatus,* cuius venditio positive prohibetur (c. 1470 §. 1. 6°).

De re temporali *Concomitante* rem spiritualem, v. g. de labore coniuncto cum administratione spirituali, distingui debet labor ‹ *strinxteux,* qui prae-

stationi accedit nec semper necessarius est, puta missam *tarde* dicendam vel canendam vel in loco distanto, vel ad nutum cuiusdam personae: huius modi labor stricte vendi vel locari certo potest ab eo qui illum iam non debet ex iustitia, ratione officii sui; et labor *intrin us,* qui a praestatione separari nequit: v. g. opera, tempus impendendum in celebranda missa, etc. Do isto *labore* non modica fuit controversia, quae hac distinctione solvenda videtur: *terminatire* sumptus, isto labor nullo pretio vendi potest, cum ad rem spiritualem terminetur: *in* se consideratus, cur non possit ipsa *opera* impensa locari-conduci sicut vendi potest aurum calicis consecrati, non statiin apparet.

Bene tamen reponunt, in casu non agi de locatione et conductione *operae,* cum nullus labor sed fructus spiritualis quaeratur, ita ut labor non sit pretio aestimabilis nisi ex opere cuius causa suscipitur. Quare si opus venale esse vetatur, nec labor operi intrinsece necessarius venale esse permittitur. Nihil tamen prohiberet, si propter istum laborem minister sacer alium frugiferum facere non potuit, compensationem lucri cessantis postulare. Cf.LAYMANN, L. 1, tr. 10, c. 8, η. II. 12; AnENDT, S. I. *Dt laesione iustitiae commntatirae. in missae manuali stipendio altui celebranti diminuto,* Parergon: p. 44. 45.

Positive autem vetatur ut maius stipendium exigas ad dicendam missam ad altare privilegiatum (can. 918). Maius tamen non exigit sacerdos qui, cum varia stipendia receperit, applicationes ad altare privilegiatum pinguioribus reservat et de re petentes monet, dummodo sincere agat. Sed facile quatiam cupiditatis specie is modus agendi inficietur.

Antea receptis dicendi modis, non adeo perspicuis, Codex limpidiores et pleniores surrogavit. duplicem conexionem distinguens: alteram *ne.rus individui seu necessarii,* v. g. qualem habet beneficium ecclesiasticum, seu ius percipiendi reditus ecclesiasticos, quod officium ecclesiasticum necessario appellat : « beneficium propter oflieium »; alteram, *participationis contractus,* ut si. vendendo calicem consecratum, pretium propter consecrationem augeas: haec lit tunc partiale contractus obiectum.

Verbis canonis « rem temporalem rei spirituali annexam ita ut res temporalis sino spirituali nullo modo esse possit », videtur tamquam obiectum Bononiae includi labor qui a spirituali actione vel administratione separari nequit, quod ceterum, iam ante Codicem, communior opinio tenebat. Ob generalem tamen legislatoris mentem, qui non praesumitur, nisi id clare enuntiet, huiusmodi quaestiones aut lient ice definire, controversiam adhuc moveri posse de hac re arbitramur.

[276.]

277. — Simonia iuris ecclesiastici est « Dare... res temporales spirituali annexas pro temporalibus spirituali annexis, vel res spirituales pro spiritualibus, vel etiam temporales pro temporalibus. si id ob periculum irreverentiae erga res spirituales ab Ecclesia prohibeatur » (c. 727, § 2). Sola tamen simonia iuris divini, stricte simonia vocatur. Cf. Laymann, *Th. mor.* L. IV, tr. 10, c. 8, n. 3.

Simonia *iuris* saltem *ecclesiastici* committitur: 1. permutatione *beneficiorum* quae fiat propria auctoritate vel contra alia praescripta (cc. 1487, 1488, § 1); privata resignatione beneficii in favorem tertii aut sub condicione quae redituum erogationem attingat (c. 1486).

2. Variis solutionibus vel compensationibus quae clerico in actu provisionis beneficii faciendae imponantur (c. 1441).

3. Venditione officii quod extrinsece tantum ad res sacras est ordinatum, ut oflicium *Sacristae, Oeconomi.* Quamvis enim, ex e. 145, oflicium ecclesiasticum stricte sit accipiendum nisi aliud ex contextu sermonis appareat, manere tamen putamus dispositionem iuris anterioris quae gratuitam talis officii collationem imperabat.

4. Postulata renumeratione laboris impensi in colligendis et distribuendis missis, nisi quam concesserit Ap. Sedes. Integrae enim transmitti debent stipes manuales, ex e. 840. (Cf. Fe BRERES, 1. 375: sed. contra atque is existimat, non putamus simoniaeum esse qui pro receptis stipendiis merces tribuat celebrantibus, contra praescriptum c. 827.)

5. Postulata, sine Episcopi venia, remuneratione pro expensis celebrationis missae (c. 1303). (Qui autem maiorem stipem quam concessam postulaverit, potius iniustus quam simoniacus esse videtur. Contra FERRERES, I. 376.) Nulla vero hodie simonia committi videtur ab iis qui, pro valore materiae, vendunt res sacras, benedictas, indulgentiis ditatas (cf. c. 1539, §1), quamvis indulgentiae reipsa pereant (cf. c. 924, § 2).

§2. — SIMONIAE MALITIA.

278. — 1. S. Thom, 2, 2, q. 100 art. 1, triplicem malitiae rationem in simonia agnoscit: «quia res spiritualis non potest aliquo terreno pretio compensari ». eum terrena longe transcendat; (plia venditio licita non est rei cuius dominium non habetur: ipse

autem Papa non est dominus sed principalis dispensator rerum spiritualium (1. c. ad 7); (pda repugnat spiritualium rerum origini, cum ex gratuita Dei Voluntate ad nos pervenerint, Contemptus igitur transcendentiae rerum spiritualium et gratuitae earum originis, praeter usurpationem perfecti dominii, malitiam istam componit. Maxime tamen rei sacrae iniuriosa est aequiperatio rei spiritualis et pretii temporalis. Communiter autem existimant in simonia haberi *specialem* rationem sacrilegii *realis*. quod, extra hunc casum, in alias species subdividere renuunt. Et quia nullum donum gratiae sine gravi irreverentia tam ipsius doni quam etiam Dei venire potest, nec quantitas pretii irreverentiam istam mutat, in simonia iuris divini, parvitas materiae haberi posse negatur. Saepe tamen exiguitas praemii probare potest mentem simoniacam abfuisse.

2. In simonia iuris ecclesiastici nulla fit comparatio rei spi' ritualis cum temporali. Est igitur quaedam extensio simoniae ad casus lege naturali non comprehensos; sed. cum eodem motivo vetetur, utraque simonia eiusdem speciei moralis *(realis sacrilegii)* est. Quamquam haec simonia parvitatem materiae admittit. In vetita tamen commutatione duarum rerum spiritualium inesse potest intentio lucri temporalis et abusiva usurpatio dominii rei sacrae. Quare ipsa simonia iuris ecclesiastici aliqua simonia iuris divini interdum vitiari potest. Ideo maluimus exempla simoniae iuris ecclesiastici supra recitare ut *saltem* hoc simoniae genere infecta.

§ 3. — Quomodo et quatenus simonia absit a stipendiis, TAXIS ET OBLATIONIBUS.

279.— Quid quaeratur. Usus esi in Ecclesia *stipendiorum, laxarum* et *oblationum.* pro sacris functionibus seu praestationibus.

Inde (piaestio Iit quomodo haec sine simonia solvi vel exigi possint.

1. Notiones. *Stipendia* ei solvuntur qui vel missam applicandam promisit vel sacramentum administravit vel functionem sacram obiit. *Taxae* designant pecuniam quam, praeter compensationem laboris in scribendo documento insumpti, exigit Praelatus qui ius reddit, dispensationem vel gratiam concedit. *Oblationes* extra ista peculiaria adiuncta a fidelibus contribuuntur

sive libere sive coacte; *libere,* ut, in certis locis ad offertorium in missa exsequiali vel quae in capsis pro variis intentionibus deponuntur, vel etiam super altaria posita reperiuntur; *coacte,* ut fuere primitiae et, ubi adhuc sint in usu, decimae. Stipendia, ministro sacris operanti, taxae Superiori dispensanti vel gratiam largienti aut ius reddenti, oblationes sive personae sacrae (parocho) sive Ecclesiae universali aut particulari solvuntur. Stipendia (') et oblationes alicui personae factae ad genus retributionis seu mercedis, saltem reductive pertinent, ita tamen ut stipendia magis pro servitio seu administratione particulari, oblationes magis pro servitiis in genere v. g. parochi, pendantur; taxae et oblationes quae non sunt personis debitae magis ad rationem tributi accedunt.

2. Permissae commutationes In primis distinguendae sunt compensationes praestationum quae actionibus sacris accidentales sunt, vel cum iis fere ut calix cum consecratione coniunguntur. Talis est cantus, exterior missae pompa, caerimoniae sacrae apparatus exterior, obligatio celebrandi tardiore hora, loco distanti vel incommodo; ipsa obligatio celebrandi delinito loco vel agendi eappellanum ; compensatio usus supellectilis sacrae. Nisi enim iam aliunde sint debita ex officio, vel nisi Ecclesia quaedam vetet, sicut vetat ne quidpiam pro obligatione celebrandi ad altare privilegiatum petatur, haec omnia possunt pretio commutari.

Solet tamen Ecclesia, ad omnem mercimonii speciem vel turpis lucri cupiditatem removendam, legale pretium, consuetudine vel competente auctoritate definitum, his adiunctis externis imponere. Qui ultra istud iustum pretium quidpiam exegerit est iustitiae violator. Estne etiam simoniacus ? Id non nulli putant. «Excessus, aiunt Ball.-Palm. II, 465, censetur exactus pro re spirituali atque adeo simoniam involvit ». Verum haec, summum, erit praesumptio fori exterioris. In foro interno mens agentis erit consideranda. Nec arbitramur intentione per se diversa moveri «pii simul petit quod poterat et quod nimium erat (Cf. Leiimkuhl, I, 534).

(1) Remuncratio servitii praestiti generic uni stipendii nomen habet; quod prius fuit de retributione militari usurpatum. Si causa fuerit non valor gratiae rollatae vel servitii praestiti, sed sustentatio agentis, vocatur *stiffudiunt sustentationis* (Suarez, *De Relig.,* Tr. 3, L. 4, c· 46).

3. De stipendiis, etc. pro ipsa re sacra. Seposito omni accessorio labore cxtrinseco vel compensando sumptu, catholicis indubium est stipendia, taxas, oblationes, secundum probatos usus, sine siinoniae peccato dari et recipi posse, cum Ecclesia in iis quae, ad ordinem fidei vel morum spectantia, facit ipsa vel approbat errare nequeat. Atque in c. 730 expressa declaratio legitur: « *Xon habetur simonia,, cum temporale datur non pro re spirituali .sed eiu.s occasione, ex iusto titulo a sacris canonibus vel a legitima- consuetudine recognito* ». In quo canone verba *« non pro re spirituali ».* intellegenda sunt quasi dixeris non per modum commutationis cum re spirituali, seu, ut ait S. Thomas (2, 2. q. 100 art. 1, c.) non compensando rem spiritualem terreno pretio (Cf. Ball.-Palm. II, 401). Nec ipse labor intrinsecus seu ab actione sacra inseparabilis pretio compensari potest, quia, cum opera non sit qua talis conducta, ipse labor tantum ex valore fructus seu operis, quod est spirituale, aestimatur.

Quaeritur iam de meliore explicatione rei quam honestam esse constat. Non nulli eandem laboriosam et diflicilem esse censent. Nos potius adhaeremus Ball.-Palm. dicentibus. II. 403. « Et quaestio, sic. proposita, de stipendio scilicet quod operanti debeatur satjs plana est et expers diflicultatis ».

Quaestionem istam sic solvendam esse arbitramur.

Teste S. Paulo, in 1 Cor. 9, 7-14. etiam in Novo Testamento Dominus exercenti ministeria sacra iustum titulum sustentationis contulit: «Nescitis quoniam qui in sacrario operantur quae de sacrario sunt edunt; et qui altari deserviunt eum altari participant? Ita et Dominus ordinavit iis qui evangelium annuntiant de evangelic» vivere ». Sicut igitur societas civilis congruam sustentationem debet iis qui muneribus publicis funguntur, non aliter societas spiritualis seu Ecclesia alere debet (pios sacris ministeriis exercendis ipsa deputat. Potestas autem suprema civilis modum delinit (pio congrua sustentatio suis officialibus adveniat: aliis, utputa indicibus, ex aerario iustam pensionem annuam solvit; aliis, utputa notariis, ius tribuit exigendi stipendia pro actibus quibus fidem publicam addunt. Ac non dissimili ratione. Legislator ecclesiasticus, (pii munera sacra ad Ecclesiam pertinentia confert, modum ordinat quo congruae ministrorum sacrorum sustentationi provideatur. Modus iste historice variavit. Hodie, tum per reditus beneficiorum, tum per iura stolae et varias oblationes, si agitur de parochis, tum per stipendia missarum

et taxas et hiiiiisinodi mutuas praestationes isti sustentationi providet.

Abesse autem ab istis praestationibus omnem simoniae labem, ita facile demonstratur. *Dominium Dei* non violatur, cum ipse Deus permittat ut minister cum altari participet et de evangelic \ivat: nihil contra *gratuitatem a Deo imperatam* agitur, cum correlativam ministeriorum et stipendiorum vel oblationum obligationem. ut ex eodem sacro textu fit manifestum, ipse Dominus permittat. Trium igitur malitiarum (pias supra n. 278, diximus in simonia inesse, tertia, i. e. *acquiparatio rei spiritualis ct temporalis,* (piae sola superest. ipsa aufertur si. ut ait Suakez, ReZ.tr. 3, L. 4, c. 46, pecunia non datur ratione rei sed ratione subiecti; i. e. non datur ut pretium commensurandum vel commensurabile ministerio vel labori operantis, sed « condicioni personae indigenti sua et familiae sibi proportionatae congrua sustentatione, ut satis per se clarum est » (Ibidem).

Proposita explicatio ad condiciones c. 730 perfecte quadrat. Recolamus canonis verba. « *Temporale non datur pro re spirituali* », quatenus nulla Iit commutatio rei cum re, nulla «conventio pro re temporali sub ratione pretii (SUAREZ. I. c.). « Per comparationem rei ad rem. sic pergit Eximius Doctor, ibidem n. 10, *gratis* uter <pie dat et recipit, quia non dat rem unam pro alia ». — « *Sed eius occasione* ». Quatenus obligatio suscepta a ministro sacro, v. g. dicendi missam, non est iuridica causa oblationis (t'f. infra, in tr. de iustitia, notionem causae iuridieae); nec pecunia data sacerdoti est iuridica causa obligationis sacerdotis. Iuridica causa obligationis est, ex parte sacerdotis, munus vel simpliciter exercendum propter susceptum officium, v. g. parochi, vel condicionale exercendum recepto stipendio, cum agitur de applicatione, missae nondum debita; et iuridica causa oblationis est, ex parte offerentis fidelis, praecepta vel ultronea impletio officii alendi sibi ministrantem. « l-terque ex debito iustitiae, ait Suakez, 1. e., (piod sui muneris est exhibet; nam ipsa aequitas iustitiae postulat ut si unus ex officio vel conventione aut ratione stipendii obligatur ex iustitia ad ministrandum, alius ex eodem iustitiae debito ad alendum sibi ministrantem ». — « *JEx iusto titulo»:* i. e. congruae sustentationis quem S. Thomas et omnes indicant. — « A *sacris canonibus rei a legitima consuetudine recognito* ». Sicut enim in ipsa societate civili, potestas (piae munus confert simul modum retributionis taxative definit, ita ad legem

ecclesiasticam pertinet definire qua occasione, quibus limitibus, .stipendium sustentationis solvendum sint. Jline S. Thomas permittit stipendium ad sustentationem eorum <pti sacramenta <'lirisri ministrant « secundum ordinationem Ecclesiae et consuetudine·, approbatas ».

Hactenus de stipendiis proprie dietis. Eadem porro est explicatio *oblationum*. De ipsis *taxis* id solum est specialiter notandum. eas varia ratione postulari: per modum sustentationis onerum Pontificatus, per modum muletae applicandae ad piam causam, per modum commutationis, sicut vota commutantur in eleemosynas (S. Alphonsus. L·. 3, n. 96); et. id addimus, ut pinguis eleemosyna dispensationi causam suppeditet quae secus abesse posset.

280. — Corollaria. 1. Duplex est gratuitas: altera quae solum pretium, altera quae etiam .stipendium sustentationis excludit. Prior commendatur a Domino dicente (S. Mattii. 10, 8) « gratis accepistis, gratis date»; et simul sic instruente epios mittebat discipulos: «in eadem domo maneto, edentes et bibentes qnae apud illos snnt : dignus est enim operarius mercede sua » (S. Lue. 10, 7). Quae verba stipendium sustentationis non obscure significant. Hanc gratuitatem sufficere posse ad excludendam simoniam canone 730 docemur. Et ipse populus, vulgari sermone hanc gratuitatom agnoscit, cum stipendia missarum nomine ‹ lc< *moxynaruin* compellat. Pleniorem gratuitatem sibi ascribit Apostolus in loco supra allato tl Cor. 9, 7». et etiam cum, 2 Cor. 11, 7 ait «gratis... evangeliz.avi vobis»; eandemque imperat Ecclesia, cum omne stipendium ab ordinatione sacra excludit, vel cum e. «552, $ 2, iubet ut voluntas puellae ante noviciatum et ante professionem gratis exploretur.

Quia autem minister sacer qua talis ius habeat ut de evangelio vivat, stipendia etiam dives exigere potest.

2. Quando actus ministerii sacri non iatn est ex iustitia debitus, puta applicationem missae, accedit contractus qui, eum agitur de missa, vel de fundatione (c. 151 1. $2), formam induit contractus do *ut facia* quia prius fbrmaliter vel aequivalonter stipendium datur, quam obligatio missam applicandi suscipitur. 1'raesupposito insto titulo sustentationis et generali obligatione iustitiae alendi sacerdotem, convontio ista licita est: de re debita ex iustitia licite lit pactio. Verum pactio ista titulum iustitiae </wod *ad substantiam* non creat, sed eum confirmat et actu exigibilem eftieit, magis determinando, intra limites ab Ecclesia permissos, personam celebrantis, personam solventis stipendium, tempus, modum, intentionem, ipsam stipendii quantitatem. Ut ait Sca KEZ, *Bel.* tr. 3, L. I, e. 16, n. 10: « per pactum non additur nova obligatio, sed explicatur et declaratur qnae inest ». Similia habet Box'acixa, *De Simonia,* Q, VI, 1'iinct. 2.

3. Datae explicationis istud etiam est commodum, ut, remota omni dissimulatiane vel longe quaesita subtilitate, possimus *reran intentiones eoi· ventis stipendium et accipientis sacerdoti» profiteri* quales re vera sunt, seu primo intuitu esse cernuntur. Quid petit fidelis f applicationem missae; quid promittit sacerdos? applicationem missae. Medium obtinendi quodnam est? datum stipendium. Estne stipendium solutum, fitno applicatio *pro pecunia l Diet.* tamquam pretium, *nego ;* tamquam stipendium sustentationis, *concedo.* Quae distinctio est ipsius S. Thomae: «sacerdos non accipit pecuniam quasi pretium consecrationis Eucharistiae... sed quasi stipendium suae sustentationis » 2, 2, q. 100 art. 2 ad 2. Eadem distinctio adhibetur a Boxa· cixa, *De Sacramentis,* Disp. 4, Q. VIII, Punet. VIII, n. 2. Et nonno ipse sacer textus, cum permittit, 1. c. ut annuntians evangelium de evangelic viveret, manifesto licitum affirmat ut pro ipso ovangelio aliquid temporali per modum stipendii sustentationis recipiatur ?

4. *Cur,* etsi singula stipendia missarum soleant esse modica pecunia, *gravis* tamen *est obligatio dicendi singulas missas l* Nobis ratio in promptu est: voluntas Ecclesiae, quae sacerdotem sub gravi obligat ut, accepto stipendio, sacerdotale suum munus offerendi sacrum exerceat.

5. Ministeria sacra, quae sunt in dominio Dei, dispensanda et administranda committuntur Ecclesiae. Ergo in ministeriis quorum occasione Ecclesia non permittit stipendium, *dirinitus* requisita condicio deficit ut stipendia honeste petantur. Quare, quamvis, etiam tunc, malitia aequiperationis rei temporalis cum re spirituali absit, non desunt tamen duae aliae malitiae quae peccatum simoniae ingrediuntur: usurpatum Dei dominium; violata gratuita Eius intentio. Idcirco censemus simoniae iuris divini essi reum sacerdotem qui stipendium accipit pro missa lunationis, vel pro administratione poenitentiae vel alius ministerii quo omnino gratis fungi debeat.

Ideo S. Thomas, 2, 2, q. 100 art. 3 ad 2, pauperes a deputatis ministris logice distinguens, his solis tribuit ius stipendii sustentationis ; pecuniam autem quam pauperes acceptant ut preces fundant non excusat nisi quia titulo 'gratuitae beneficientiae data censetur. « Qui dant eleemosynas pauperibus ut orationum ab ipsis suffragia impetrent, non eo tenore dant quasi intendentes orationes emere ; sed per gratuitam beneficentiam pauperum animos provocant ad hoc quod pro eis gratis et ex caritate orent ».

281. — Scholia. 1. De aliis sententiis. Sententia proposita fere verbotenus ex Spare/. exscripsimus ; eum mente et verbis S. Thomae etiam perfecte congruit. Continetur quoque his paucis verbis Lehmkuhl, 1,584: « Simonia eaquo iuris divinis est *pro* pecunia missam dicere... Attamen stipendia *pro missis* accipere... non est simonia, quia iustus titulus sustentationis adest. (Si enim aliquid *pro pretio* datur, fit aeqniparatio rei praestitae cum pretio dato; quae abest, si (jnid titulo sustentationis tribuitur; tum nimirum res praestita seu labor impensus ansam dat aliquid retribuendi, quod nullatenus pro aequivalenti sumi debet)».

Longo aliter, non pauci, post Laymann, *TheoL mor., L.* IV. tr. X. c. ult., n. 13, qui tamen, hoc notatum velimus, istam explicationem non ut necessariam imponit sed eam ad sententiam Suarez addit per verba u Xiλi *malifi aliter explicari·* », ad excusanda stipendia, subtiliter quaerendam sibi putarunt in ipsa pactione cum sacerdote seu ministro sacro aliquid quod pretio proprie tali emi possit. Istud frustra ab iis esse quaesitum, bene nobis videtur demonstrasse R. P. de la Taille in *llregarianum,* 1923, *Le öffrande de ßne* p. 358 ss. Atque hoc etiam omisso, hniusmodi explicatio nobis probari nequit : *a)* quia falso supponit pecuniam non posse dari nisi vel gratuito vel tamquam pretium, et sic e medio tollit titulum sustentationis, qui, a principibus theologiae appellatus, etiam in civili societate non ignoratur, ut probat ipsa distinctio linguis vulgaribus usitata inter voces *honorarii* et *talarii ; h)* quia in casu nulla adest commutatio. In commutatione enim res duae inter se comparantur, cum hic aestimatio tit ex communi victus necessitate (cf. Ball.-Palm., II, 461 tine): c) quia ficticius iste contractus commutativus claudicat (l)j CUIn gravis obligatio uniu> applicationis missae ad levem unius stipendii materiam non aptetur. Quare non nulli fautores sententiae quam improbamus ipsam gravitatem obligationis negarunt. Palmieri, in nota ad IV, 1012. difficultatem fatetur : et. non secus atque Bucceroni, *Theol. mor.,* III, 621. denique tandem recurrit ad praeceptum Ecclesiae, ita ut aliquo modo ad nostram sententiam accedant : d) quia cum e. 730 aegre componitur. Canon exigit titulum approbatum ab Ecclesia. Sed si re vera in promissione sacerdotis elementum inest quod, secundum se, pretio sit commutabile, superflua tit positiva tituli agnitio ab Ecclesia, quam tamen recognitionem canon postulat. Et in omni praestatione sacra, sive a ministro deputato sive a privato promittatur, pari modo ιηβββθ dicendum foret. Verum hoc ad practice impossibiles conclusiones nos adduceret.

Quae diximus supra, satis sunt ut ab omni stipendio labes simoniae absit. Nostra tamen explicatio specialem de aliqua rei sacrae praestatione, utputa de missae applicatione, explicationem minimo excludit. Specialem et non inelegantem de missae stipendiis, historicum sacrificiorum conspectum appellans, R. P. de la Faille tum in recenti et iam celebri opere *« Mytteriu-m Fidei »,* tum in Gregorianim, 1923, proponendum duxit : stipendia hodierna vices agere oblationum quas olim fideles ad altare terebant, et quae, cum ex parte saltem in corpus et sanguinem Christi converterentur et sacerdotem sustentarent, non secus atque victimae Antiqui Testamenti, Deo oblatae censebantur per sacerdotem velut mandatarium oblatoris, et a Deo sacerdotibus tribuebantur. Solutio ista quaestionis magno

(x) In emd ta et valde utili lucubratione sua historico-iuridica cui titulus *Stipendia Mistarum* prof. Vinckntius Dkl Gcudick, in c. 5, n. 5 ss., rem tamen magis iundicc quam moraliter perpendens, omnem commutationis contractum impossibilem esse demonstrat. Ipse autem n. 10 ad mandatum recurrit.

plausu excepta est a R. P. Beauduin, O. S. B. in Les Questions i.ituk-GIQUE8 et paroissiales, 1922, pp. 178-195; et sane, procul ab omni si-nionia. rationem tituli sustentationis optime servat. Historico rei examine, ntpote ad finem nostrum non necessario, hic abstinemus. Observamus tantum explicationem istam proponi non posse ut universalem, cum per eam ratio reddi nequeat stipendii quod acatholicns oderat ad obtinendam missae ap-im-plicationem ciun ne per sacerdotem quidem infidelis sacrificium missae offerre possit; vel iuriinn stolae, quae tamen ex iustitia deberi, hodie non videtur negare posse, attento c. 463,$ 1 etc. 1410 quo etiam dotem beneficii consti-tuere possunt.

3. Per fideles qui stipendium solvunt, Legislator ecclesiasticus, saltem ex parte implet obligationem iustitiae sustentandi ministros sacros. Sub hoc igitur respectu fideles isti dici possunt quasi mandatarii Ecclesiae esse in stipendiis solvendis. Res ita se habent ac si Ecclesia recipiat stipendia vel alias oblationes, easque deinde sacerdotibus vel ministris sacris tribuat. Sicut ergo olim communem massam bonorum per manus episcoporum divi· débat inter sacerdotes seu ministros sacros, pauperes et ecclesias, sic nunc, etiam ope stipendiorum, directam perceptionem congruae partis sustenta·tinnis, ministris sacris permittit. Et sicut habitualis perceptio redituum saepe cum obligatione dicendi plures missas conectitur, sic accidentalis perceptio pecuniae cnm accidentali munere pascendi, per missae celebra-tionem, eum vel illos pro quibus missa offerenda est conectitur. «Sacerdos itaque separatum stipendium acceptans repraesentat Ecclesiam quae ipsi munus assignat applicandi ex iustitia, sicut permittit Ordinariis ut, per-petnas fundationes acceptando magis stabile officium applicationis missarum, Ecclesiae nomine, constituant.

282. — Applicationes. 1. Simonia iuris divini, nostra sen-tenti», committitur exigendo aliquod pretium temporale *promi-nisterio sacro si titulus non est ab Ecclesiaagnitus,* etiamsi causa sustentationis allegetur.

2. *Admissio in religionem* est praestatio spiritualis, quae proin pretium temporale excludit. Ecclesia tamen modo universali per-mittit ut in Congregationibus religiosarum dos sustentationis exi-gatur; immo, in Monasteriis Monialium, dos exigi debet (c. 547). Expensas postulatus et noviciatus compensari posse, per se liquet, cum postulantes vel novicii nullum ius ad bona religionis aequi-sierint. Religio egens potest etiam exigere unde novus professus queat. Si autem fuerit ojmlenta, ipsi religiosi ius habent ut e alantur, ita ut exigendo compensationem alimentorum committeretur saltem simonia iuris ecclesiastici; immo, secundum S. Thomam (4 S. d. 25, q. 3 art. 2, quaestiuncula 2 ad 7) simonia iuris divini. Id tamen controvertitur.

3. *Ipsa legata missarum et fundationes* nequeunt, contra atque existimabat Wernz, *lux Decret.* \'1.344 per *donationem sub modo* vel *condicione* honestari. Modus enim iste, in se consideratus, ut optime, observat Del Giu DICB, *Stipendia Missarum.* e. 5, n. 9, ab ordinaria obligatione nullatenus diftert. Quando ergo in favorem largientis vel alius personae atque ipse oneratus constituitur, necessaria gratuitas ad vitandam simoniam desideraretur, nisi explicatio per titulum sustentationis ministrorum sacrorum, a Deo permissum et ab Ecclesia agnitum, hic quoqu<- appellari posset.

Sitnoniacus non est (pii stipendio ad celebrandum movetur; — qui redimit reliquias ne pereant vel profanentur; — qui vexationem iniustam, suae electioni contrariam removet, nisi simul velit positivum eiusdem personae auxilium obtinere; —qui alium pecunia allicit ad exercendos actus pietatis vel religionis vel alius virtutis.

Nisi tamen periculum sit in mora, de reliquiis quae venales prostant monendus est Ordinarius, ut ipse provideat. Cfr. decr. 21 dee. 1878 apud Ball.-Palm., *Dp. theol.* II, n. 475, et c. 1289.

4. Quid de pauperibus dicendum est qui pro certo pretio preces quasdam fundunt, novendiales devotiones peragunt ad intentionem solventium f

Quamvis neque hic proprie dicta aequiperatio rei spiritualis et temporalis habeatur, attamen, quia pauperes nullum ministerium spirituale exercent quod ipsis titulum sustentationis con ferat, usus iste, ut loco iam allegato 2, 2, q. 100 art. 3 ad 2 dicitur. honestari debet tribuendo donatoribus intentionem gratuitae beneficentiae, sub spe spiritualis orationum subsidii. Promissio pauperis tunc non potest nisi eius fidelitatem obligare.

Qui vero existimant onus susceptae obligationis pecunia com pensari posse, ab admittenda vera pactione non erunt alieni.

283. — Quaeres ad quosnam spectet *stipendia* et *ta.rax definire.*

1. *a)* Stipendium *Missarum* definitur ab Ordinario loci. vel. I deficiente huius decreto, per consuetudinem dioeceseos (c. 831). Maius nullus sacerdos, etiam religiosus exemptus, exigere potest; ultro tamen oblatum maius accipi potest, et, nisi Ordinarius id prohibuerit, etiam *minus* (c. 832).

b) Episcopi (non Vicarii capitulates nec, sine mandato, Vicarii generales) definiunt, etiam pro religiosis exemptis, *stipem*

quam ecclesia pauper a sacerdotibus in ea in proprium commodum celebrantibus *propter utenxilia et* cetera *Missae necessaria,* exigere potest. Definitio in synodo fieri debet, aut capitulum audiendum est (Cfr. c. 1303).

2. *a)* Locorum Ordinarii conficiunt. pr‹» suo territorio, de consilio capituli cathedralis, indicem *funeralium taxarum* seu eleemosynarum; nec aliquid ultra exigi potest (c. 1234. 1235).

b) Pro variis actibus *iurisdictionis voluntariae,* vel pro exsecutione rescriptorum Sedis Apostolicae vel occasione ministrationis sacramentorum vel sacramentalium, taxae in tota ecclesiastica provincia solvendae definiuntur a Concilio provinciali vel conventu episcoporum provinciae; sed praefinitiones istae non valent nisi prius a Sede Apostolica probatae fuerit (c. 1507).

Semper tamen exigi poterit taxa pro exsecutione rescripti (piam ipsa S. Sedes statuere solet in rescriptis forma commissoria datis. Poterit ne autem haec taxa cum taxa Concilii'.provincialis cumulari? Per se, negative; sed utilior eligi poterit. Id tamen ex ipso tenore probatae taxationis provincialis colligendum est.

c) Taxatio pro *actibus iudicialibus* a Concilio provinciali vel conventu episcoporum provinciae definitur (c. 1909).

§ 4. — Sanctiones contra simoniam latae.

284. — 1. C. 729 irritat pleno iure omnem *contractum* simoniacum, et, in materia beneficiorum, officiorum, dignitatum, provisionem seu nominationem inde, v. g. ex praesentatione, secutam, etiamsi, inscio proviso, simonia a tertia persona commissa sit, dummodo ne facta sit in fraudem eiusdem -provisi (v. g. ad impediendam eius promotionem alioquin certam), aut eo contradicente. « Quare, — sic pergit c. 729, — 1) ante quamlibet indicis sententiam, res simoniace data et accepta.si restitutionis sit capax nec obstet reverentia rei spirituali debita, restitui debet; et beneficium. officium, dignitas, dimitti; — 2) simoniace provisus non facit fructus suos; quod si eos bona fide perceperit, prudentiae indicis vel Ordinarii permittitur fructus perceptos ex toto vel ex parte eidem condonare ». Idcirco, qui vel stipendia pro missis lunationis, vel, occasione administrationis sacrae, quidpiam praeter legitime admissas oblationes, promiserit, promissis stare non debet. Cum tamen missa celebrata vel facta administratio sacra re-

stitui nequeat, ne hodie quidem constat quidpiam restituendum esse ab illo qui renumerationes istas male receperit, nisi simul iniustus' fuerit, ut si pecuniam postulaverit pro administratione quae ipsi ex iustitia, v. g. qua parocho, facienda incumbebat.

2. Si *patronus ius patronatus* simoniace in alium transferre attentaverit, ex c. 1470, § 1, 6°, ius patronatus exstinguitur.

3. « *Delictum* perpetrantes *simoniae* in quibuslibet officiis, beneficiis aut dignitatibus ecclesiasticis: 1) incurrunt in excommunicationem latae sententiae. Sedi Apostolicae simpliciter reservatam; — 2) ipso facto privati in perpetuum manent hire eligendi, praesentandi, nominandi, si quod habeant; — 3) si clerici sint, praeterea suspendantur (c. 2392) ». — Cum delictum non sit plene perpetratum nisi effectu secuto, poena non est contracta nisi saltem rei spiritualis traditione sit perfecta. Consonat vetus interpretatio (Laymann, L. 4. tr. 10. c. ult., n. 68 et 78).

Suspecti de haeresi declarantur omnes, etiam episcopi, qui quemquam per simoniam ad ordines sacros scienter promoverint, vel <pii, eodem modo, scienter promoti fuerint, aut simoniace alia sacramenta ministraverint vel receperint : clerici praeterea suspensionem incurrunt Apostolicae Sedi reservatam (c. 2371).

4. *Quaestum facientes de indulgentiis* plectuntur ipso farto excommunicatione Sedi Apostolicae simpliciter reservata (c. 2327).

5. Varie *delinquentes de stipendiis missarum* puniendi dicuntur c. 2321. Of. III, 302.

(>. Praeter obligationem restitutionis *pro iniuste perceptis taxis,* qui eas augent, puniendi dicuntur, c. 2408.

SUMMARIUM.

285. — *Irreligiositas* religioni *per defectum opponitur,* sive peccet irreverentia erga Deum : tentatio Dei, blasphemia, periurinm et violatio voti: sive personas vel res sacras indigne tractet : sacrilegium et simonia.

1. — *Tentatio Dei* proprie *in temeraria interventus divini postulatione consistit,* quamvis Deum magis stricte tentet qui. quasi dubitans, perfectionem divinam vel beneplacitum divinum explorare voluerit: quae duae aliae rationes sunt tentationem Dei concipiendi. Ac distinguunt *expressam,* et *tacitam ;* haec in agendi modo latet. *Formalis* autem est, quotiescumque quis conscia temeritate petit ut Deus sibi succurrat aut se manifestet. Mortaliter per se peccat qui, sine speciali *instinctu divino,* miraculum *absolute* vult vel promittit ; plerumque venialiter tanturn qni sine sufficienti causa miraculum etiam *con·*

dioionate postulat. Vulgo dicta tentatio Dei, ab eo commissa qui salutem suam temere exponit, est potius praesumptio, cuius gravitas ex praevisi damni momento aestimanda est.

II. — *Hlasphemia* 1. *eat contumelia in Ileum illata,* sive in corde, sive ore, sive opere sen actione contumeliosa. Reservatum blasphemiae peccatum de sola blasphema locutione, orali vel scripta, intellegitur.

Distinguitur *directa,* ex formali inhonorandi Deum intentione, *indirn tu,* ex sola voluntate dicendi contumeliosa : gradu non specie differunt ; *formalis, materialis :* simpliciter *contumeliosa, haireticalie, imprecatoria ;* qua Deus in se vel in sanctis suis et in rebus sacris inhonoratur: haec etiam propriam sanet -cum excellentiam impetere potest : *rulgaris,* quae locutionibus usitatis, et *affectata,* quae *studiose* quaesitis concepta est.

2. *Graritas.* Peccatorum contra religionem gravissimum est genere suo blasphemia, ita ut. in vera blasphemia, de levitate materiae non sit causandum. Directa radicem habet appetitum vindictae adversus Deum ; indirecta, nimis velocem iram vel impatientiam. Omnes formaliter infideles et impii scriptores sunt gravissimae blasphemiae rei. Communis usus verborum significationem blasphemam vocibus addere vel tollere potest. l't blasphemia habeatur, verba haec *significatire* dici debent, non mere historice aut per modum ioci. Qui ex ira in creaturas vel consuetudine verba blasphema sine ȁttention» ad Deum proferunt, videntur saepe a gravi excusari posse, quamquam consuetudinem istam deponere debent. Prolatae in ebrietate blasphemiae, prout mechanice vel ex quadam ira proferuntur, in causa culpandae non erunt vel erunt.

3. *Vana usurpatio nominis Dei* est per se peccatum veniale, pro adiunctis gravius vel levius.

•I. *Imprecationes* in homines saepe, deficiente seria voluntate, a gravi excusantur.

5. *Confessorius a)* dedoceat errores ; *b)* vulgares blasphematores a consuetudine avertat, apta remedia suggerendo; *c)* gravius carpat parentes vel her»»s qui cum scandalo filiorum vel inferiorum blasphemant. Ne scandalose coram pueris peccetur, vitandae quoque sunt similes blasphemiarum formulae.

111. — *Sacrilegium* 1. *late* est *omne peccatum contra rirlutem religionis; stricte* est *riolatio rei sacrae,* irreverentia quae cum eius sanctitate specialiter repugnat. Ros autem vel persona non est *sacra* nisi publica, sive Dei, Christi, sive Ecclesiae institutione cultui divini» dicata sit. Ut autem habeatur sacrilegium, actio requiritur ȁirect» isti sanctitati opposita, vel contraria legi quae sub eadem sanctitatis ratione quaedam praescribat vel prohibeat. Violationes aestimabuntur sacrilegae, partim ex ipsa violationis natura, maxime eum sanctitas est divinae originis; partim ex positiva Ecclesiae determinatione.

Distingui consuevit sacrilegium *personale, reale, locale,* quasi hae sint tres species ȁntima» Quid tamen specifice intersit inter locale et reale sa-

crilegiuni, vix apparet. Verum in indigna Eucharistia» tractatione, duple, sanctitas : absoluta Doi, et relativa sacramenti, violatur.

Sanctitas personae est magis partialis ; sanctitas loci magis extrin.se» ... et positivi iuris ; sanctitas rei potest ita totalis ésse ut omnis ustis profanas sit sacrilegus. Sacrum est ipsum ins Ecclesiae in loca vel resacras.

2. *Grave genere suo,* sacrilegium parvitatem materiae admittit. — Sacrilegus est omnis contemptus qualitatis sacrae; et praeterea committitur, a) *personale* sacrilegium omni *reali* iniuria clerico vel religioso utrinsqm sexus intlicta, et *luxurioea* libidine clerici in sacris, vel personae publico castitatis voto ligatae ; fortasse quoque violatione privilegii fori ; b) *local,* per actiones quibus ecclesia, oratorium consecratum aut publica benediction»· donatum, et coemeterium benedictum violatur ; i. e. per homicidium, snicidium, iniuriosam loco sacro occisionem, gravem sanguinis effusionem, impios et sordidos usus, sepulturam infidelis vel excommunicati post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam (c. 1172); dein per violationem immunitatis et temperati iuris asyli, quatenus subsistant ; c) *reale,* indigna susceptione, tractatione et administratione sacramentorum ; peccat»» carnali commisso paulo post communionem, aut cum quis celebrat, Eucharistiam gestat. aut ad sacrum celebrandum est vestitus ; profanatione vasorum et instrumentorum sacrorum quae saltem benedicuntur ; indigna tractatione imaginum sacrarum et reliquiarum ; abusu S. Scripturae : furto rei sacrae vel (piae templi custodiae est commissa. — *Tactus,* nuda 'manu, calicis cum patena, et, ante lotionem, puriticatorii, pallae, corporalis in missae sacrificio adhibiti, sub veniali prohibetur laicis qui eorum custodiam non habent : ac prima lotio per s»' clericis in sacris reservanda est.

Profanus usus sacrae supellectilis prohibetur; eius maxime quae consecrata est vel benedicta benedictione constitutiva, vel quae in publico cultu adhibetur; reliquae enim supellectilis usus honestus facile excusatur. Re- autem sacrae, ex toto mutatae, ad omnem usum adhiberi possunt. Atque hodie vestes sacrae, usu consumptae, videntur, mutata forma, civilem aut profanum usum recipere posse.

Ita in hac re scrupuli per confessariuni amovendi sunt, ut nihil reverentiae rerum sacrarum deroget.

IV. — 1. *Simonia* est *reale sacrilegium pactionum* çm«< *de re spirituali vel* »0 *conexa temporali, intuitu religionis sunt prohibitae.* Distinguitur *iuris divin* cum, tacita vel expressa pactione, pretium temporale (pecunia, verba, servitia) promittitur vel datur pro re spirituali vel pro temporali quae sine spirituali nullo modo esse potest (c. 727. ü 1); et *iuris ecclesiastici.*

Simonia iuris divini malitiam continet ininriosae aequiperationis fr» sacrae cum re temporali ; usurpationis perfecti dominii rei sacrae; neglectae gratuitae intentionis benefici Dei (2, 2, q. 100 art. 1).

Prohibitione *ecclesiastica* peccatumsimoniaeextendituradquasdam commutationes rerum eiusdem generis, si id, propter periculum irreverentiae erga re-

spirituales, ab Ecclesia prohibeatur. Ad idem tamen genus, cum prohibitio eodem motive religionis imperetur, siinoniam inris divini et siinoniam inris ecclesiastici referunt, dum in utraque specialem realis sacrilegii rationem agnoscunt.

Pactio veram obligationem promissarii supponit; nec siinoniaous eet modus vel condicio rei vel operis spiritualis, apposita liberali promissioni vel donationi rei temporalis, saltem si spirituale opus non cedat in utilitatem donatoris. — *Re spiritiali* potest esse talis *formaliter* (dona Spiritus Sancti), *cautaliter* (sacramenta, contio, preces), vel *effective,* sen per modum *cf· fictu* potestatis (consecratio, benedictio). Non vero est spiritualis, communicatio scientiae, etiam sacrae. Res temporalis quae sine spirituali esse nequit, est beneficium, seu ius ad reditus ecclesiasticos.

Vendi vel locari potest labor ‘*xtrineeeim* cum actione spirituali coninnctns : de labore *iutrineeeo,* seu de opera impendenda in conficienda re spirituali, v. g. in celebranda missa, dubitatur num vendi vel locari possit: et eum agitur de labore *iuMcparabili,* communiter negatur eum sine simonia inris divini vendi vel locari posse.

2. l>e *xtipi ndii* missae et functionum sacrarum. Diuturnus iam usus Ecclesiae licitum esse probat, ut fideles, formaliter vel virtmiliter soluto stipendio, ius acquirant ad spiritualem fructum missarum et functionum sacrarum, dummodo stipendium *titulo tuetentationie* offeratur et accipiatur. Quomodo, sine ulla simonia. sacerdos qui stipendium recepit, debeat, ex ipsa institia commutativa, ad intentionem dantis missam applicare: id variis sententiis explicare tentant. Quaenam praeferenda sit explicatio, in ipso tractatu declaratur. Nostra quidem sententia, secluso Ecclesiae interventu, seu pro functionibus pro quibus receptio stipendii non permittitur, simonia iuris divini committeretur. Constat quoque ex usu Ecclesiae iura stolae, a ministris sacris honeste percipi posse.

3. *Stipendium arium* ab Ordinario loci, vel, deficiente decreto, per consuetudinem dioecesis definitur, etiam pro religiosis exemptis, ita ut nullus *maius exigere* possit, immo, si id Ordinarius prohibuerit, nec minore contentus esse queat.

Ordinarius loci, de consilio capituli cathedralis, conficit quoque funeralium taxarnm indicem, ultra quas nihil exigi potest ; episcopus vel quasi-episcopus, in synodo vel audito capitulo, non autem Vicarius capitularis nec, sine mandato speciali. Vicarius generalis, definit quoquo stipem quam ecclesia pauper a sacerdotibus ibi in commodum proprium celebrantibus, pro expensis celebrationis exigere possit (c. 1303). Ceterae taxao a Sede Apostolica probandae sunt (c. 1507).

Concilium provinciale vel conventus episcoporum delinit taxas pro expensis judicialibus. Solet ipsa 8. Sedes definire quid pro exsecutione rescriptorum suorum peti ab Ordinariis possit.

4. Simoniacus *non* est qui pecunia alium allicit ad actus pietatis vel alius virtutis exercendos, vel qui rem sacram pro valore materiae vendit,

vel qui vexationem iniustam pecunia data removet, vel qui redimit reliquias ne pereant vel profanentur, monito tamen Ordinario, si copia detur.

5. Intentione liboralitatis explicandae sunt pecuniae quae pauperibus ilantur ut preces ad certae intentiones fundant. Cf. 2, 2, q. 100 art. 3, ad 2.

6. Saltem inris ecclesiastici simonia committitur vetitis permutationibus beneficiorum vel aliis similibus actibus.

7. Contractus simoniacus est, ex. c. 729, pleno iure nullus, sicut provisio seu nominatio simoniace obtenta, etiam pro alio, nisi in fraudera provisi vel eo contradicente pretium datum sit. Et delictum Codice punitor.

[285.1

TRACTATUS III

DE PIETATE.

CAPUT I.

Notiones generales.

Ratio ordinis. — Post religionem, qua colitur supereminens excellentia Dei Creatoris et Gubernatoris nostri, eae virtutes primatum obtinent quae analogas hominum excellentias colunt. Maxime ad Deum accedit Parens. Ilinc de virtute quae ad ipsum primario est, seu de pietate, prius est dicendum. /

Utilitas. — Genuina pietatis ratione distinctus intellectus nobis comparandus est de causa cur non soli parentes et patria, sed etiam uxor, filii, nosmetipsi obiectum pietatis simus; praeterea mutua parentum et liliorum oflicia, cum sua ad hodierna tempora applicatione, probe cognoscenda sunt ut eadem fortiter et efficaciter inculcari possint.

Ordo dicendi. — Praemissis notionibus generalibus, de pietate ad pu*rentes,* ad *filio* inter *coniuge* ad reliquos *consanyuineo ;* de quasi pietate inter *tutore et pupillos,* de pietate ad *patriam,* de pietate hominis ad *ip>un>* (ubi de suicidio) ordine dicemus.

286. — Quid sit. et ad quos. I. Porro Pietas est *specialis virtus (μια propriam colimus e.rcellentiam torum a quibus ortum ducimus.*

2. *a)* Eminens est in *Deo* pietatis titulus, eum, in ipso ordine naturali, sit magis absoluti et actione magis voluntaria quam quilibet alii nobis principium essendi; et in ordine supernatural! nos. adoptione deificante, vere suos filios esse voluit.

b) Deinde *parentes,* ipsa generatione, *patria,* ipsa protectione et tutela quibus parentes et nos ipsos munivit, vere nobis sunt principium essendi. *Formalis* itaque pietatis titulus in ipsis primario inest.

e) Propter unitatem autem cum ipsis parentibus, parentes in *coniuge,* in *jiliis,* in *consanguineis,* in *nobismetipsis* venerari possumus et debemus. Quia « Deus Ipse fecit nos et non ipsi nos (Ps. 99, 3)», debemus in nobismetipsis non solum parentum sanguinem, verum etiam, immo magis, imaginem Dei venerari. Ac spontanea reverentia qua consanguineos colimus et (piae, maxime inter propinquiores, est praesidium castitatis, ipsa testatur formalem pietatis rationem a *coniuge,* a *filiis,* a *consanguineis,* a *nobismetipsis* participari. Nec dissimili modo, propter patriam, a *ciribus* participatur; propter Deum, a *reliquis hominibus:* — in omnibus Deus aliquid divinum posuit, — ita tamen ut fortior sit titulus pietatis in *sanctis,* quia magis sunt divini, et in *pauperibus,* (piia specialem sollicitudinem Dei in se convertunt, atque imaginem Christi patientis praeferunt, ita ut maxime divinae pietatis obiectum sint. Cfr. *Quaestiones de religione,* etc. n. 178 ss.

SUMMARIUM.

287. — *Pietas* est *specialis virtus qua propriam excellentiam colimus eorum a quibus ortum ducimus.* Formalis pietatis titulus in Deo, dein in parentibus et patria primario ineat : propter coniunotionem cum parentibus, titulus n coniuge, a filiis, a consanguineis, a nobismet ipsis, sicut propter coniunctio· nem cum patria a civibus ; et, propter Deum, a reliquis hominibus participatur : qui postremus titulus fortior est in sanctis et in pauperibus.

CAPUT II.

De pietate ad parentes.

288. — Officia. Species. Pietas erga parentes imponit liliis *amorem,* (pii respondet coniunctioni et beneficio; *reverentiam,* quae respondet dignitati et auctoritati; et consequenter *oboedientiam,* (piae respondet muneri generandi, cum generatio hominis, perfecta tantum educatione compleatur.

Duo priora ollicia exsistunt *absolute,* sunt *perpetua,* lege di· *vina* naturali definiuntur. Tertium, radicem habet in ipsa liliorum necessitate, exsistit *per se* sed minus absolute, quatenus institutioni filiorum parentes re vera praeponuntur; cessat cessante necessitate; et. tum (piod ad personam cui debetur, tum quod ad

actus quos complectitur, tum quod ad spatium temporis fier quod permanet, positiva lege ecclesiastica et civili magis determinatur.

Tria oficia virtute pietatis imponuntur, ita tamen ut sua cuique specifica ratio insit. Attamen amor et reverentia saepi." sime simul exercebuntur aut violabuntur: ac praesertim reve rentia vix sine amoris offensa violari poterit.

Praeterea, parentes sunt *proximi.* erga quos, titulo quoque communi, omnia oficia caritatis et iustitiae adimplere debemus. Atque oficia quae ad *personale* relationes pertinent duplici titulo imperabuntur. Sic furtum rei pertinentis ad parentes solam iustitiam per se offendet, sed contumelia simul iustitiae et pietari adversabitur.

Denique intima personarum coniunctio. vel peculiaris reverentia parentibus servanda, id efliciunt ut quod leve foret commissum contra personam extraneam, liat grave si contra parentes factum sir.

Itaque alia oficia sunt propria filiorum, alia sunt communia proximi, et haec vel a prioribus sunt separata, vel cum prioribus concurrunt, sive in suo gradu maneant sive, propter illam ao mixtionem, ipsa severius urgenda sint.

289. — I. Amor suadet unitatem et concordiam: concordiam *intellectu* ut, salvo veritatis iure, ad idem opinandum quod parentes, lilii inclinent; concordiam *avectu* ut eadem sint utrorumque causae laetandi et tristandi: concordiam *l'oluntatum.* ut filii voluntates parentum implere studeant. Suadet praeterea efficacem benevolentiam, et obligat ad opitulandum parentibus si in levanda indigentia versentur. Sicut supra, n. 85. dictum est. parentes qui in extrema necessitate versantur omnibus aliis praeferendi sunt; in alia necessitate, uxor et liberi ordine priores veniunt. Quare ad levandam quasi extremam parentum necessitatem, debebit filius magnas quoque expensas facere: illas intellege quae sinunt ut statum suum servet, et (pias, habita familiae ratione, commode ferre queat. Cf. Palm. *(>p. theol.* II. n. 822. In hac re excessu etiam peccari potest, ut si uxor maritum nimis spoliet ad opitulandum suis parentibus.

(Iraviter contra amoris praeceptum peccat filius qui parentibus gravem et rationabilem causam tristitiae dat. sive pei odium sive per actiones quae odium vel animi aversionem sapiunt, sive per mores minus bonos: frequentando malos socios, studia neglegendo, vigilias protrahendo extra domum, etc.

Ad officium amoris spectat quoque nt filii parentibus aegrotis tempestivum sacramentorum usum provideant, ut suffragia, secundum condicionem suam et piorum usus, pio parentibus defunctis fieri curent; ut rationabiles eorum voluntates expressas, etiam post funus explere studeant. Graviter peccare aestimant filium qui parentes malis artibus a testamento faciendo impediat.

290. — II. Reverentia aestimationem postulat et honorem. Haec laeditur percussione parentum; ac gravis offensa censetur esse si filius etiam leviter parentem percutiat, vel. etiam sine percutiendi animo, manum ad percutiendum deliberate attollat; laeditur despectu et contemptu, per contumelias, convicia, per ipsam affectatam ignorationem, si, quia pauperes, non agnoscantur. Aliud foret si filius cum criminosis consuetudinem abrumpat ob iustam causam v. g. ne ipse infamia notetur.— Atque, excepta boni communis necessitate, filii ne vera quidem parentum crimina indici deferre possunt.

Quaenam contumeliae vel convicia gravia sint, id ex adiunctis aestimandum est: ex adiunctis educationis, morum, etc. Facilius a gravi excusabitur filius qui parentes minus recte agentes vel morosos corripiat, qui cedit impatientiae, sed aliunde se bene ad parentes affectum demonstrat. Et, quamvis id parum laudandum sit, scriptores quoque tolerabile putant ut filius qui ad locum valde honoratum pervenerit, parentes humilis condicionis nosse dissimulet, dummodo eosdem necessariis sufficienter provideat.

291. III. Oboedientia obligat filios (piam diu et quatenus sub potestate parentum sunt. Quae potestas variat pro materia et filiorum aetate.

Quod attinet ad *salutem animae,* filii sunt semper sui iuris; quatenus conscii, et veram religionem amplecti et pietatem modo approbato colere, semper possunt. Consilia parentum in hac re. reverenter excipere debent. An etiam sequi ! Id pendet a pietate. a prudentia parentum, a propria indigentia, cum melior consiliarius adesse vel desiderari possit.

Quod attinet ad *electionem status,* definitus status a pareil tibus imponi nequit. Innuo ipsi, attenta sua condicione, copiam sufficientem eligendi liliis suis permittere et procurare debent. Ut autem filii ipsum statum amplectantur, parentes, *iuriflice* conseil-

tire debent: *canonice* certe neque ad pubertatem filiorum, quae regula erat ante Codicem, et nunc fortasse, propter c. 89, usque ad maioritatem vel emancipationem. — Ex ipsa *naturae* lege. quando agitur <le *matrimonio,* per se *reverentiae* deest filius qui parentis consilium non rogat; ipsi *oboedientiae* deest filius qui nuptias init quibus, ob iustam causam, parentes assentiri nolunt. Iinmo, quamvis praecipi non possit ut filii nubant vel determinatum matrimonium contrahant, fit aliquando ut tilii officio *ămori* cogantur ad matrimonium faciendum, quia odia sopiantur vel parentum egestas levetur. — « In status perfectionis electione consiliuni prius a parentibus capere saepe non expedit, cum caro et sanguis non capiant quae sunt spiritus; post rem deliberatam et firmiter propositam, per accidens saepe expedit rem cum parentibus communicare, at non ad mutandum consilium »(Lehmk. 1,n.947). Ex iure quoque naturae, officia ista respiciunt utrumque parentem, sive *legitimum* sive tantum *naturalem,* ita tamen ut per se voluntas patris, matris voluntati praeferenda sit.

292. — Leges positivae de patria potestate indicationes naturae magis definiunt· et complent. Lege romana. potestas patria soli patri familias competebat, dum recentiores leges ius naturale magis imitantur. Cod. Ital. tit. <8, libri 1 habet de patria potestate; Cod. Gal. tit. 9, libri 1.

Leges istae simul patriam potestatem sanciunt ac personas quae, propter aetatem, mente infirmiores sunt, protectione circumdant. Hodie, apud excultas gentes, patria potestas, quae oliiu adeo absoluta erat ut ad ipsum ius necandi filios (statim saltem post nativitatem) protenderetur, magis facta est directiva quam coercitiva, ita ut, excepto moderatae correctionis iure, pater fere ad magistratum recurrere debeat ut poenam afilictivam. qualem careeris infligat. Ac potius obtinet ut discoli committantur quibusdam institutis peculiaribus quae eorum emendationis, satis inaequali successu, curam gerunt. Patria tamen potestas sanciri consuevit quibusdam iuribus in bona filiorum, et civili obligatione qua tilii capaces tenentur alimenta parentibus indigentibus tribuendi.

Protectio infirmioris aetatis consistit potissimum in pluribus inhabilitatibus quae cum ipsa aetate variant. In actibus iuridicis faciendis, vel supplentur a parentibus aut tutoribus, vel a curatore bonorum iuvantur. Plerumque, quia causa ista non so-

las personas contrahentes sed etiam eorum familias maxime tangit, plena libertas contrahendi matrimonium diutius differri cor· suevit.

Remissa ad tractatum de iustitia explicatione de rapacitate actuum iuridicorum qui bona respiciunt, breviter exponemus quid ius canonicum, quid Italiae, Galliae et Belgii leges statuerint, notando praeterea potissima aliarum legum discrimina.

Ium canonicum. Codex personas, secundum aetatem, in quattuor classes dividit, *puerorum, impuberum, minorum puberum* et *maiorum.* Pueri nondum septennium compleverunt: hi censentur non sui compotes, et, qua tales, ex c. 12, legibus mere ecclesiasticis non tenentur, salvis casibus, expresse exceptis, annuae confessionis et paschalis communionis, si usum rationis habuerint. *impubère* censentur filii qui nondum 14 annos et tiliae quae nondum 12 annos compleverunt. Hi, ex c. 167, ὐ 1, n. 2, suffragium in electionibus canonicis ferre nequeunt, nec, ex can. 1224. sibi sepulturam eligere; nec. ex c. 1757. | testimonium proprie tale (nam audiri possunt vi c. 1758) ferre in indicio; nec. ex c. 1795, §2, ad peritorum officium assumi possunt: et omnes qui nondum II annos compleverunt a poenis latae sententiae excusantur, et potius punitionibus educativis corrigendi sunt (cf. I, 282. 283 et c. 2230). Minores 21 annis completis, qui ieiunio eximuntur, in exercitio suorum iurium potestati parentum vel tutorum obnoxii manent, iis actibus exceptis in quibus ius minores a patria potestate exemptos habet. Ita c. 89. qui sic principium patriae potestatis agnoscit. Patria ista potestas sancitur domicilio legali, quod, ex c. 93, minor habet apud eum cuius potestati subditur ; facultate parentum vel tutoris eligendi sepulturam pro impubère (c. 1224); exercendi, si sint catholici, ius patronatus pro minore (c. 1456): agendi et respondendi in indicio pro minoribus (c. 1648). Casus excepti sunt causae spirituales et quae cum spiritualibus conexae sunt (c. 1648 $ 3); ingressus in religionem, qui patet iis qui 15 annos aetatis compleverint (c. 555); matrimonium, quod iuvenes 16 annorum et puellae 14 annorum completorum contrahere possunt, quamvis maior aetas (c. 1067), praeter concordem cum parentibus voluntatem (c. 1034) suadeatur ; quasi-domicilium, quod minor infantia egressus obtinere ; sepulturam quam minores puberes sibi eligere (c. 1223) possunt; et ius vocis activae in electionibus, quo soli impuberes excluduntur. jTJï

Si. in indicio, sit condictus inter utilitates minorum et parentum aut tutorum vel curatorum, index ipsis assignat curatorem per quem stent in indicio (c. 1648, § 2). Maiores 21 annorum completorum, plenum exercitium iurium habent ; sublucent omnibus legibus, saltem generalibus excepta lege ieinnii, qua, ex e. 1254. \$ 2 eximuntur qui sexagesimum annum attigerunt.

Codex italien Praestituta perpetua eius obligatione honoris et reverentiae. tilius, ex Cod. It., usque ad maioritatem 21 annorum vel emancipa-

tionem, patriae potestati parentum snbioitur. Haec, durante matrimonio, a patre exercetur ; patre impedito, competit matri ; solato matrimonio, ad coniligem superstitem pertinet (art. 220). *Sancitur* ista potestas : *a)* iure. assignandi filio residentium, immo, discolum collocandi, assentiente praeside tribunalis, in hospitio educationis vol Correctionis; — *h)* iure repraesentandi, in actibus civilibus, filios natos vel nascituros, administrandi eorum bona. Ad errores vel abusus amputandos, plura caventur : ubi utilitates filiorum et administrantis inter se contrariae sint, peculiaris curator tali negotio praeficitur ; actibus magis periculosis sollemnitates licentiae sive tribunalis, sive praetoris necessariae sunt ; hereditates non accipiuntur nisi reservato inventario *(coi benefizio deWinrentario) ; — c)* Uenfructu legali bonorum filii, si quaedam excipias, praecipue quae filius acquirat in militia vel industria separata, aut quae legantur vel donantur cum clausula usutntructum excludente (cir. 229). Ususfructus ille gravatur onere alendi, instituendi, instruendi filios (230). Ususfructus iste ei competit qui patriam potestatem exercet ; mater tamen eundem acquirit si, propter causas ipsi personales. pater usufnictu privatus fuerit. Ususfructus durat usque ad emancipationem vel maiorem aetatem filii. Cessat autem morte filii vel novis nuptiis parentis superstitis. — Patri autem integrum est ut sive testamento sive actu authentico matri superstiti imponat condiciones servandas in filiorum educatione (etiam religiosa) et bonorum administratione ; ita tamen ut mater possit ab istis condicionibus dispensari per consilium familiae quod praetor (i. e. alibi index pacis) congregaverit. — Patria potestas solvitur, omisso hic casu abusus vel qnarnndam poenarum, *maiore aetate* vel rman*cipationc* filiorum. Emancipatur autem filius sive matrimonio, sive distincto actu eius qui patriam potestatem habet vel, hoc deficiente, consilii familiae. dummodo duodeviginti annos compleverit. Nihilominus, pro matrimonio, consensus parentum vel saltem patris, filio asque ad viginti quinque annos completos, filiae usque ad aetatem viginti unius annorum necessarius est. Deficientibus parentibus, filii et filiae usque ad aetatem viginti unius annorum opus habent consensu ascendentium (si dissentiant, assensus avi sufficit) vel consilii familiaris. Potest tamen ad curiam appellationis recurri si dissensus ascendentium aut consilii familiae iusta causa destituatur (cfr. art. 63). Potestas illa patria conceditur in filios legitimos et in naturales agnitos. Effectus civiles solo matrimonio « civili » gignuntur. Contra tamen atque in Gallia et regulariter in Belgio, lex civilis non sancit obligationem prius coram magistratu civili contrahendi.

Gallia et *Belgium* eodem ferine regimine utuntur. Attamen, in utraque regione iam filii 15 annos nati a parentibus (non tamen a consilio familiari) emancipari possunt ; usus fructus legalis cessat eum filii decem (et octo annos nati sunt. In Gallia (lege 21 iun. 1907) maiores 21 annis nullo iam consensu *indigent* ad nuptias celebrandas. Petere tamen consensum parentum ad 25 annos completos debent. Verum, illo non obtento, satis est ut per notarium nuntium dent de futuro suo matrimonio. Si parentes dissentiant, suf-

licit consensus patris. Deficientibus parentibus, consensus ad proximos ascendentes ntrinsque lineae devolvitur, ita ut in eadem linea praevaleat voluntas avi, si vero utraque linea dissentiant, dissensus pro consensu habeatur. .Maiores autem natu nihil ascendentibus notificare debent. Delicientibus ăscendentibus, consensus a Consilio familiari *(Conseil de famille)* praestandus est. — Si filius sit illegitimus, consensus a parente a quo agnitus est praestari debet. Si ab utroque parente agnitus sit et hi dissentiant, sufficit consensus eius qui patriam potestatem exercet.

In Belgio, consensus parentum ad 25 annos completos exigitur. Maiores tamen 21 annis causam deferre possunt ad tribunal quod de rationibus parentum pronuntiabit. 1'ost illam aetatem, consilium petendum est : ac negato consensu, debent per actum « obsequiosum » *(acte respectueux)* quem notarius exhibet, insistere ad consensum obtinendum. Iterum tamen negato consensu, matrimonium poterit, sine consensu, post elapsum mensem celebrari.

Potissimae observandae aliarum legum varietates.

1. *Dc aetate maioritatis.* Haec non est ubique 21 annorum. lure communi Hispaniae est 23 annorum (in Aragonia est 20 annorum completorum ; in Catalaunia et Navarrensi ditione, est 25 annorum). In re publica Argentina distinguuntur minores II annorum (qui omnes censentur impuberes) minores adulti (seu puberes) usque ad 22 annos completos. In Anglia, et etiam in U.S. A. ex lege communi est 21 annorum; in 11 tamen Statibus, tiliae post 18 annos sunt maiores natu.

2. *De emancipationis modis et aetate.* In Germania, no quidem per matrimonium, habetur proprie talis emancipatio; sed minor qui 18 annos complevit potest, assentiens, et aliis impletis condicionibus, maior a tribunali tutelarum declarari; qua declaratione maiori iuridice assimilatur. In re publica Argentina, si excipias emancipationem ad exercendum commercium, quae fit consensu patris vel matris et publica inscriptione in tribunali commerciali, solus modus emancipationis est matrimonium. In Anglia fit matrimonio vel etiam relicta domo paterna propter ingressum in religionem, servitium militare vel famulatum domesticum; in U. S. A. valido matrimonio et consensu parentum, si hi iam filium non alant.

Non ubique habetur *consilium familiare,* quod parentes suppleat, saltem per assistentiam tutori in actibus gravioribus praestitam. Sic, in Germania, provincia Consilii familiaris demandatur *tribunali tutelarum,* ita ut extraordinario tantum consilium familiare constituatur (art. 1858, ss. Cod. civ.). Nulla vero mentio habetur Consilii familiaris in iurc Anglico vel U. S. A. ; nullum exsistit in republics Argentina, ubi *a Ministerio minorum* supletur.

3. *D< subiecto patriot potestatis.* Patria potestas interdum ab utroque parente possidetur, ita ut in casu dissensus sententia patris praevaleat : sic in Germania, in re publica Argentina ; alibi, ut iu Hispania, pertinet ad patrem, eoqne deficiente, ad matrem ; alibi a vidua amittitur, si alteras nuptias fecerit (vel simpliciter, vel nisi a priore marito ante mortem, viduae

etiam pro hoc casu continuetur); dum alibi, v. g. in Venezuela, etiam tunc servatur. excepta tamen bonorum administratione, nisi haee a tribunali ipsi confirmetur ; in Mexican» re publica, patria potestas exercetur etiain, ordine suo, ab avis et aviis paternis et maternis ; dum in Chilena re publica iura patriae potestatis ad matrem non pertinent. In Anglia, ins patriae potestatis in viduam quidem transit, ita tamen ut voluntas patris de religione prolis suae exsequenda maneat. Tribunal tamen amplam potestatem habet res aliter ad meliorem posterorum utilitatem ordinandi.

I. *De patriaepotealatie amplitudine.* Plerumque, praeter directionem personae, patria potestas etiam administrationom bonorum filiorum complectitur. Non ita tamen in U. S. A. et Anglia, ubi curator personae et curator patrimonii distinguuntur. Regulariter tamen pater, vel, eo deliciente, mater, ad administranda bona a magistratu deputabitur.

Ususfructus legalis parentum nec in U. 8. A. nec in Anglia exsistit.

5. *lJK libertate matrimonii.* Regiones sunt ubi, saltem pro catholicis, canonicum matrimonii regimen loge civili agnoscitur. Sic Codex civilis Hispanus, qui proin matrimonium civile iis reservat qui fidem catholicam non profitentur. Praeterea aliae regiones artificiosum matrimonii civilis institutum ignorant, ita ut, quacumque forma consensus mutuus exprimatur, valide sponsos etiam in civili foro coniungat, dummodo quaedam condiciones impletae sint. Sic, in U. S. A. lex civilis per se requirit in sponso aetatem 21 annorum completorum, in sponsa, 18 annorum completorum. In pluribus tamen Statibus iam civiliter valet matrimonium inter puberes, si consensus eohabitatione vel manifesta officiorum mariti et uxoris susceptione compleatur. Aliae vero regiones iuridieam necessitatem matrimonii dicti « civilis » lege imposuerunt. Sic in Germania, ubi requiritur ut vir sit aetate maior vel maior declaratus, ut mulier 16 annos compleverit. Aliae regiones praeterea praecipiunt, non semper sub sanctione poenali, ut matrimonium civile prius quam religiosum celebretur. Sic in re publica Chilena, sic in Argentina, ubi tamen nulla poena plectit sacerdotes qui benedixerint nuptiis nondum civiliter celebratis.

Simul tamen, art. 1588 declarat, civili lege de matrimonio intactas servari obligationes religiosas do matrimonio.

Plerumque, usque ad certam quandam aetatem, consensus parentum ve) adeo tutoris obtinendus est. Saepe tamen haec non est condicio valons.

In quibusdam Statibus U. S. A. non tamen in omnibus, consensus patris, vel eo defuncto, matris, vel, si ambo decesserint, tutoris personae est ad valorem obtinendus a sponso qui 21 annos et a sponsa quae 18 annos nondum compleverint. Mere prohibentur, in Germania, nuptiae, sine consensu patris (si filius sit legitimus) vel matris (si illegitimus) ante 21 annos celebratae et, in Hispania, nuptiae a minore factae sine consensu patris, vel matris, vel avi paterni ant materni, vel Consilii familiaris ; in re publica Argentina, consensus patris vel, patre deliciente, matris a minoribus 20 annis obtinendus praecipitur; in Chilena re publica consensus usque ad ae-

tateiu 25 annorum praeceptus est. In Venezuelan» re publica nullus consensus « viro qui 21 annos et a muliere quae IS annos compleverit exquirendus esi.

Interdum consensus parentum a tribunali suppleri potest. Sic, in Germania, si filius vel filia fuerint maiores declarati, tribunal tutelarum consensum supplero potest. Ampla quoquo in Anglia potestas a tribunali posseditui et exercetur.

Denique, etiam post aetatem qua consensus obtinendus est. fit ut consilium ad liceitatem peti debeat. Sic, in Hispania consilium patris, vel patre deficiente, matris petendum est.

SUMMARIUM.

293. — *Pietas ad parentes* filiis imponit duo officia *absoluta, perpetua,* ipsa lege naturali definita : *amorem* et *reverentiam ;* ex ipsa filiorum necessitate nascitur ipsis officium *oboedientiae,* quod supponit parentes institutioni filiorum praepositos, cessat, cessante necessitate, ac positiva lege humana magis determinatur. 'I ribus istis officiis sua cuique specifica ratio ineat : quamquam saepe aimul exercentur.

Nec communia officia iustitiae et caritatis elidunt; immo, dum cum iis concurrunt, eadem gravius urgent. — *Amor* inducit concordiam, effectivam benevolentiam (in parentum necessitate) ; et sub gravi vetat ne filius gravem et rationabilem tristitiam parentibus infligat. *Pererentia* internum aestimationis affectum et externam bonoris significationem postulat: laeditur despectu. contemptu, erubescentia, percussione : gravitas ex adiunctis pensanda est. — *Oboedientia* intra limites potestatis parentum praestanda est. ita tamen ut inoboedientes, qua tales, non alium titulum nisi pietatis violent. Filii *eonscii,* quod ad salutem animae, sunt sui iuris, ita ut veram religionem amplecti et pietatem modo approbato colere semper possint. Nec definitus status a parentibus imponi potest. Per se tamen parentes de matrimonio consulendi sunt; ac peccat contra oboedientiam filius qui nuptias init contra rationabile parentum vetitum.

Exstat praeterea civile *patriae potestatis* institutum, quod hodie satis ubique simile, variat tamen in variis gentibus, quod ad facultatem contrahendi nuptias, aetatem et modum emancipationis, iura circa bona filiorum.

CAPUT III.

De pietate ad filios.

294. — Officia. Praeter perpetuum *amoris* debitum, parentes gravi pietatis officio tenentur *alendi* et *instituendi* liberos. Ac votum naturae est ut prolem, quam communi consilio et tamquam unum effecti generare coeperunt, eadem conspiratione et simili unitate alere et instituere, seu generare pergant.

In opere isto *ascendentes,* prout copiam habent, parentes supplere debent. Quare :

295. — 1. Bonam nativitatem, etiam congrua sollicitudine vitandi abortum, vel non necessariam partus acceleration em parentes procurare debent.

2. Ut honorem prolis ipsamque eius *famam,* si legitima est. servent, prolem agnoscere et nomine suo appellare debent, ita ut graviter peccent qui prolem *hospitio* vel *loco publico* exponant. Gravi tamen periculo vitae, famae, vel alia gravi necessitate excusantur, dummodo omne grave discrimen a physica vita vel religiosa puerili institutione averterint.

Cum *brephotrophia* omnibus pateant, obligatio iustitiae qua parentes divites impendia alimentorum solvere cogantur demonstrari nequit.

Quamquam eandem plures affirmant. saltem cum proles derelicta publicis sumptibus alitur.

Publica enim administratio has curas ultro suscepisse videtur. et easdem assumere potuit ob publicam utilitatem minuendi infanticidia. Serio tamen hortandi sunt parentes ut. reficiendo impendia, pietatem suam erga prolem exerceant.

3 :3. Proprio lacte prolem alere naturale est matris officium : quod tamen sub gravi urgeri nequit, si saluti physicae et morali prolis suflicienter cavetur, nec gravia damna alienae proli, alienae uxori, alienae familiae timenda sint. Insta quoque excusatio c propria debilitate vel necessariis occupationibus repeti potest.

jVeruni, per se cum parochus tum confessarins matres magnopere hortentur ad partes suas explendas, neve plures mundanas feminas imitentur quae, cupidine libertatis mundanae vel vano timore amittendi pulchritudinem, mimus istud abdicant. Hortationem enim istam inculcant :

a) *Corporale* propriae prolis bonum, cui lac propriae matris magis prodest quatn lac alterius personae, et et iam magis quam lac animalis, saltern si unice adhibeatur, Cum, saeviente bello, ipsa necessitas matres coget ad ubera proli praebenda, pauciores infantuli mortui sunt, quamvis matres minus bonis alimentis nutrirentur. Nec ab alia muliere, sollicitae matris curae exspectari possunt. —b) Bonum *morale, apirituab* prolis. Omissa quaestione de contagio vitiorum et propensionum per lactationem, constat ab ipsis vitae initiis moralem educationem inchoari, ita ut per sex primos vitae annos moralis « character » (effingi dicatur. Plurimum itaque valent indoles, prudentia, mores persona·· quae circa infantem continuo vereatur.

— c) Vitanda *cooperatio ad peccatum* nutricis, si haec, nt alienam prolem alat, propriam graviter neglegere cogatur. — d) Ipsi *morcu publici,* ǫuibu non parum illo usu nocetur. Etenim, vel separatur uxor a marito, cui sic obligatio continentiae imponitur, et omnis facultas corruptionis permittitur : vel assumitur puella quae fornicata est : haec non modicam pecuniam quasi peccati inercedem obtinet. Ac sive uxor sive puella fuerit, ambae lauto et delicate vivere consuescunt, ita ut suae humilioris condicionis ac victus taedium concipiant. Praeterea ista venali servitutis ratione pax socialis parum firmatur. *Graviter* ergo peccare» dicenda est mater quae ob levem rationem nutrirem extraneam admittat in adiunctis quae vel marito, vel mulieri, vel proli gravo periculum faciunt. Quod si gravis ratio nutricem admittendi adsit, graviter tamen peccabit quae damna ista avertere non conatur.

Ratio quaedam consulendi physicae prolis alienae saluti haec est, nt nutrix eligatur quae iani per aliquod tempus prolem alere potuerit, ita ut haec, robustior facta, facilius aliud nutrimentum ferat. Ac mitius, ut patet, dicendum est de matribus quae, omissa nutrice, ipsae artificiosa ratione propriant prolem alunt.

296. Pietatis officio parentes quoque obligantur ad diligentiam saltem mediocrem adhibendam ut bona acquirant quibus lilii alantur et hereditatem secundum suum statum obtineant. Peccant itaque tum ignavia sua, tum bonorum dilapidatione, tum arbitraria negatione sive dotis sive hereditatis.

Filio tamen qui indignum matrimonium fecerit vel sua culpa bona dissipaverit satis erit subsidium indigentiae seu necessaria alimenta praestare.

Nec in Codice civ. Italiae (art. 117) nec in Cod. civ. Galliae, conceditur actio ad petendam *dotem* pro matrimonio vel ineuudo statu ; sed uterque Codex reciprocam obligationem sancit alimentorum, quae debentur habita ratione necessitatis unius et facultatis alterius. Cfr. Cod. Ital. art. 138-116. Nisi tribunal modum definiat, integrum est debitori alimentorum vel offerre pensionem vel personam cui alimenta debet tecto suo recipere et alere.

Oportet quoque ut parentes tiliis copiam faciant addiscendi artem et litteras pro sua condicione, simul tamen cavendo ne imprudenter. i. e. sine peculiari causa, liberalius quam condicio fert eos instituere velint, et, vana ambitione decepti, homines parent suae sortis impatientes, parentibus ingratos, civitati damnosos. In hodiernis nostrarum regionum adiunctis, *dementaris* quaedam eruditio omnibus procuranda videtur.

Cum agitur de filio naturali qui civiliter non est a patre agnitus, theologi censent sufficere ut secundum matris condicionem instituatur.

297. — Magis quam corporis et eruditionis profanae, debent, parentes animae et salutis spiritualis filiorum curam agere. Quocirca debent:

a) *Negative, occasiones* peccati ab iis avertere, v. g. lectum communem, praesertim si diversi sexus fuerint ; malos socios : et magis etiam propria exempla mala ;

b) *positive,* corrigere suavi firmitate peccantes ; — providere filiis instructionem religiosam; — curare ut tempestive, secundum S. Sedis mentem, ad sacramenta paenitentiae et eucharistiae accedant, eademque frequentent, nedum tempestivum et frequentem accessum impediant ; id efficere, pro viribus, ut litteraria instructio morali et religiosa institutione imbuatur.

298. — Quaestio de scholis. Huc spectat gravissima hodie quaestio de *scholarum* delectu. Ex dictis, perspicitur iam officio suo deesse parentes qui, cum copiam habent scholae vere catholicae, aliam praeferunt quae minorem solidae pietati vel puris moribus securitatem affert. Verum, ut de peccati gravitate aliquid magis dicamus :

1. *Grave* erit pro parentibus pueros vel adolescentes ad scholam mittere non catholicam :

a) Si periculum *proximum* perversionis in fide vel moribus non declinabitur, sive quia remedia adhiberi nequeunt, sive quia illicita praecipiuntur: v. g. ut preces haereticales recitentur:

b) Si *grave* periculum sustinendum est, sicut in schola « neutrali », nisi gravis causa excusaverit, v. g. valde molesta legis vexatio, necessitas procurandi statum filiis, etc.

c) Si filii inde *positiva* religiosa educatione priventur;

d) Si externa saltem specie, parentes videantur sectae acatholicae vel inditferentismo favere, aut grave exempli scandalum dent quod regulis generalibus non excusetur.

2. His seclusis, levis poterit esse culpa eorum qui scholam non catholicam eligant, dum,sed maiore incommodo, catholica praesto est, modo magister nihil contra religionem effutiat. Si enim positive huic detrahat, gravior excusationis causa requiritur. Atque oportet ut quod institutioni publicae desit, parentes privata institutione supplere conentur.

[296-298.]

3. Qua *sacerdote* et *consiliarii,* gravissimum institutionis catholicae officium non satis inculcare possumus ; atque omni modo animos addere debemus iis qui etiam damno suo panem spiritualem abundantem filiis suis dare statuunt.

Qua *confessorii* interdum dissimulare debebimus, ne quaedam bona fides parentum *frustra* turbetur. Sed illud obtinere satagemus ut ad minuendum periculum cautelae adhibeantur, et positiva educatio catholica aliquo modo procuretur. Cf. quae de illo argumento habet Lehmk., I. 937-939.

299. — N. B. Schola sit dicta « *neutralis* » maxime nocet *abolescentibus* qui sub continua magistrorum actione ponuntur. *Pueri* enim magis a parentibus quam a ludimagistris dependent : *tutene* vero pios inores quos induerunt facilius servant ac propensione quoquo sua aggressiva iuvantnr ad resistendum professoribus quos minus bene allectos ad religionem cognoscunt. Sed ex *falsat* doctrinae iuridicae vel moralis expositione, maiora damna timenda sunt in scholis superioribus, nisi <piod facilius remedia adhiberi possunt. Maximo tamen iis qui ingenio praestant frequens insinuatio erroris venenum instillabit quod vix in reliqua vita penitus evacuabitur. Nec iam leve detrimentum accipiunt ex quo veritatis propositione privantur.

luvenihus qui « Studia generalia » seu *Universitate civiles* adeunt sumopere commendandum est : *a)* ut sacramenta assidue frequentent ; *b)* ut stabilem, doctum et pinm sibi eligant confossarinm quocum etiam extra confessionem difficultates libenter communicent ; *c)* ut caute sibi deligant amicos honestae conversationis qni mutuo sibi sint auxilio et animos addant: *d)* ut in coetibus quibusdam litterariis vel scientificis, probatas theses proponere et tueri assuescant. — Parentes consilio saltem filios in hac re iuvare possunt. Opportune eosdem viro fido commendent : is tamen parum poterit, si ipsi invenes eum non sponte visitent.

300. — Summa. Oflicia parentum Codex c. 1113 optima hac formula complectitur : « Parentes gravissima obligatione tenentur prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi ».

301. — Cum filiatio paterna directae probationi non sit subiecta, status filii legitimi tum *canonice* tum *civiliter* praesumptionibus definitur. Itaque :

1. *Canonice,* ex e. 1114 « Legitimi sunt filii concepti aut nati ex matrimonio valido vel putativo, nisi parentibus ob sollemnem professionem religiosam vel susceptum ordinem sacrum, prohi-

bitns tempore conceptionis fuerit usus matrimonii antea contracti ».

Observes itaque ad *canonicam* legitimitatem satis esse ut filius durante, matrimonio sit *natus,* quamvis ante matrimonium conceptus fuerit. *Putativum* autem matrimonium illud est quod in bona fide *ab una* saltem parte celebratum fuerit; manetque tale, donec utraque pars de eiusdem nullitate certa evaserit, Cf. c. 1015, § 4.

('an. autem 1115 has praesumptiones inducit : «§ 1. Pateris est (piem iustae nuptiae demonstrant, nisi evidentibus argumen tis contrarium probetur. — § 2. Legitimi praesumuntur lilii qui nati sunt saltem post sex menses a die celebrati matrimonii, vel intra decem menses a die dissolutae vitae coniugalis ».

Itaque, praesumptio c. 1115 § 1 est *iuris tantum* (cf. 1.178), cum directam probationem contrariam admittat ; sed est *fortis,* cum solis evidentibus argumentis vincatur.

Quid singula iura civilia statuant de hac re. praeterea attendendum est.

Ut exempla demus:

Codex *Germaniae* similiter legitimos habet lilios qui durante matrimonio *nati* sunt, dummodo, tempore conceptionis, maritus cum matre cohabitaverit : quae cohabitatio praesumitur. Tempus autem conceptionis definitur intervallo inter isiu™ (inclusive) ad 302““ (inclusive) diem ante nativitatem, vel etiam ultra, si infans demonstratur diutius gestatus esse (art. 1591. 1592).

Contra, Codicibus Galliae et Italiae *civiliter* legitimus non est nisi (pii durante matrimonio sit *conceptus.* Verum, durante matrimonio conceptus praesumitur qui non est natus ante 180 dies a celebrato matrimonio, nec post 300 dies a matrimonio soluto vel annullato (C. It. art. 60, Gall. 312). Maritus [autem pater esse censetur prolis quae durante matrimonio est concepta (It. art. 159; Gall. 312). Quod si proles nata sit ante j180 dies a matrimonio celebrato vel post 300 dies ab eius dissolutione vel declarata nullitate, maritus vel heredes paternitatem abnuere possunt, exceptis casibus art. 161 praevisis. (Cf. art. 1.69, C. Ital.: Gall. 314. 315.)

Praesumptio filiationis legitimae in non uno iure civili est per se *iuris et de iure.* In paucis tamen casibus C. civ. It. admittit maritum ad negandam paternitatem, i. e.: *a)* si, per tempus (pio proles praesumitur concepta durante matrimonio, demon-

strut se *physice* carnale commercium cum uxore sua habere non potuisse; *b)* si per idem tempus legaliter separatus ab uxore sua vixerit, idque sine interruptione etiam temporaria (art. 162. 163).

302. — Legitimis liliis aequiperantur per se légitimât!. Praesenti lege canonica, c. 1116, « Per subsequeris parentum matrimonium sive verum sive putativum, sive noviter contractum sive convalidatum etiam non consummatum, legitima efficitur proles, dummodo parentes habiles exstiterint ad matrimonium inter se contrahendum, tempore conceptionis, vel praegnationis, vel nativitatis ». (Observes itaque sufficere ut in uno ex tribus temporibus, etiam transeunter, haec habilitas adfuerit.) Quamvis Podex taceat de alio legitimationis fonte qui ante Codicem potissimum allegabatur, i. e. de legitimatione per rescriptum S. Sedis, is subsistere dicendus est. cum absolutae potestatis Pontificis nihil detractam sit. Ceterum facultas faciendi prolem legitimam concedi consuevit iis quibus dispensatio ab impedimentis matrimonialibus committitur; de eo autem qui generali dispensandi facultate potitur, c. 1051 statuit ut usus facultatis simul prolem legitimet ; i. e. ut quotiens dispensent in impedimento, reipsa legitimetur proles, excepta adulterina et sacrilega. Aequiperatio legitimi et légitimât i filii quasdam patitur exceptiones, quibus légitimât! arcentur a dignitate cardinalatus (c. 232), ab episcopatu (c. 331), a munere abbatis vel praelati nullius (c.330, coli, cum 320, § 2). Superior maior religionis debet esse legitimus vel legitimates per subsequens matrimonium (arg. c. 1117 et 504).

A legitimations *cirili* filii adulterini et incestuosi quoque excluduntur. Ordinarius legitimationis modus est subsequens parentum matrimonium. Extraordinaria via, certis positis condicionibus, ox Cod. It. art. 10S putet per decretum regis. Ctrineque legitimationis iidem sunt effectua. Cf. art. 201.

Satis generalis est haec inris dispositio, ut vel per subsequens parentum matrimonium vel per actum potestatis publicae filii legitimentur.

Apud phires gentes, tabentibus moribus, et prae studio aequalitatis, conatus fiunt ut filii illegitimi eodem quo legitimi iure utantur.

303. Filiorum agnitio. Denique in iure civili, praeter legitimationem habetur quoque *agnitio* filii a matre et praesertim a patre, cum is per se sit incertus. Agnitio alia est voluntaria alia

coacta. Temperatur enim hodie vetitum prius absolutum inris gallici de inquirendo patre. Cf. art. 189 Cod. It. Effectus porro agnitionis ad solum parentem qui prolem ut suam agnovit limitatur, agnito autem tribuit nomen (familiae), tutelam agnoscentis et ius ad alimenta. Cf. Cod. ital. art. 179-201.

SUMMARIUM.

304·. — *Pielaa ad filion* inducit perpetuum *amori»* debitum, quod officiiuii alendi et instituendi filios secum per se fert. Ac votum natura»· est ut qua imitate fuit generata, eadem proles alatur et instituatur. In quo oftiçio parentes ab ascendentibus, prout copia dabitur, supplendi sunt. Quare, parentes procurare debent bonam *nativitatem,* locum relative honoratum, per agnitionem et nominis communicationem; secura primae infantiae alimenta, praecipue per matris ubera ; honestam in societate condicionem, ac proin congruam cum statu educationem in litteris. Gravitas obligationis secundum gravitatem vitandi damni aestimanda est. Gravis necessitas, physica vel moralis, parentes excusare potest qui prolem publico *brejjhotrophio* bene et religiose alendam committunt; nec. etiamsi divites fuerint, expensas refundere rigorose debent.

Occasiones peccatorum parentes prudenter a filiis amovere debent, ac positive bonam institutionem moralem et religiosam iis providere.

Hinc, obligatio eligendi, si copia habetur, scholam vere catholicam; grave vetitum mittendi filios ad schidam ubi proximum ipsis maneat periculum perversionis in fide vel moribus; et ipse defectus institutionis religiosae aliter compensari debet. Qua consiliarii, meliora suadere, qua confessarii interdum plura, ne peiora accidant, dissimulare debebimus. In periculi aestimatione, tum instituti, tum ingenii et aetatis filii ratio habenda est. De oiliciis parentum optimam formulam, cf. c. 1113.

Quinam filii sint *legitimi,* canonice ex c. 1111. civiliter ex variis legibus eruendum est. Leges tum canonicae tum civiles legitimationem per subsequens parentum matrimonium admittunt prolis saltem non adulterina·· vel spuriae. Habetur praeterea legitimatio per actum specialem, quem canonice S. Sedes sola concedit. In iure civili, quandam efficaciam quoque habet agnitio prolis ab alterutro vel utroque parente, sive voluntaria, sive coacta.

CAPUT IV.

De pietate inter coniuges.

305. — Officia mutua. Ipso matrimonio coniuges maximo proximitatis vinculo uniuntur, ita ut coniux ipsis liberis praeferatur, et, excepta extrema necessitate, ipsis parentibus. Quare coniuges mutuo sibi debent *amorem, cohabitationein, alimenta.*

Ex ipso iure naturali, lege evangelica confirmato, viro per se competit quaedam auctoritas quae iure positivo magis definitur. Quia vir caput est uxoris, haec viro suo in iis quae spectant ad domus gubernationem et bonos inores oboedire debet; is tamen uxorem non ut servam sed ut *sociam* tractare debet. In usu autem matrimonii, teste Apostolo (1 Oor. 7, 3. 4), eoniuges sunt paris condicionis (cf. c. 1111). Quare uterque alteri debet cohabitationem ad illum usum necessariam, ita ut sine insta causa diu abesse neutri liceat. Uxor porro viro adhaerere eumque sequi debet, dummodo ipsa id possit sine periculo vitae vel salutis. nec. contrarium explicite aut tacite sint pacti, nec maritus post nuptias vagus factus fuerit.

Obligationes istae utraque lege, civili et canonica, sanciuntur. Haec quoque, salvo iure speciali, uxorem status mariti partici" pem etlicit (c. 1112). Utroque iure, ob certas causas, admittitur separatio vel temporaria vel perpetua (cf. c. 1128 ss.). Plores leges civiles firmitati matrimonii attentarunt per divortium perfectum: quod ius canonicum non admittit nisi in casu privilegii Paulini. vel matrimonii rati et non consummati, quod, ob instas causas, a S. Pontifice dissolutum fuerit. Of. plura ubi de Matrimonio IIT, 812-822.

Uxor ipsa usurpatione potestatis domesticae graviter peccare potest, si maritus vere et rationabiliter invitus fuerit. Maritus autem qui prodigus bona familiae dilapidaverit iustam causam dat uxori se in domus administ rationem ingerendi.

Ut auctoritati mariti deferat, ius canonicum uxori quae non sit legitime separata a marito, domicilium mariti assignat: uxori non permittens nisi proprium quasi-doinicilium (c. 93, § 2). Ipsa tamen per se exercet ius patronatus (e. 1456); eligit sepulturam (c. 1223); deficiente electione, participat sepulcrum viri qui proprium habeat. — Demum quatenus potestas deminutiva in voluntatem uxoris ei probabiliter competat, potest maritus vota uxoris irrita reddere (c. 1312. § 1).

306. — Hodierna de mariti potestate quaestio. Plue quam patria potestas. *potCHlan nuiritalit hodie imputpuilur.* Ac, si mere voluerint corrigere consectarium non necessarium incapacitatis contrahendi, facile in id consentire possmnus. Neque repugnamus quin aequali severitate adulterium mariti et uxoris plectatur: etsi inaequalitas defendi possit maiore damno sociali quod adulterium uxoris seeum fert, cum patrem incertum reddnt.

Verum oportet nt pronuntiatum a 8. Paulo : « caput inulierie... vir » (1, Cor. 11, 3) agnoscatur et lege confirmetur. Principium istius potestati·· ponitur in art. 213 C. Galliae declaranti» *oboedientiam* viro ab uxore deberi; quae vox oboedientiae in Codice italien (art. 130-137) exsulat. Attamen art. 132 in marito caput familiae honorat.

Consectaria potestati» maritalis in Gallia sunt haec. I xor participat nationem (hoc tamen non est ubique verum), cognomen, residentiani mariti; praeterea in exercenda potestate patria, auctoritas mariti praevalet; denique ad varios actus juridicos opus habet consensu mariti, qui etiam in bona communia nimis amplam potestatem servavit. — Concordant leges Belgii, Hispaniae, Portugalliae, Rumeniae.— Recens lex Italiae. 17 iul. 1919 incapacitatem contrahendi uxoris penitus sustulit. Idem antea fecerat lex Angliae 13 aug. 1882. In Γ. S. A. uxor plene capax manet, etsi, in quibusdam Statibus, paucis actibus maritus cooperari debeat. In Helvetia-et Germania, uxor plene capax manet. Si tamen personalem praestationem ipsa promiserit, vir, in Germania, rescissionem actus postulare potest.

SUMMARIUM.

307. — Valde stricta pietate eoniuges sibi amorem, eohabitationem. alimenta debent ; ita ut. excepta extrema parentum necessitate, alter alterum omnibus aliis coniunctis praeferre debeat.

Pares sunt in usu coniugii ; in ceteris competit marito ex ipso natural et evangelico iure quaedam auctoritas, cui in uxore respondet officium oboedientiae, ita ut usurpata domestica potestate, si maritus vere et rationabiliter invitus sit, graviter peccaret. Socia tamen est non serva. Perse, virum sequi debet. Légitimât' causae separationis esse possunt ; non tamen perfecti divortii, saltem post consummatum inter baptizatos matrimonium.

CAPUT \ .

De pietate ad reliquos consanguineos.

308. — Officia. Ex ceteris consanguineis alii sunt in linet» recta ascendentes vel descendentes, alii collaterales. Cognati lineae *rectae* similibus quibus parentes et lilii pietatis officiis astringuntur, idque ratione sui. cum ascendentes originem revera dederint, nepotes et descendentes re veni receperint. Gradu tamen minores sunt obligationes. Hae artu magis urgent cum parentes et filii desunt ita ut nepotibus ascendentes quasi parentes sint.

In linea *collaterali,* pietas potissimum imponit amorem et mutua subsidia. Quare gravis obligatio succurrendi in gravi ne·

cessitate, quae, quod ad alios proximos, controvertitur, ambigi nequit inter fratres. Ac leges quoque civiles obligationem alimentorum inter fratres sanciunt. Negant tamen theologi oportere ut ad fratris inopiam levandam, religiosus iam professus e religione egrediatur. Inter alios lineae collateralis cognatos, nulla iam gravis est pietatis obligatio, ita ut peccata contraria a communis caritatis laesione differre non censeantur.

summarium,

309. — Inter ascendentes et descendentes eaedem specie, minores gradu obligationes consistunt, atque inter parentes et filios. In linea collaterali, pietas amorem et mutua subsidia imponit ; sed gravis obligatio ultra primum gradum non porrigitur.

CAPUT VI.

De quasi-pietate inter tutores et pupillos.

N. B. (Illicia *episcopi, parochi* respectu subditorum ad religionem et pietatem quoque referuntur. Cfr. dicta 'IIT, nn. 87. 94. 292.

310. — Divisio personarum. Personae quae parentes supplent vel iis legitime substituuntur, iura et officia parentum re. ipsa participant. Aliae loco parentum penitus succedunt, aliae ab ipsis parentibus in paternae sollicitudinis partem vocantur. Priores nomine *tutorum* veniunt, posteriores vario nomine praereptorum, magistrorum, rectorum convictuum, etc. appellantur.

311. — Itaque tutor est persona fida quae liliis minoribus non {emancipatis, vel personis interdictis, delicientes parentes generali ratione supplet.

Ex Codice *canonico,* tutor {agit [et respondet in indicio pro pupillo (c. 1648), et pro pupillo impubère ecclesiam funeris aut sepulturam eligere potest (c. 1224, n. 1).

hi hire civili Belgii, Galliae et Italiae distinguitur tutor *tamentariu f* qui per testamentum vel etiam, in italico Jiure, per actum authenticum coram notario a eoniugo superstito patriam potestatem exercente constituitur ; tutor *legitimu* quem lex designat; tutor *dalivM,* qui a consilio familiae oli-

gitiir. ('uni agitur de liliis, testamentarius aliis praefertur, ita ut tutor dativus tertio loco veniat, secundo tamen, in inre italico, si tutor testamentarius tamquam incapax exclusus sit vel excusatus. Tutor legitimus, in inre gallico non est nisi coniux superstes ; in inre vero italico. coninx superstes, cum paternam potestatem exerceat, nomino tutoris non appellatur. Sed tutela legitima avo paterno, eoqne deliciente, avo materno defertur.

Cum pupilli et tutoris utilitates contrariae esse possint, huic adiungitur altera persona tida, quae, in his casibus, tutoris vicem agat. Is dicitur tutor suffectus *(subrogé tuteur)* inre gallico; inre vero italico. *protutor ;* iure canonico, *curator* (c. 1648). Iure gallico, *protutor* dicitur qui bona administrat quae minor, domicilium habens in Gallia, possideat in coloniis; vel bona quae possideat in Gallia, si minor coloniam incolat.

Munus tutoris regulariter detrectari nequit, estque semper gratuitum, ('ansae quae ab officio tutoris et protutoris dispensant art. 272-276 Cod. It. enumerantur ; causae incapacitatis, exclusionis, remotionis indicantur ait. 268-271.

Quamvis plures sint filii, unicus tantum tutor omnibus designatur. Vult enim lex imitari paternitatem.

Personis mente ita infirmis ut actibus civilibus interdicantur, assignatur quoque *tutor* secundum normas art. 324 ss. Cod. Italici.

Inxta tutorem ponitur *consilium familiae* qni eius administrationem dirigit, observat, ita ut in gravioribus actibus assensum praebere debeat. — De quibusdam negotiis maioris momenti, tribunal quoque cognoscere debet « liomologando » seu approbando decretum consilii familiaris.

Tutori debetur a pupillo reverentia, oboedientia, amor gratitudinis.

Munere suo debet tutor *personam* pupilli dirigere eiusque bona fideliter administrare. Ipse in actibus pupillum repraesentat, seu agit pro ipso. Civilia tutoris officia sanciuntur obligatione *reddendi rationem.* Immo. excepto avo paterno et materno, ceteri tutores, art. 303 Cod. Ital., annuam administrationis rationem consilio familiari reddere debent. Antequam, linito officio, rationes redditae sint, nullae firmae pactiones inter tutorem et pupillum fieri ipossunt (art. 307). In Gallia, pactiones, eae saltem quae circa factam gestionem versantur, postulante cx-pnpillo, infirmari possunt (art. 472) et nisi tutor fuerit ex ascendentibus, ipsa legata vel donationes eidem facta ex art. 907 infirma sunt.

Simile est ius Hispaniae. In re publica Argentina et Chilena. tutela a parentibus, vel loge, vel a indice defertur. In U. S. A. et Anglia, tutor qui simul bona administret seu curator bonorum a solo indice constituitur. In Venezuela possunt parentes singulis filiis singulos tutores assignare, vel unum pro omnibus vel pluribus. Habetur ibi consilium de tutela quod a tribunali audiri debet quotiescumque tutor auctoritate iudiciali opus habet. Nec munus tutoris ibi est gratuitum. — In iure Germanico, pater et dein mater qui patriam potestatem exercent tutorem testamento nominare possunt, et impedire ne quaedam personae nominentur. Tribunal tutelarum confert

ex officio tutelam, prius certo ordine legali, dein libere. Potest etiam negotia, non tamen pupillos inter plures tutores dividere.

312. — Parentum mandatarii. Quadam parentum delegatione, seu mandato, in iuribuset ofticiis parentum partem habent qui institutioni filiorum praeficiuntur. Tales proprie sunt Superiores collegiorum. Qui, sub ipsis, litteras docent vel moribus adolescentum vigilant censentur'esse Superioris mandatarii. Alumni his oboedire debent quatenus ad mentem Superioris agunt vel scholae cuipiam praeficiuntur; generalior autem oboedientia et conexa reverentia soli Superiori debetur. Per peccata contraria, institutores, Superiores quasi-pietatem et saepe iustitiam laedunt ; discipuli contra observantiam peccare dicuntur.

313. — Protectio amentium et personarum debilis mentis, lure canonico, habitualiter amentes assimilantur infantibus (c. 88, § 3) et legale domicilium curatoris vel tutoris sortiuntur (c. 93, § 1). Pro ipsis agit et respondet in indicio curator (e. 1648); quod valet quoque de iis (pii bonis sunt interdicti et minus firma mente laborant (c. 1650). Curator vel tutor, auctoritate civili constitutus, accedente consensu Ordinarii proprii illius cui datus est. a indice ecclesiastico admitti potest (c. 1651).

In gratiam personarum quae non quidem aetate sed mente debiliores sunt, leges positivae civiles protectionem quasi-patriae potestatis instituerunt. Ac distinguere solent eos (pii, plenius incapaces, vel hospitio detinentur vel interdicti (bonis) pronuntiantur: his, in iure italien et gallico et belgico, tutor (pii pro iis agat constituitur, et eos qui, nimis prodigi, iam contractu et expensis faciendis prohibentur, nisi ipsis curator vel « consiliator iudicialis » assistant. Etenim, saltem in pluribus legibus, distinguitur *tutor,* qui immediate datur personae (pro qua agit) et consequenter bonis administrandis praeficitur, et *curator,* qui mere patrimonio conservando praeficitur, et assistit personae, quae propter aetatem vel mentis debilitatem, actus graviores prudenter facere nequeat. Sic. in iure Italico. Gallico, Belgico curator assistit minori emancipato. In iure tamen Angliae et Americae Septentrionalis, (pii tutor est personae, non est per se defensor patrimonii sed distinguitur *guardian of the person* et *guardian of the estate.*

Praeterea non pauci casus sunt quibus per curatores speciales providetur. Sic. si maritus uxoris gravidae moriatur, *cura-*

tor ail ventrem nominari potest (art. 236, Cod. It.); persona quae bona legat minori, curatorem his bonis praeficere potest (art. 247).

SUMMARIUM.

314. — Personae <piae parentes supplent horum inra et officia participant. Ex iure, *tutor* loco parentum succedit ratione generali, ac minoribus non emancipatis vel personaliter interdictis (civiliter) dutnr; dum *rurator* infirmiori personae assistit, ac potius bona tuetur. Praeterea, quadam parentum delegatione, in iuribus et officiis parentum partem habent qui iw*stitutioni* liliorum praeficiuntur; immo qui ad alium finem, v. g. opificii, sibi commissos adolescentes habent.

CAPUT VII.

De pietate ad patriam.

315. — Quid sit patria. Patria cuiuspiam est communitas, legitime constituta, quae eius familiam et personam, non ex facio quodam accidentali, sed per se, universali ratione circumdat, iuvat. tuetur, et sic mediate eius bonae nativitati et institutioni assistit. Hodie plerumque est simul alligata territorio, et satis cum Statu politico coincidit, dum in tribu quae vagatur patria territorio soluta esse potest, et (dim patria magis de urbe, de oppido (piam de re publica dicebatur. Ut rem magis adaequate proponamus, municipia, provincia, status, amplior Foederatio (piae varios Status coniungit, patriae rationem participare possunt, id que inaequaliter pro varia sua iuridica condicione et potestate. Quare, hodie, propter artam unitatem civilem, proprius nativitatis locus secundaria tantum ratione est patria ; ac minor provinciae (piam loci actio et auctoritas esse solet. De Foederatione aliter alibi est dicendum. Immo fieri potest ut latiore usu patria lines politicos excedere videatur. Verum, de patriae notione et coniunctis quaestionibus politicis disserere nostrum non est.

316. — Porro patriae, seu communitati illi omnia officia pietatis exhibenda sunt. Amore, ad peculiarem benevolentiam affectivam et effectivam impellemur, et civium concordiam fovere conabimur; reverentia, adducemur ad illam, maxime publicam, agendi rationem quae patriae honorem et decus conciliet ; oboe-

dientia, prompti flemus ml exsequenda iiissa eorum qui patriae nomine imperant.

Oflicia pietatis violari possunt actione cuius tinis sit reprobandus. ut quae tendat in patriae unitatem solvendam : vel quae tinem bonum mediis inhonestis prosequatur : ut si ad violentas et iniustas artes recurratur vel subordinatio utilitatum qua factio politica est infra gentem, et urbs vel provincia infra rem publicam, contemnatur. Ac rursus difficiles quaestiones oriuntur. Sunt enim partes etiam unius rei publicae, quae natura sua in novam unitatem quandam redigi debent. Sic coloniae artum primo vinculum cum civitate qua fundatae sunt servant, paulatim vero, (piasi emancipatae, sui iuris esse volunt. Quonam momento autonomiam vel independentiam exigere possint, id difficile definietur, et plerumque quadam politica perturbatione nodus solvetur. Sic non raro Deus malum in bonum convertit. Dolentium tamen est haec sine peccatis non fleri.

Denique, urgente necessitate vel lege, oflicia pietatis, iustitia legali intenduntur, ita ut patriae, quatenus communitas perfecta est. quaedam debeantur quae numquam familiae debentur, ut cum. in bello, ipsa vita certo discrimini opponenda est.

317. — Ipsa communitas seu qui eam regunt oflicia pietatis erga cives, familias et minores societates implere debent. Ac fit ut imprudens vel damnanda actio iustis quaerelis causam det et minori societati excusationem paret cur haec ad aliam unitatem efficiendam contendere legitime possit.

318. — Positiva officia ad cives, qua tales nullam gravem obligationem *specificam* ad communia oflicia erga proximum addere videntur.

SUMMARIUM.

319. — Cuiuspiam patria est communitas, legitimo constituta, «pino oins familiam et personam non per accidens sed per ee tuetur ac fovet : et sic eius bonae nativitati et institutioni contribuit. Hodie est plerumque territorio alligata, et cum Statu coinoidit. Communitati illi omnia pietatis oflicia exhibenda sunt ; immo haec, urgente necessitate vel lege, severius obligare possunt, ita ut quaedam, v. g. vitae sacrificium, quae numquam familiae debentur, patriae negari non possint. Memorantium praecipuo hic est officiam quo cives tenentur exercendi in bonum commune iura politica; quod officium tit iustitiae in iis qui deputatorum munus assumpserunt.

A communitate seu eius rectoribus, implenda sunt etiam erga cives, familias et minores societates, officia pietatis et iustitiae diMribnth ac. Gravis vero specifica pietatis obligatio inter ipsos cives exsistere non videtur.

CAPUT VIII.

De pietate ad seipsum et suicidio.

320. — Principium. Malitia suicidii. Quatenus esse receptum habemus, non sumus nostri, sed in nobis revereri debemus illos a quibus originem trahimus. Quare ipsam pietatem offendimus per actus quibus naturam nostram violamus.

Natura porro nostra omni peccato gravi violatur, maxime vero quibusdam peccatis quibus abutimur ipsa natura nost ra vel parte eius substantiali. Sic abusus luxuriosus corporis proprii ab Apostolo dicitur peccatum in proprium corpus (1 ('or. (>. 18). Maxima autem impietas ad seipsum ab eo committitur qui. vim sibi directe inferendo, simul dominium Dei violat et agit contra caritatem ad seipsum.

Suicida dominium Dei violat. Etenim, dum se destruit, directe disponit de se, seu actum facit perfecti dominii. Dispositio ista, ut honeste fiat, supponit dominium vel facultatem factam a domino. Dominium autem non est nostrum sed Dei. Cf. 2. 2, q. 64 art. 5 c. Porro facultas nulla probatione, nulla miseria vel tentatione huius vitae facta demonstratur, cum omnes aliam meliorem interpretationem ferant. Ac re vera, ad essentialem hominis dependent iam pertinet, ut homo ad probationes quales Dens per adiuncta ab ipso exigit se accommodet et in his se exhibeat patientem et fidelem. Qui autem sibi vim infert, essentialem istum dependentiae ordinem sub Deo violat, eum genericam suae probationis rationem mutare intendat, et. sibi vitam eripiendo, fundamentalem omnis obsequii condicionem tollat.

Violat *caritatem ad seipsum*. Qui enim se amat, a ult esse, quod bonum est fundamentale sine quo nullum bonum concipi potest. Dum suicida, qua talis, vult non esse. Nec opponas nihil directe contra vitam animae attentari. Anima enim non est totus homo; snicidium autem dicit destructionem hominis ab homine patratam.

Confirmatur eo quod suicida agit contra naturalem inclinationem, (piae ordinem divinum nobis manifestat, eum quaelibet res se in esse conservet quantum potest. S. Tu. 1. c.

Radicitus quoque suicida renuit se perficere, cum statum probationis violenter egrediatur; et omnia oflicia negat quae ex legali iustitia societas ab ipso exigere potest. Quare et ipsi com munitati est iniustus. Cf. S. Th. l. c.

Ratiocinium istud valet quoque *de suicidio per inediam*. Haec enim non toleratur sine positiva voluntate qua omnis instinctus quaerendi alimenta necessaria violenter reprimitur. Et fundamentalis lex qua iubemur propter bonum 'nostrum agere, actionem quae ad b®num istud necessaria est simul nobis imponit.

321.— Activa necis permissio. Aliud est seipsum directe interimere. aliud necem suam *active permittere,* exsequendo, propter proportionatam causam, actionem quarum periculum probabile vel adeo certissimum mortis coniunctum est. Sic milites, cum praevisa nece propria, arcem explodere vel navim incendere aut submergere possunt, ne hostes ex capta arce vel navi magnam utilitatem percipiant. Idem non licet ad vitandam propriam servitutem, quia tunc mors propria directe quaeritur.

Ad *indirectam* seu active permissam sui occisionem refertur quoque actus {quo virgo, stupratorem fugiens, non quidem se transverberat sed se ex alto loco praecipitem dat; immo si immineat oppressio, ex altissima turri se abicit. Ut autem potius mortem patiatur quam sinat se violari, id, ob consensus periculum, est res etiam consilii.

Pariter mortem suam mere permittit qui, ut alios incolumes esse sinat, in alto mari, cymbam nimis onustam deserit, vel tabulam amico cedit.

Reo quoque licet non fugere; immo, ad liberandos alios, ad debiles in bono conservandos, in lide confirmandos, se tyranno offerre, et, cum eius peccato, propriam occisionem permittere fas est.

Potestno reus obtemperaro Principi vel indici a quo se ipse veneno, laqueo, ense se interimere iubetur? Res ista controvertitur. Licere negant plerique, v. g. LESBIUS, L. 2, c. 9, n. 25; Logo, *luxt. et lur.* d. 10, n. 11. quia iustitia sit ad alterum ; non nulli, ut Vasqvez, in 1, 2, d. 173, c. 3, saltem cum agitur de veneno bibendo, sen do morte minus crudeli, atlinnaro videntur, quia quis duplicem personam gerere possit : carnificis et rei; nec ad seipsum eadem atque ad patrem sit rolatio reverentiae et obsequii. Id S. Alph. L. 3, n. 369, Lehmk. I, 733 et Palm. II, n, 862, nota, probabile habent. Verum, ita dicendum videtur: potestas publica occisionem sui numquam *imperare* po-

test, quia illa crudelitas in so ipsum nullo bono communi exigitur, et qui se interimit, qua talis, se societate excludit nec proin eius bono cooperatur: solam autem cooperationem socialem pnbliea potestas imperare potest. Quod autem non valet ad itibenduni, hic nec *permittere* potest, quia permissio a morte noxii hominis notam publicae vindictae tolleret et actionem intrinsece malam licitam reddere tentaret. Reo enim permittere ut se interimat est ipsi optionem dare suicidii vel internecionis.

Itaque solus Deus inordinationem istam ad altiorcm finem referre potest et sic cuipiam concedere ut vitam sibi eripiat.

Quid si paratum venenum bibere iubearis? Veneni potatio paulo magis quam letalis percussio vel suspendium a nece dicit. Is qui venenum bibit specificae veneni actioni immediate tantum locum dat, fere sicut qui collum laqueo vel gladio submittit actionem carnificis praeparat. Quare, coram interfectore cogere parato, haec tria, ad praecavendas violentas immissiones aliter inevitabiles, licere videntur.

322. — Ex quaesito mortis periculo non licet communem utilitatem et multo minus lucrum sibi procurare. Quare peccant funambuli qui cum magno periculo quaedam tentant (piae propter ipsum periculum plausu excipiuntur; peccant quoque (pii medicinas periculosas, sibi inutiles, in se experiuntur.

Si autem independens a periculo ac sutliciens utilitas in tentamine periculoso vel in negato tali cibo. v. g. haereticorum, adsit, actio honesta evadit et interdum commendanda erit. Sic laudatur (pii eum magno periculo proprio se in flumen praecipitem dat ad salvandam alterius periclitantis vitam; sic damnati non fuerunt (pii non sine magno periculo in aere navigare coeperunt.

323. — De mutilatione. Nec in partem personae nostrae seu corporis proprii dominium habemus, quod in totum nobis esse negavimus. Quare directa mutilatio intrinsece illicita est. *Muti' latio* autem proprie habetur cum abscissione supprimitur quaedam functio organica vel quidam usus membrorum. Quar? mu tilatio est cast ratio, non autem circumcisio, nec quaedam corporis accommodatio in modum (pii ad pulchritudinem conferre vulgo existimatur: ut si mos sit extremam (piandam partem nasi aut auriculae auferendi. Ac levis quoque materia datur, ut si (piis sibi unum vel alterum dentem inutiliter auferat.

Directa tamen mutilatio licebit ad corpus totum vel humanam vitam salvandam: quia pars ordinem ad totum dicit. Quocirca licet amputare membrum ne totum corpus inficiatur; licet

amputare sibi brachium quo quis catenae vincitur, ad fugiendum incendium. Quod idem permittendum videtur si nexus sit extrinsecus, utputa ut quis se ex dura servitute liberet, ut (piis redimat necem intentam sibi nisi ipse se manu truncum efficiat. Pari ratione admittunt ut virgo suam faciem deturpet ne violetur.

Castrationem tolerare nemo potest ad servandam castitatem vel vincendas tentationes, quia remedium istud non est necessarium ad istum finem et saepe ineptum. Si vero possit homo simili operatione ab insolita et morbida concupiscentiae vi liberari. operationem, seclusa alia meliora via, honeste tunc fieri existimaverimus. Quare si re vera, per *vasectomiam* quispiam ad iustam temperiem perventurus sit. operationi consentire posse nobis videtur (’). Sed prorsus improbandum est ut potestas publica huiusmodi operationem hominibus *innoxiis* sed infirmi corporis aut hebetae mentis imperet, ne minus validi vel minus mentes valentes propagentur.

Omnino quoque damnanda est castratio muliebris eo fine peracta ut vitam eoniugalem deinceps sine periculo damnosae graviditatis exercere queat.

Ner laudandus vel probandus videtur usus (pii olim exsistebat castrandi consentientes pueros ut vocem puerilem *servarent* et sic in ecclesiis cantum sibi lucrativum nec Ecclesiae inutilem participare possent. Ecclesiae enim illud non est necessarium, cum veri adolescentes partes illas in choris mixtis explere queant, hominibus autem aliae praesto sunt lucrandi artes. Et quomodo pueri irreparabili mutilationi. cuius vis eos. fugit, validum assensum dare possint ? Quia tamen agitur de *conservanda* voce. S. Alpii. L. 3, n. 371 sententiam benigniorem non improbabilem existimavit.

324. — Valetudinis cura. Ipsi *valetudini* directe nocere vetamur, *vitamque* mediis *ordinariis* iucolumen *serrare* debemus. Parvitatem materiae hic haberi non ambigitur. Quare:

1. *Excessus* in cibo et potu quibus sanitas laeditur quidem, sed non proxime et notabiliter, etiamsi graves sint contra tem-

Observes nos mere condicionale loqui, nec de veritate condicioni^ quidquam pronuntiare. Non decst enim qui putet effectum potius oppositum ex hac « operatione , quae intactam linquit secretionem interiorem» exspectandum esse.

perantiam, pietati sen caritati ad seipsum non graviter adversantur.

Multo severiore nota reprobandae sunt insanae appetitiones *morphiae, fumi opii* (in Sinis),*fumi cannabis* (in A trica apud barbaros et mahiimetanos). ac. magis recens, post bellum, immissionis *cocainae,* (piae valetudini ita noxiae sunt, ut publicas calamitates praeparent. Quare, non paucae leges severis sanctionibus vel abusum opii, vel cannabeta. vel venditionem coeainae sine medici iussione, merito prohibuerunt. Singuli usus de gravi damnari non poterunt, sed iam in singulis habetur periculum gravis abusionis et consuetudinis quae vix vinci poterit. Diffundendo, etiam et maxime inter adolescentes et invenes,spiritum contrarium mortificationis, sensualitates istae potissimum praecavebuntur.

2. Licet, non tamen ex intentione abbreviandi vitam, exercere artem utilem (piae valetudini damnosa sit. Si tamen altera ratio suppetat res conficiendi, haec adhibenda erit.

3. Quia *paenitcntiae exteriores* immediatam habent utilitatem magis domandi passiones, et inde, propter plures fines spirituales, tam proprios (piam alienos, sancte adhibentur, licet corpus vigiliis et paenitentiis extenuare, etsi quaedam vitae abbreviatio et remota iactura inde consequat ur. Ae similiter, ob effectum immediate utilem, in vehementi tentatione licebit vulnus sibi infligere unde sanguis erumpat, dummodo laesio sit rationabilis et, attenta tentatione. expediens. Netas tamen est iis castigationibus uti (piae quempiam muneri adimplendo imparem reddant vel (piae mortem notabiliter seu non remote accelerarint. Immo immoderatae paenitcntiae et abstinentiae corpus excitare et tentationes augere possunt. Ae prudens director omnem quoque corporalem vexationem impediet (piae « Masochismi » cuiuspiam seu lubricitatis dolorosae suspecta evadat.

4. Ad *mortem vitandam* nemo pretiosa et exquisita medicina uti cogitur, vel relicto domicilio, salubriorem aerem extra patriam quaerere, vel mediis extraordinariis et nimis duris, v. g. abscissione cruris, vitam conservare. Immo excusant *virginem* (piae magis (piam mortem manum medici aut chirurgi fugiat. Satius tamen videtur personas istas ad rationabile sui imperium informare ne luiiusmodi terroribus percellantur. — Operationem minus gravem subeundam pater vel Superior praecipere potest.

5. Cartbusianus sanus cui desint alii cibi, ne fame pereat, carnes sumere potest et debet ; aegroto autem Carthusiano probabiliter permittunt ut

cum extremo periculo vitae suam abstinentiam servet. Hie enim intervenire rationem *boni communis,* i. e. robur disciplinae religiosae; quam rationem deficere in casu rariore accidentalis egestatis. Huc addas longe magis certo nexu vitam conecti cum solo cibo qui homini sano praesto sit quam cum tali cibi qualitate quam sumat aegrotus.

325. — Quaeres, quid de usu hypnoticae suggestionis dicendum sit.

Sive somnus specialis admittatur, sive esse negetur, status hypnoticus condicionem designat personae quae ad imperia aliena *suggestiones hypnoticas* sive tunc sive postea exsequenda se valde docilem exhibet. Estne eius oboedientia omnino caeca et absoluta, ita ut omnia facere parata sit / Id hodie potius negatur; sed dicunt esse quaedam a quibus animus personae hypnotizatae nimis refugit quam ut ea patrare velit; immo addunt, plura ridicula vel etiam specie cruenta non obtineri nisi quia hypnotizata plus vel minus conscia sit fictionis. Bene multae personae, utriusque sexus, in isto statu poni possunt; aliae tamen aliis facilius et profundius, ita ut sint quae, morbo nervoso affectae, narrent vel agant quae re vera mirationem movere possunt. Demum, etiam extra istum statum, nisi honeste et prudenter actum sit, hypnotizatae personae sub servili dependentia, ut aiunt, manent illius qui eas hypnotizavit.

De phaenomenis istis triplex quaestio movetur: 1. De *moruli* imputatione actionum (piae in statu *hypnotico* fiunt: atque actiones istas moraliter esse *in 8c* imputabiles, saltem quod ad gravem reatum, antea negavimus. — 2. De *honestate* consensus (pio persona sinat se in statum hypnoticum conicerc. Et quia nefas est libertatem suam in alienis manibus temere abdicare, quia usus hypnotici non parum sanitati nocere possunt et phantasiam ac mentem facile perturbant, consensus talis honeste non datur sine gravi causa et debitis cautelis. Et, quantum fieri potest, procurandum est ut libertas substantialiter intacta ma-'»eat, et nulla diuturna potestas in personam hypnotizanti permittatur Q). Cum debitis cautelis, rationem suflicientem dabunt curandus morbus corporalis vel mentalis, moderandae passiones nimiae, et etiam studia scientitica a vere peritis existimata utilia.i

i1! Hoc interest inter somnum hypnotizatae personae, sive dicatur specialis, sive pro mere communi habeatur, et ebrietatem ; quod expergefacta statim fit sui compos, dum ebrius per sc stupidus vel hebes manet donec potum inebriantem decoxerit.

Sine istis cautelis, consentiens derogat caritati erga seipsuin, qui vero personam non consentientem « hypnotizet », ut qui nocet eius valetudini, quintum praeceptum violasse convincitur.

Quo circa legibus, qualis lex belgica 30 niaii 1892, prudenter puniuntur exhibitiones personarum « hypnotizatarum », atque ipse nsns liypnotismi in amentes vel minores natu ab iis peractus qui non sunt medici vel specialem guberni licentiam non obtinuerunt.

326. — Sanctiones canonicae. Ex c. 985, 5: « Qui seipsos vel alios mutilaverunt vel sibi vitam adimere tentaverunt sunt irregulares ex delicto »; — ex c. 1240: « ecclesiastica sepultura privantur nisi ante mortem aliqua dederint paenitentiae signa... 3° Qui se ipsi occiderint deliberato consilio »; — ex c. 2350 § 2: Qui in seipsos manus intulerint, si mors secuta non fuerit, « arceantur ab actibus legitimis ecclesiasticis et, si sint clerici, suspendantur ad tempus ab Ordinario definiendum, et a beneficiis aut (illiciis curam animarum interni vel externi fori annexam ha bentibus removeantur ».

N. B. De obligatione laborandi, dictum est in prima parte. I. 488.

SUMMARIUM.

327. — 1.Quia in nobis revereri debemus eos a quibus originem trahimus, ipsam pietatem violamus per actus quibus naturam nostram violamus: quod lit omni peccato gravi, praecipue luxurioso proprii corporis abusu. Maxima autem impietas a *swicidi* committitur.

2. *Directe* enim sibi vim inferre est agere contra amorem erga se. cum. quantum in se est, sibi neget fundamentale bonum vitae atque ulteriorem perfectionem, dum statum probationis violenter egreditur; praeterea sibi vitam eripiendo, fundamentalem omnis obsequii condicionem tollit, ac sic essentialem creaturae dependentiam sub Deo practice abicit ; manifestatum indita omni creaturae inclinatione ad esse ordinem divinum contemnit ; atque ipse humanae societati debita otlicia radicitus negat. Quod etiam de quaesita per inediam morte valet.

3. Licet tamen, propter proportionatam causam, necem suam active permittere actione quacum periculum probabile vel adeo certissimum mortis coniuuetum est. Id licet militi qui utilem hostibus navim qua vehitur submergit oo capiatur; virgini quae altissimam turrim deserit ne violetur : ei qui cymbas in naufragio aliis cedit. Keo licet non fugere; non videtur tamen, etiam iubente publica potestate, se interimere posse.

I. Neque *ex ipso periculo* mortis, qua tali, utilitatem privatam vel communem quaerere licet; si vero in tentamine positive periculoso, vel in no-

gato tali cibo, v. g. haereticorum, independens a periculo utilitas insit sufficientis momenti, res honesta evadit, et interdum commendanda erit.

5. *Directa* quoque *nuitilatio* intrinsece illicita est, nisi fiat ad corpus totum tuendum vel ad salvandam vitam.

(i. Valetudini *directe* nocere vetamur; quare excessus in cibo et potu saltem venialiter culpandi sunt; utilem vero artem sed valetudini necessario nocivam exercere per se non prohibetur. Simili, inimo superioris utilitatis ratione, exteriores paenitentiae quibhs nullum bonum necessarium impeditur honestantur.

Gravius carpendae et tempestivae cohibendae sunt nimiae cupiditates morphine, fund opii, cannabis, cocainae, quae non pauca mala privata et publica praeparant, vel inducunt.

7. Vitam mediis ordinariis, non extraordinariis servare debemus.

8. Officium tuendi simul libertatem propriam et sanitatem prohibet ne quis sine sufficienti ratione v. g. morbi curandi, studii vere scientifiei, et sine debitis cautelis quibus v. g. diuturnum imperium alienum vitetur, sinat se in *statum hypnoticum conivere.* Atque aliter hypnotizans quinttUn praeceptum violaret.

9. Ecclesiasticis poenis c. 985, 5; 1210: 2350, $ 2 plectuntur snicidii actio et tentamen.

TRACTATUS IV.

DE OBSERVANTIA ET MUTUIS SUPERIORUM ET INFERIORUM RELATIONIBUS.

Utilitas. — Quamvis praesentis tractatus argumentum, quod ipsam quaestionem socialem non leviter attingit, pro merito explicare non vacet, iam summaria propositio relationum quibus, in ordine privato et publico, Superiores et interiores mutua benevolentia ex ipsis suis officiis vinciuntur valde opportune hodie opponitur osoribus et contemptoribus omnis auctoritatis, iisque societatis perturbatoribus qui civium ordines xel confundere vel exitiali odio separare meditantur et contendunt.

328. — Virtutis notio. Observantia est virtus quae alterius excellentiam colit. Propter bonam gubernationem inducta est. Namque omnis excellentia aliquam dicit aptitmlinem ad alios in aliqua re ducendos vel gubernandos. (Illicia istius virtutis *pietate,* cum agitur de colendis parentibus, *religione,* cum agitur de colendo Deo absorbentur.

Pro diverso gubernationis ordine, specifice variat virtus: unde *politica* observantia a *religiosa* distinguitur: in eodem autem ordine. honestas et necessitas virtutis gradu sed non specie difle-runt. Quare eiusdem speciei sunt oflieia observantiae ad parochum et episcopum. Cf. Lehmk. 1. 923.

Articclvs I. — De mutuis dominorum et famulorum officiis.

§ 1. De heris et famulis domesticis.

329. — 1. 1. Famuli contubernales domesticam heri potestatem quasi lilii saltem maiores natu agnoscere et revereri debent. Si vero minores natu fuerint, sub paterna heri gubernatione re ipsa constituuntur. In rebus itaque quae ad ordinem domesticum, et. si minores, ad rectam eorum institutionem spectant. hero oboedire debent. Atque ad internum et externum

amorem et reverentiam fovendum et demonstrandum simul obligantur.

Si tamen, in quibusdam regionibus, expressa pactio vel usus iura seu potestatem domini, saltem pro famulis maioribus natu, magis temperent et certis actibus circumscribant, satis erit ut famulus promissa praestet.

2. Praeterea, ex pacta mercede, *fideliter* servire deb nt. Nec contractum *ante tempus* seu diem statutum, sine gravissima causa abrumpere possunt.

3. Quod si ante diem discedant,*per se* iustum quoddam pro tempore per quod servierunt, stipendium petere non prohibentur. Conventam tamen mercedem pro rata solvere herus tunc non debet, sed satis est ut discedenti ante tempus, infimam iustam solvat: immo. iniuste recedens damnis tenetur. Leges vel recepti usus haec magis definire solent, sicut ipsam faciendam praemonitionem ordinant.

4. Famuli contubernales grave damnum domini quod possunt impedire debent. Si autem agitur de rebus (piarum cura, expresse vel tacite ipsis commissa est, a restitutione excusari nequeunt qui damnum inferri, sive ab extraneis sive ab aliis famulis. permittant. Secus, munus invigilandi aliis famulis per se non habent, ita ut eosdem peccantes vel tarantes ex *iustitia* deferre non debeant.

5. Secluso scandalo vel alio gravi incommodo, propter negatam iustam mercedem vel congruam sustentationem, famuli *occulta compensatione* uti non prohibentur, (’aveat tamen confessarius ne haec facile suadeat vel adeo permittat, cum famuli prompti sint ad excedendum, et artes istae malas ipsis consuetudines inolescant; si ultra debitum obsequia praestiterint, prudenter indicandum est utrum illa gratis suscepisse censeantur, ut si omnino sponte sua haec exsecuti sint, an contra, saltem tacite rogati, ex intentione mercedis.

Inter propositiones quae damnatae et prohibitin'sunt « sicut inceni, tamquam scandalosae et in praxi perniciosae », ab Innocentjo XI, 2 mart. 1679, legitur haec 37" : « Famuli et famulae domesticae possunt occulte heris surripere ad compensandam operam suam quam maiorem indicant salario quod recipiunt » (Z)oii. n. 1187). Propositio enim tam generalis etiam famulo qui libere, sine necessitate, de stipendio COUVenisfjet, etiam illi qui ex caritate ad aliqua servitia admissus esset, etiam imprudenter, indicanti permitteret compensationem quae caute tantum tolerari vel excusari potest. Immo plure

ancturos exigebant indicium cominunissimum peritomm, vel viri valde docti et in re morali versati of. S. Aειιι. L. 3, n. 522-521; Lehmk. I, 1126).

330. — II. 1. Ipsi domini et Superiores quasi-pietatis officiis erga istos famulos astringuntur. *Vetantur* itaque iis proximam peccandi occasionem permittere, cum eam impedire possint: eos prohibere quo minus praecepta Ecclesiae observent: eos iniuriis lacessere; illos ante diem e domo expellere. Quod si ipsos sine gravissima causa expulerint, saltem id quod interest, et quod index solvendum statuerit refundere debent. Namque sunt leges civiles quae ad totam mercedem solvendam obligant.

2. *Debent* positive eos monere et corrigere, quatenus utiliter fieri possit : eosdem exemplo bono iuvare. et cavere ne aliorum corruptores tecto recipiant vel conservent: iis congruentem mercedem polliceri et tempestive solvere, nedum, ut interdum lit. ab iisdem mutuam pecuniam pro luxu suo extorqueant.

3. Per se. *famulo aegrotanti* salarium solvere non debent, nec sumptus curae sufferre coguntur. Verum usus observandi sunt, nec decet ut qui de familia sunt rigorose tractentur, cum contra, pietas et caritas suadeant ut personae istac, ultra debitum, amica benevolentia circumdentur.

4. Si famuli fuerint adolescentes vel minores natu, heri parentes supplent, neque officium institutionis humanae, moralis et religiosae exuere possunt.

§2. — 1)E MAGISTRIS OPERARUM ET OPIFICIBUS CONDUCTIS.

331. — 1. Ambo, tam magister quam opifex, in contractu faciendo et exsequendo iustitiam servare debent.

2. Iustitia praeterea obligat *magistrum,* ut tum personam operarii, i. e. eius corpus et animam, tum eius honorem incolumem servet; obligat *operarium* ad non laedendas res vel famam magistri.

«) Iustitiam itaque violat *magister* qui. cum maius solvere potest, operario valido et plene utili salarium insufficiens pollicetur; qui congruam diligentiam non adhibet ad cavendum ne ex officinae dispositione, laboris ordinatione, aliquod non necessarium impendeat periculum valetudini, vitae vel membris operarii. Quae vero detrimenta moraliter auferri nequeunt, maiore saltem stipendio rependenda sunt. — Cavere quoque ex iustitia

debet ne ex ratione qua res componuntur vel ex licentia aliis permissa, operarii in *proxima peccandi Occasione* versentur.

Labor die festivo, labor nocturnus, labor nimis diuturnus vel qui vires aliqua ratione consumit, seclusa pactione, sine necessitate imponi nequeunt et maiore pretio compensandi sunt. Pactio, libere inita, de huiusmodi labore, saepe improbanda, iustitiae tamen stricte non repugnat.

Si vero de pueris vel de adolescentibus agitur, nec proprius ipsorum nee eorum parentum assensus a violata commutativa iustitia excusant officinatorem qui operas nimis graves, vel nimis diuturnas, vel nimis mentem hebetantes ab illis postulant.

Z›) lustitiam violat *operarius* qui instrumenta, animalia, famam magistri laedit, qui secretum expresse vel tacite promissum prodit, <pii ante diem promissas operas intermittit.

Non raro tamen hodie, indicto communi operistitio, singuli opifices operas ipsi detrectare cogentur.

332.— De *Operistitiis.* Ex *fine* illicita sunt operistitia (piae fiunt ad perturbandam societatem, vel ad extorquendam mercedem ultra summam iustam. vel quaslibet iniquas condiciones. Ex *modo,* iustitiae commutativae adversantur operistitia : *a)* quibus, ante tempus libera pactione statutum, ab ŏpen cessatur, nisi fiant ad redimendos operarios ab iniusta vexatione; /›) quaeiniustain aliorum coactionem exercent. Iniusta autem est coactio qua vi, fraude, minis vel mediis stricte damnosis ceteri operarii labore prohibentur; vel qua ceteri operarii virtualité!· aqua et igne interdicuntur. Ex *effectibus* caritati el pietati in patriam graviter adversantur (piat fiunt propter causam non satis gravem, vel (piorum felix exitus est nimis incertus, vel (piae intimantur, cmn suavior via suppetit intentum finem assequendi. Verum ex operariis alii inviti ad exsequendum operistitium coguntur: et hi nequeunt iniustitiae argui: alii in operistitiis formalem partem habent, sed ignari sunt eorum iniustitiae: bona fide a formali iniustitia. immunes sunt; alii conscio modo cooperantur iniustitiae: hi peccant, sed exceptis damnis quae immediata sua cooperatione fecerint, practice obligandi vix erunt ad restitutionem, (piam exsequi plerumque non poterunt et (piae facile iis tacite condonatur. Remanent tunc auctores et fautores illicitorum operistitiornm. (pii gravissimi peccati rei sunt et gravissimas obligationes saepe in se suscipiunt. — Cf. plura in *Quaestiones de Iustitia,* n. 470-475.

333,— Conductionem operarum consequitur vinculum artioris propinquitatis quo magister et operarius alter cum altero coninngitur: essentiali enim hominum societati, quaedam nova unio superaddita est. Consequitur quoque debitum quasi-pietatis in liero,in operario autem observantiae. Ex ipsa enim pactione, magister movet, dirigit operarios in ordine ad finem operis consequendum; magister et opifices in unum finem immediatum conspirant. Haec, fieri nequeunt sine aliqua superiori!ate et sublectione, (piae mutua officia quasi-pietatis et observantiae necessario generant. Sane, pro variis adiunctis et personis, officia illa intendi vel remitti possunt; ex toto autem supprimi nequeunt.

334. — Imitatio autem quaedam herilis societatis, (pia (•(inducti operarii, condicione et affectu, ad familiares accedant, apprime votis naturae consentanea est, cum in genere humano maiorem unitatem inducat et maiorem felicitatem diffundat. Cf. *Quaest. de Iustitia,* n. 467.

Codex duos istos notabiles canones continet, de re praesenti.

« Non solutu parentes aliique qui parentum locum tenent, sed heri quoque ac patrini obligatione astringuntur curandi ut omnes sibi sublecti vel commendati catcchetiea institutione erudiantur » (c. 1335).

« Omnes, et praesertim clerici, religiosi ac rerum ecclesiasticarum administratores, in operum locatione debent assignare operariis honestam instamque mercedem ; curare ut iidem pietati idoneo temporis spatio vacent; nullo paeto eos abducere a domestica cura parsimoniaeque studio, neipie plus eisdem imponere operis quam vires ferre queant neque id genus quod cum aetate soxnque dissideat » (c. 1524).

Primum etiam, in tractatu international! pacis post cruentum bellum, declarationes leguntur quae iura utilitatesque operariorum tuentur.

Ar t ic ii.is II. — De mutuis principum et subditorum officiis.

335. Officium principis. Quicumque summam rerum geruntur. bonum publicum procurare et se intra fines competentiae suae continere debent.

336. — Officium subditorum. Obligatione *subtectionis* et *reTerentiae* subditi tenentur. 1. *Xubiectio* ista oboedientiam iustis legibus imperat, et vetat rebellionem. Rebellio autem proprie

habetur cum iniusta vigentis regiminis eversio tentatur. *Iniiistitia* autem abesse potest: h) si vexationes iniustae tales sint quae exercendo iuri prudentis defensionis locum dant, prudenti, inquam, ac proin cum certa spe felicis exitus; /?) si ipsa lex fundamentalis mutabile regimen induxerit. Ab iniustis tamen artibus semper cavendum erit. Servandum praeterea erit iuramentum vel sacramentum fidelitatis quod legitimo principi sit factum. Demum pietas et caritas in patriam quoque postulant ne, sine manifesta utilitate publica, studiis etiam non iniustis rerum novarum perturbetur.

2. *Reverentia* honorem erga Principes et alios officiales pro ipsorum gradu et condicione imponit. (’outra reverentiam contemptu interiori graviter peccari potest, si atliciat Superiorem, vel legem qua talem. Si ailieiat Superioris personam quatenus tali vel tali defectu aut vitio laborat, peccatum a temeritate indicii pendebit. Per gravem autem contumeliam aut detractionem, per negatum signum externi honoris cum Princeps publice honorandus est, si denegatio, ex circumstantiis, pro gravi contemptu habeatur, sicut per formalem legis contemptum, graviter peccabitur.

Officia ista, quae non semel S. Scripturae v. g. Rom. 13, 1: 1 Petr. 19; inculcantur, peropportune hodie in memoriam revocantur. Plures tamen hodie sunt, attenta regiminis forma, qui, ut *ninguli,* nullam auctoritatem possident; quibus proin. ut singulis, longe minor observantia per se debetur.

337. — Idem *cultus* et *caritas* erga patriam qui cives impellit ad *observantiae* otlicia pie exercenda, et non raro ipsa quoque *religio,* eosdem movebunt ut suis *politicis iuribus* debita ratione *fungantur.* (Cf. dicta n. 148. 149.)

Ac circumstantiae tales esse possunt ut legitimus et innoxius Princeps, ex iisdem virtutibus caritatis, pietatis et iustitiae legalis, potestatem *abdicare* et sacramentum fidelitatis remittere debeat. Personali enim dignitati bonum publicum anteponendum est.

SUMMARIUM.

338. — I. *Notio virtuti Observantiae* virtute *aliena excellentia colitur.* Bonam iuvat gubernationem, pro cuius vario ordine ipsa observantia distinguitur specifice *politica* et *religiosa.*

II. *Conducti famuli* fidelem promissi servitii exsecutionem debent; propter negatam iustam mercedem occulta compensatio ipsis caute et prudenter permitti potest. Nec omni observantiae significatione se immunes existimare possunt.

Contubernalem praeterea, si minores natu, quasi-pictatis iura et officia participant; si maiores natu, domesticam saltem heri potestatem revereri debent; grave domini damnum etiam impedire, non tamen aliis famulis invigilare aut furantes denuntiare ex iustitia debent, nisi quaedam res ipsis expresse vel tacite commissae sint. Pro legibus, usibus et adiunctis, officia observantiae intendi vel remitti possunt.

III. *Domini* et *Superiorem* quasi-pietatis officiis negativis et positivis tenentur, praeter iustitiae obligationes ex contractu manantes. Si adolescentes vel minores habuerint famulos, parentes supplere debent.

IV. *Magister operarum* et *opifex,* in pactione facienda et exsequenda, iustitiam servare debent. Praeterea magister ex iustitia debet *personam* seu corpus et animam, tum honorem et famam opificis incolumem servare : quod, cum agitur de adolescentibus, nullo parentum assensu dispensari potest.

Neque operarius res vel famam magistri laedere potest. *Operbdifia* ex tine, ex modo et ex effectibus diiudicanda sunt, etsi inter mala socialia, ut ipsa bella, numeranda sint; nec paucas difficiles cooperationis quaestiones adducunt.

Etsi pro variis adiunctis et moribus, officia haec minora vel maiora esse possunt, necessario tamen vinculum artioris propinquitatis, ac debitum quasi-pietatis in conducente operas, et observantiae in opifice conducto, contractum consequuntur, cum ex ipsa pactione directio ad operis tinem magistro competat. In votis autem naturae est imitatio quaedam herilis societatis, qua conducti operarii ad familiares accedant.

V. *Principum* officia. Quicumque summam rerum gerunt, bonum publicum procurare et se intra fines potestatis suae continere etiam ex iustitia debent.

Subditorum officia. Tenentur *nubicctione,* quae oboedientiam imperat, et, excepta iusta defensione, vetat rebellionem ; et *reverentia,* quae honorem exigit, ac vetat Superioris qua talis, contemptum, praeter contumeliam, detractionem et negatam externam honoris significationem. Servandum quoque est sacramentum fidelitatis, legitimo Principi factum.

Quia tamen non pauci, hodie, ut *singuli,* nihil possunt, ad longe minorem observantiam titulum habent.

Adiuncta quoque postularo possunt ut legitimus Princeps, ex ipsa pietate in patriam, munus abdicare et sacramentum fidelitatis remittere debeat.

TRACTATUS V.

DE IUSTITIA.

Introductio.

339. — I. Quid tractatu intendatur. Tractatus iste nimis exiguum locum in isto manuali volumine occupare potest. Sua tamen peculiari utilitate minime carebit, si principia conclusionum, adiecta brevi demonstratione, quasi synoptice exhibeat; si, quid ipso iure naturae exigatur vel suadeatur, quid vero statutis positivis definiendum linquatur, apprime distinguere doceat; si demum normas suppeditet rationem detegendi qua humanae leges in officia conscientiae influant. Porro conatus noster huc tendet.

II. De variis legibus positivis. Ipsa multitudine legum, quae hodie in tam variis populis fere cotidie feruntur, difficultatem augeri minime dissimulandum nobis est. Licet tamen in pauca genera conferre iura ad quae potissimum attendere debemus. Praeter enim ius *canonicuni,* quod theologo morali longe principale est, satis, pro nostro intento, esse videtur ut tria consideremus legislationum genera: *latinum,* quod multa a Romano antiquo et a moribus Europaeis mutuatur; *germanicum,* quod non longe a praecedenti distat, sed scientifica elaboratione elucet; et *anglo-a/mericanwn,* quod, in pluribus punctis, magis propriis notis ab aliis distinguitur, quamvis ipsum auctoritati iuris romani minime subductum sit (cf. *Catholic Encyclopedia,* verbo *Laic* (Roman) art. los. I. Kelly).

Quantum res feret, positivis sanctionibus, documenta legis naturalis praeponemus. Ubi vero separatio fieri nequeat, ius italicum quasi exemplum seu specimen afferemus, non neglecta sobria aliarum legum adumbratione: quod in hoc Instituto international! praetermittendum non videbatur.

Ne quis tamen existimet nos isto errore decipi ut speremus paucis paginis lectores nostros legibus civilibus erudire. Id solum contendere possumus, quod ceterum per se sutllcit, ut ideae fundamentales, quae quasi

anima particularium logum dici possunt, communicentur, ot pauca iuris positivi elementa tradantur quibus theologus statum quaestionis de variis casibus conscientiae percipere, et frequentem necessitatem adeundi iuris peritos agnoscere queat.

«Pro faciliori intellectu iuriclicae expositionis, non nulla observanda manent. 1. *Codex Galliae,* cui Napoleo nomen dedit, brevitate dicendi et methodo res disponendi anteriora *Corpora hiris* longe superavit, ita ut novam leges scribendi rationem intinxerit qu .m gentes excultae fere omnes, immo, recens, ipsa Ecclesia suo Codice iuris canonici imitatae sunt. Et cum juridicas persuasiones et propensiones labentis saec. XVIII satis redderet, simulque leges romanas et consuetudines Francorum seu Germanicae originis componeret, non tantum propter politicam Napoleonis 1 auctoritatem pluribus populis communis evasit (’), sed etiam pluribus aliis, v. g. Brasiliensis reipublicae et multis Statibus Americae latinae modi ordinandi civilia iura auctor fuit.

Posteriores tamen Codices Gallicum accidentaliter perficere non omiserunt. Quod, v. g. peculiariter observandum est de Codice Italiae. Praeterea, cum Codex Galliae nota individualism! peccaret, a medio saeculo XIX pluribus legibus socialibus in ipsa Gallia reformandus vel complendus fuit.

2. Dum Codex *Austriaeus* sollicitudine de iuris naturali commendatur, nullus alius Codex magis methodica praeparatione et diuturna (ultra 20 annorum) deliberatione doctorum et iuristarum conscriptus est quam Codex qui ab anno 1900 Germanicum Imperium regere coepit. Isti Codici coniuncta est lex Introductionis (piae accurate definire studuit quid de variis legibus particularibus retineri posset. Huiusmodi Codicis promulgatio vim quandam in aliis etiam regionibus exercere debuit; quod maxime cernitur in Helvetia. Helvetica enim Foederatio ab ineunte anno 1912 novo Codice civili regitur qui magis quam ius praecedens a Codice Galliae differt; non ita tamen ut proprium ius Helve-

11) Mox tamen gentes istae Codicem Galliae recognoscere et sibi peculiarem conficere studuerunt. Sic in Hollandia, anno 1333, proprius Codex civihs promulgatus est; fundamentalis lex Belgii legislatorem obligat ad novo* Codices conficiendos, quod opus tamen de civili iure nondum perfectum est. Et quemadmodum Hispania et Lusitania civilem Galliae Codicem ad suam indolem aptarunt, ita variae utriusque Gentis coloniae, cum in respublicas autonomas adolevissent, speciales Codices civiles adornare coeperunt. Neque post semel perfectas leges a labore cessatur, ita ut v. g. in Mexicana republica, Codex die 13 dec. 1870, suppressus sit Codice qui a 1 tunii 1881 ibi vigere coepit, et cui rccentior lex de *relationibus familiaribus* ex parte obrogavit.

ricnm a latino separare debeamus. In *Helvetia* autem, praeter Codicem civilem, habetur specialis Codex *obligationum,* consulendus pro contractibus, et qui, in duabus prioribus sectionibus correctus, etiam a I ian. 1912 vim obligandi obtinuit. In *Canaliensi* dominio, provincia Quebecensis proprio Codice *civili* regitur (pii ad Gallicum ius proxime accedit; dum ceterae octo provinciae, etiam in rebus civilibus, iure anglico utuntur.

3. De legibus Angliac et Statuum foederatorum Americae Septemtrionalis, id observandum est. nomine *Common Law,* ibi designari antiquum regimen Anglicum, non scriptis actibus sed consuetudine innixum. Quae lex. in utraque regione, tum statutis positivis, tum iurisprudentia quae aequitatem consultabat fuit saepe obrogata.

Itaque, spectata potissimum legum natura, nomine iuris *Latini* complectimur ius civile Americae latinae, Austriae. Belgii, Canadensis provinciae Quebecensis, Galliae. Helvetiae. Hispaniae, Italiae, Lusitaniae.

Nomine iuris *Germanici,* ius designamus civili Germaniae Codice 190(1 introductum.

Nomine iuris *Anglicani,* ius vigens in Anglia, in octo provinciis dominii Canadensis et in variis partibus Britannici imperii.

Nomine iuris *Americani,* ius U. S. A. si tamen excipias insulas Philippinas et Statam Luisianae quae legibus latinis reguntur.

III. Quod ad contenta huius tractatus, id superest dicendum. Cum quinque, ultima Decalogi praecepta, in sua saltem explicita formula, ad iustitiam pertineant, tractatus noster sub una communi rubrica exhibebit (piae scriptores sub variis titulis de V, de Vil et X praecepto ponere solent. Nam de VI et IX praecepto agimus in brevi Tomo IV; octavo praecepto reservamus specialem locum post hunc tractatum. In ipso autem tractatu breviter proponemus quae interdum de quibusdam statibus laicorum inscribuntur.

IV. Divisio. *Tres autem erunt huius tractatus sectiones :* prima generalibus notionibus deputata; altera.de iuribus et officiis triplicis iustitiae; tertia de iniustitia et conexa restituendi obligatione agens et disserens.

Sectio I.

Generales notiones de virtute iustitiae.

Utilitas maxima in ista brevi sectione inerit, si minus accuratam sed vulgatissimam hiris notionem corrigere, et confusionem qua plures laborant iri distinguendis tribus iustitiae virtutibus dissipare nobis contigerit.

340. — Definitio. Justitia, specialis virtus cardinalis, *virtus est moralis, qua inclinamus ad ius suum cuique reddendum.*

341. — Varia iuris notio. 1. Ius in definitione sumitur *obit-dice·,* idque est *quod alteri tamquam suum competit,* i. e. quod debetur alicui secundum *iura formalia* quae habet ut altera persona coordinata ad eundem finem ultimum.

2. Ius formale seu subiectivum, est *inviolabilis autonomie personae,* seu entis sibi exsistentis, in persequendo tine proprio propter quem existit, *et inviolabilis relatio praevalentiae* seu quasi dominii *in res* quae ad finem seu bonum istius personae destinatae sunt. Indigentia enim personae postulat, et natura rerum patitur ut ad bonum personae quaedam res tamquam media referantur. Quae res, lato sensu intellectae, sunt tum quaedam *substantiae,* tum *actiones* libere a persona faciendae, tum aliorum *praestationes* huic personae qua tali debitae. Autonomiae personae respondet vox *Ego;* destinationi rerum in bonum personae, vox *Meum; mea* tamen quoque dicimus membra, corpus, animam propriam.

3. Porro natura personae et rerum postulat ut inter istas res sint *facultates activae (f)* in finem personae exercendae, quae eodem titulo quo cetera cuiusque personae *sua,* sint moraliter inviolabiles. Non pauci hodie existimant facultate activa inviolabili. quasi prima nota essentiali, ius subiectivum definiri, unde vulgata descriptio, qua *ius subiectivum* describitur: *personae facultas moralis inviolabilis quidpiam habendi, agendi, (‘.rigendi* (pro triplici obiecto iuris). Verum facultates istae non semper sunt in personis quarum res aguntur: plures enim personae (impuberes, personae morales) nequeunt se ipsae in finem dirigere. Insunt

(1) Etenim mea *facultas lubitctiva* alteri *abitetum inviolabile* bene esse potest.

tunc in personis a quibus diriguntur, ut consectaria officii quo personas istas dirigere debent (l).

4. Ius supponit quoque pro *iuris regula,* seu lege; immo pro universo quodam legum systemate: ius naturale, positivum, civile, canonicum; iuris peritus.

5. Immo pro ipso *loco* ubi ius dicitur: comparera in iure.

342. — Triplex specie ius, triplex iustitia. Praeter personas *physicas,* quae (plot sunt *supjntsita rationalia,* tot sunt numero, exsistunt personae *morales,* quae constituuntur personis physicis conspirantibus in unum finem et per illum finem ad unitatem (piandam redactis. Uniusmodi sunt duae, perfecte: *Ecclesia,* (piae ut institutum iuris divini positivi, et *Societas civilis, quae* ut institutum naturale exsistit. Relate ad istas societates, personae physicae, non (pia personae, sed per ea quae habent, sunt *partes,* dum societates sunt totum. Partes autem (pia tales sunt propter totum; et totum rursus est propter bonum partium; quod hic magis verum est. cum Societates istae propter perfectionem personarum physicorum exsistant.

lam vero, si pars est propter totum, id quod est (iure) partis est totius; et similiter, id quod est totius est partium; non immediate tamen, sed mediante iure partium vel totius cuius sunt immediate.

Itaque *ius* esse potest ius *immediatum* et ius *mediatum ;* hoc autem est duplicis rationis; namque mediatum est tum illud ius quod totum habet ad ea (piae sunt partium, tum ius quod partes habent ad ea (piae sunt totius.

Quot autem specie sunt iura, tot sunt *iustitiae.* Est ergo iustitia (pia redditur ius *immediatum :* haec exsistit inter personas quae sunt vel considerantur tamipiam coordinatae seu *aequales,* et vocatur *commutative.* Est etiam iustitia qua redditur ius *mediatum;* haec autem in binas species iterum dividitur. Altera specie partes reddunt quod communitati (pia tali debetur: et est iustitia *generalis* seu *legalis;* altera, communitas reddit quod partibus debet, et est iustitia *distributira.*

(1) Quidam dicunt facultates in Istis personis incapacibus inesse sed ab iis non exerceri. Sane, quando agitur do facultate /Λ/γιΤτλ, distinctio ista inter potentiam et actum bene intellegitur, nec tunc facultas in alio residet. Sed quando facultas tota est moralis, facultas sine exercitio est facultas quae non habetur sed quae haberetur si persona capax foret. Praeterea persona moralis facultates istas numquam exercet; et facultates istac possidentur a quibusdam personis physicis. Dicecnusne facultates istas bis exsistere '

[310-312.]

343. — Ius ordinis publici seu Jurisdictionis, et ius ordinis privati. Facultas moralis inviolabilis, quae inter iura reperitur, et saepe pro ipso iure formali sumitur, alia exsistit propter personas privatas, alia propter Societatem. Posterior haec iuris ratio est ordinis publici et dicitur iurisdictio. Est itaque iurisdictio, *potestas publica regendi Societatem perfectam, seu illam ad bonum commune dirigendi.* Dicitur autem iurisdictio, quia continet facultatem imperandi sociis, propter bonum commune, varios actus virtutum (pii necessariam constituunt cooperationem sociorum ad bonum commune: exercendo talem facultatem *iura dicuntur,* i. e. definiuntur.

344. — Hae sunt proprietates omnis iustitiae: 1. ut sit *ad alterum,* i. e. ut satisfaciat titulo (pii in altero est quatenus est distincta persona ; — 2. ut *faciat quod debet,* non autem cpiod honeste omittere possit. Eius enim formalis honestas est ut exigentiae iuris satisfaciat;—3. ut *debitum reddat ad aequalitatem,* i. e. ut quantum debeat tantum praestet.

Propter primam proprietatem, accurate distinguenda sunt (piae personae coniunctae, v. g. pater et filius sibi debent quatenus sunt coniunctae, et quatenus sunt personae. Priora oflicia, in exemplo allato patris et filii, pertinebunt ad pietatem; sola posteriora regentur vel iustitia tantum vel iustitia concurrente cum pietate. Ac modo magis generali, (piae debeo proximo quatenus est alter ego. pertinent ad caritatem; quatenus est distincta persona, provinciam iustitiae ingrediuntur.

345. — lurium divisio. 1. Spectato *proximo fundamento,* iura alia sunt *absoluta,* i. e. soluta in sua ŏrigini omni speciali personarum',relatione, vel *relativa,* quae in specialibus personarum relationibus fundantur (q.

Spectato *ordine in quo versantur,* iura sunt ordinis *publici* vel *privati.* Publici ordinis sunt iura *politica,* seu iurisdictionis, quae partem dant potestatis publicae; alia dicuntur iura *civilia* vel *pri-*

(x) Potius quam, cum Colin et Capitant, ex personis quibus circumscribuntur, malumus iura ex proximo fundamento suo dividere. Namque omnibus est etiam officium non impediendi exercitium iurium quae ex contractu Titium obligant ad vana praestanda ; et deberemus tertium genus mixtum distinguere; nam iura familiaria patris, mariti, tutoris, ab omnibus observari debent. et simul speciales relationes inducunt inter parentes et filios, inter mantum et uxorem, inter tutorem ac pupillum.

rata. Haec rursus sunt iura *communia* personae et civis in Ecclesia et Statu: iura *publica;* vel iura *familiaria,* quae in familia personas distinguunt; demum iura *patrimonialia.*

Patrimonium est ens rationis quo designatur summa iurium et obligationum (piae pretio aestimari possunt ac proin valorem oeconomicum habent. Haec sunt vel iura *in re,* quae immediatam potestatem dant in aliquam rem, vel iura *crediti* (piae alterius obligationem alliciunt, vel iura *aliquid faciendi;* v. *g.* acceptandi hereditatem, donationem, testandi.

Obligatio correlativa crediti potest esse quidpiam faciendi (operam conferendi), omittendi (non aedificandi, non plantandi) vel solvendi aliquam rem. i. e. efficiendi ut dominium cuiuspiam rei ad creditorem transferatur. Creditor tunc dicitur habere *iux ad rem.*

De his cfr. Colin ot Capitant, I, p. 101-106; Pacifici-Mazzoni, II. n. 1-6. Perspicitur igitur divisionem iuris in ius in re et ius ad rem, etiam si ad iura mero patrimonialia attendas, minime esse adaequatam, quamvis sit valde utilis. Comparata inter se, *ius in re* habet terminationem immediatam in res; *ius ad rem,* terminationem immediatam ad actionem alienam per quam' res iiat mea. Per ins in re servo quod iam est meum, per ius ad rem, exigo ab altero ut tiat mea, ac proin acquiro. Quare ius ad rem dicitur *ius personale* seu *creditum.* Quod meum est, semper iam est corpore determinatum et in individuo demonstrari potest; quod mihi debetur potest esse res genere tantum determinata: v. g. 100 kil. frumenti, 5000 libellarum. Qui habet ius in re, per se omnes alios excludit, cum nomine concurrit, rem ubique vindicat tamquam suam, actione quae dicitur *in ren ;* qui habet ius ad rem. eam per actionem tantum pt*rsonah m* ab eo qui debet exigere potest, nec qui prior creditor est posterioribus necessario praefertur.

3. Spectata *perfectione dominii,* alia sunt *alienabitia,* alia *inalienabilia.* Alienatio efficit ut itis ad alium transeat vel exstinguatur; atque apprime distinguenda est a non usu iuris. vel a non oppositione iuris. Qui ius habet potest semper valide per suum consensu in efficere ut nota iniustitiae contra ipsum, ab actu alterius etiam illicito auferatur, ita ut semper valeat istud: «Consentienti non Iit iniuria ». Verum, si ius est inalienabile, consensus iste semper valide revocatur, ita ut nota iniuriae restituatur.

SUMMARIUM.

346. — I. *laetitia,* specialis virtus cardinalis, *virtue eet moralis qua flectimur ad ius suum cuique reddendum.* In qua definitione ius sumitur *obiectiee,* seu significat quod altori debetur propter aliquod eius ius *formale.*

II. *lus formale* sen snbiectivum est *inviolabili# autonomia personae in persecution finis sui, et inviolabilis relatio praevalentiae seu dominatus in res quae, ad bonum istius personae sunt ordinatae.* Ros istae esse possunt *substantiae* (quas homo *suas* dicit), actiones libere a persona faciendae, et aliorum praestationes ; atque etiam facultates activae exercendae in finem personae. Inde magis vulgata sed minus accurata iuris descriptione, ius siibiecti vum dicitur personae *facultas moralis inviolabilis habendi, agendi, eri·pendi.*

Nomine iuris *obiectivi* venit quoque regula iuris seu lex; immo universum legum systema seu complexu#: ius naturale, civile, iuris peritus; ct ipse *locus* ubi ius dicitur: comparera in iure.

III. In ordine praesenti, personae physicae, seu supposita rationalia huius mundi, actu pertinent seu pertinere debent vel possunt tamquam partes ad duas societates (personas morales) perfectas: Ecclesiam et aliquam societatem civilem. Partes autem, qua talos, sunt propter totum, salva tamen, in casu, dignitate personali ; et totum rursus est propter partes. Inde ea quae sunt partis sunt etiam totius, ct quidem ratione partium; et ea cpiae sunt totius sunt etiam partium, ratione totius. I. e. partes sunt propter totum cum iuribus quae habent, et similiter totum est propter partes cum iuribus quae possidet. Ergo ea quae immediate sunt partium vel totius sunt mediate (quia sunt partium vel totius) totius vel partium.

Ita tit ut ius esse possit *immediatum* et *mediatum ;* ius mediatum autem sit duplicis rationis: ius quod totum habet ad ea (piae sunt partium et ius quod partes habent ad ea quae sunt totius.

Quot autem iura, tot sunt iustitiae. Est ergo iustitia (piae reddit ius immediatum, inter personas quae sunt vel considerantur ut coordinatae seu aequales: vocatur *commutatira ;* est iustitia (piae reddit ius mediatum communitatis: iustitia *generalis* seu *legalis;* et iustitia (piae, in communitate residens, reddit ius mediatum partium: iustitia *distributiva.*

IV. Quod communitati qua tali debetur exigitur iure (sumpto pro activa facultate) ordinis *publici,* quod dicitur *iurisdictio.* Haec est *potestas publica regendi societatem seu illam ad bonum commune dirigendi.*

V. Omnis iustitia est *ad alterum:* satisfaciens titulo (pii in altero est ut est distincta persona ; facit *quod debet,* satisfaciens exigentiae iuris, ita ut eius actus sint omnes proprie necessarii; debitum *adaequat:* quantum debeat tantum praestat, nec plus nec minus.

VI. *Invium divisio.* 1. Spectato proximo fundamento suo, alia iura sunt *relativa,* alia *absoluta,* prout vel non in speciali personarum relatione fundantur.

2. Spectato *ordine* in (pio versantur, sunt ordinis *publici:* politica seu iurisdictionis, vel ordinis *privati:* iura privata seu civilia, sive communem condicionem civium in Ecclesia vel Statu definiunt, ut iura *publica* sive propriam in familia: *familiaria ;* sive propriam oeconomicam afficiant: *patrimonialia.* Complexus iurium et obligationum istius ordinis vocatur *patrimonium.*

Patrimonialia sunt vel iura *in re,* quae immediatam potestatem in aliquam rem conferunt; vol iura *faciendi,* et iura *crediti:* haec alterum obligant ad aliquid faciendum vel omittendum, vel ad transferendum alicuius rei dominium, quo casu creditor *in» ad rem* habere dicitur. Iu» in re actione *in rem,* ius ad rem, actione in *pereonam (condictione)* contra debitorem protegitur, et potioro alterius iure, v. g. in ipsa re, elidi potest.

3. Spectata *perfectione dominii,* alia iura sunt *alienabilia,* alia *inalienabitia.* Alienatio, quae ius transfert, a mero non usu vel non oppositione iuris. quae locum dat proverbio: «Consentienti non fit iniuria », apprime distinguenda est.

Sectio II.

Officia triplicis virtutis iustitiae.

TITULUS I.

Officia iustitiae legalis et distributivae.

Utilitas. — Pauca quae hic tradimus notiones iustitiae legalis et dietributivne magis explicant; eimulque gravem quaestionem attingunt de legum, praesertim civilium, vi et obligatione.

CAPUT I.

Officia iustitiae legalis.

347. — Definitio. Iustitia legalis, (piae redditur societati (pia taü. *cires propensos efficit ad actus istos faciendos qui. sire necessitate communi, sire e.v usu iurisdictionis, propter bonum commune debentur.*— Actus isti sunt formaliter honesti; namque actus indifferentes, (pia tales, ad bonum commune non conducunt. Sunt autem actus variarum virtutum. Et inde iustitia legalis dicitur *generalis,* quia non habet materiam specialem cui, sicut castitas, caritas, primam honestatem tribuat; sed actus, qui iam aliunde honesti, vel adeo praecepti sunt, exercet ut debitos propter bonum commune.

('ives, in quibus ut in subiecto virtus inest, alii sunt *principes,* seu potestatem publicam exercentes, alii sunt *subditi.* Principes, (pia tales, iustitia legalis disponit ad bonas leges faciendas,

unde *architectonice* in iis inesse dicitur, vel ad bene administrandam rem publicani. Subditos, quà tales, disponit ad instas leges bene servandas. Inde, cum plerique iustitiae legalis actus lege imperati sint, nomen iustitiae legalis mutuatur. Inde simul perspicitur cur, pro varia materia, quae praecipitur, actus jurisdictione praeceptus ad varias virtutes pertineat, ita ut colat temperantiam, fidèlis qui ieiunium ecclesiasticum observat, et peccet contra religionem, catholicus qui die dominica opus servile peragit. Bonas autem leges condere, bene administrare rem publicam vel Ecclesiam est rectoribus officium iustitiae commutativae.

Ad pietatem vel ad alias virtutes spectant varii boni actus ipios cives intuitu boni communis *libere* faciunt. Id non paucos hodie fugit scriptores, (pii actus istos honestos ad iustitiam legalem confuse ascribunt.

348. — Quaeres de vi legis positivae. Tam canonica quam civilis lex humana positiva, plura de actionibus et rebus subditorum. propter bonum commune, efficaciter disponere potest. Plura etiam, non ita lege divina, naturali vel positiva, terminata sunt ut mutilis hominum relationibus sufficere queant; sed magis definienda et ad praesentes societatis utilitates accommodanda sunt: regimen matrimoniale, hereditates, testamenta.

Potest lex positiva, ad protegendas personas infirmiores, easdem incapaces firmae obligationis facere; certas pactiones, intuitu boni communis, nullas reddere; gravioribus actibus iuridicis, ad praecavendas abusiones et dubietates, certas servandas sollemnitates imponere; propter bonum commune, iura creare, exstinguere; ad pactionum condiciones, novas addere. Variis istis decretis, legislator humanus conscientiam ligare *potest.* lam quaeritur, quousque eam ligare voluerit.

Attendenda in primis sunt *verba* legis, si fuerint *clara ;* et pro conscientiae obligatione respondendum est, si conscientiam formaliter appellent, vel, ex rationabili legis interpretatione, ad (piam legislatores suam mentem accommodasse censentur, conscientiae obligatio colligatur. Interpretatio ista cum tempore et adiunctis variare potest. Accedit hic vis cuiuspiam consuetudinis.

Hodie, inter leges ecclesiasticas et civiles apprime distinguendum est. Leges ecclesiasticae, ut I, 253, observavimus, per

se conscientiam obligant, ita ut praesumptio sit pro obligatione. Contra vero in nostris legibus civilibus dicendum est.

Hodie enim, in nostris legibus civilibus, pro minima conscientiae obligatione potius respondendum esse videtur: id suadet ipsum bonum commune, ut cives magis aequali loco sint coram lege; et professio indifferentiae religiosae multorum legislatorum demonstrat talem legislatoris mentem fuisse. Accedit quoque, magis hodie vigilans et fortis actio fori exterioris, quae id efficit ut legislator exteriore coactione facilius contentus esse possit.

Itaque non pauci scriptores, quibus assentimur, hanc *regulmn* statuunt. *In materia iustitiae, leges civiles conscientiam obligant, quantum satis est ut ordini publico et communi paci sit consultum.* Quare obligabunt conscientiam: *a)* leges iustae post definitionem indicis (pia res cuipiam adiudicatur: *b)* ante indicis sententiam, leges quae silentem legem naturalem suis definitionibus complent. — Verum, si casus iure naturae solvi potest, et conflictus inter titulum naturalem (puta occupationem) et civilem habetur, res, usque ad indicis sententiam, ex titulo naturali servari posse videtur (1). Et duplex istud critérium proponi potest: obligant conscientiam leges quae iura realia immediate definiunt, saltem cum definitio est necessaria: post vero indicis sententiam, leges (piae civibus actus quosdam immediate praecipiunt. Cfr. Van Gestel, *De iustitia et lege,* pp. 141. 203. 224. 225.

Quam diu men de privatis relationibus patrimonialibus agitur, ne quidem ratio boni communis, seu affectus ad patriam excitat cives ut, ultra quam conscientia iubet, leges istas exsequantur.

De obligatione legum (piae tributa imponunt, agemus infra, ubi de iniustitia.

SUMMARIUM.

349. — Iustitia *legalis* varios actus virtutum propter bonum commune imperat. Quia autem actus isti iam sunt secundum se aliunde honesti, et ad omnes virtutes (saltem morales) pertinent, est virtus *generalis,* speciali ma-(i)

(i) Haec formula tamen potius nostra est· Saepe, ex principio quod nobiscum commune habent colligunt, in omnibus legibus quae *iura rtalia* immediate et honeste definiunt vim ligandi conscientiam per so inessc, dum conscientiam minus immediate tenent leges quae *eMigations* imponunt. Verum alii, teste ip«o R. P. Cobnbmssk, II, 10, 3° magis ad necessaria banc vim restringunt.

teria carens et in omnium virtutum materia imperans. Dicitur *legali»,* quia, excepta manifesta necessitate boni communis, lex actus eius delinit.

Principes, qua tales, institia legalis disponit ad implendum sunni of· licium iustitiae commutativae faciendi bonas loges, bene administrandi rem- publicani. Quare, in istis architectonico inesse dicitur.

Quousque lex humana, quae conscientiam directe obligare potest, eam in materia iustitiae *obligare voluerit:* id in primis communi legis interpretatione doceri possumus. Hodie autem, secundum probatos auctores, leges civiles conscientiam directe obligant tantum quantum satis sit ut ordini publico et communi paci sit consultum. Ergo conscientiam obligant leges iustae, post sententiam indicis qua res alicui adindicatur: ne perpetuus sit conflictus fori exterioris et fori conscientiae; et etiam ante sententiam, leges quae silentem legem naturalem supplent : no iura et bona maneant in incerto.

CAPUT II.

Officia iustitiae distributivae.

350.— lustitia distributive *aequa proportione, (piae pro natura rerum et ipsius Societatis variat, quantum id sinat bonum commune, bona directe, et indirecte onera communia inter cires partitur.* Per eam, hoc modo Societas reddit membris suis quod ipsis, qua talibus, debetur.

1. Proportionem servandam dicimus *quantum id sinat bonum commune,* «plia res de quibus agitur communitati in primis destinatae sunt, et proin. salva tantum ista destinatione, ad privatos pervenire possunt. lustitia distributive igitur est iustitiae legali «piodam modo subordinate, ita ut ipsam inaequalitatem «piam bonum commune postulaverit, cives tolerare non raro debeant.

2. Porro, cum sola bona sint per se appetibilia, per solam *bonorum* distributionem. Societas *directe* reddit membris «piod ipsis debet. Indirecte tamen prodest non nimis onerari; atque ita ipsa aequa onerum distributio institia distributive imperatur.

Immo, cum potestas publica propter solum bonum commune cives bonis suis privare possit, iniqua onerum distributio ipsam iustitiam commutativam offenderet.

Regulas materiales variare diximus pro varia societate. In societate enim regiminis autocratie!, fieri potest ut omnes functiones publicae censeantur esse penes monarchain, qui proin eas per personas idoneas, sed sibi acceptas

exercere legitime potest ; in societate aristocratie», ratio aequae distributionis erit ad privilegia accommodanda. In nostris autem societatibus, cives sunt iure aequales, et munera publica sunt inter bona communia reponenda. Haec igitur, non secundum politicas partes ad quas cives pertineant, sed secundum titulum qui in ipsis insit partienda erunt.

Titulii ipse secundum bonorum naturam variabit. Inde: *a)* si bona, ut munera publica, etiam postquam uni addicta fuerint, principalem, ad commune bonum, relationem retineant, semper debebunt in primis intuitu rei publicae conferri. Ea ergo omnia in ambientibus munera erunt observanda quae meliorem muneris procurationem sperare permittunt, et, ceteris paribus, ratio meritorum habenda erit, «pria munera simul aliquam praemii rationem poesident; *b)* si, circa quasdam utilitates merito e communitate speratas, omnes cives eadem necessitate specie, etsi forte non eodem gradu, premuntur, v. g. si agitur de. tutanda qnieta iurium et bonorum possessione, haec, pro qnanlitate bonorum et iurium quae periculo sunt obnoxia, erit omnibus aeque praestanda, nisi tamen peculiaris quornndam necessitas maiorem sollicitndinem imponat ; *c)* media quibus nimia miseria propulsatur erunt magis infligentibus; et media quibus artes et scientia promoventur erunt magis merentibus procuranda.

SUMMARIUM.

351. — lustitia *dintributira* aequabili proportione communia bona directe, indirecte communia onera inter cives partitur.

Quia bona distribuit communia, quae prima destinatione communitati inservire debent, aequalitas ista servanda est quantum bonum commune id sinat. Inter ista bona hodie etiam munera publica computanda sunt, quae proin, non secundum partes ad quas cives pertinent, sed, salvo bono communi, secundum titulum qui in civibus inest, conferenda sunt.

TITULUS II.

Officia iustitiae commutativae.

Ordo dicendi.—Cum oflicia ista huc spectent ut suum cuique ius reddatur, eorum explicatio iurium explicatione continetur et finitur. Ordo dicendi is erit ut successive agamus do iuribus quae distinguenda sint; — do iurium subiecto; — do iurium obiecto; — de modis acquirendi iura, ingenero; — de modis originariis; — de modis derivatis acquirendi iura per contractum, per munus commissum aut admissum; per hereditatem et testanientum; per altering delictum vel qnasi-deliotum.

[350. 351.1

Utilitas. — Ex titulo isto theologus hunc fructum potissimum colligere debet, ut varios actus et titulos iuridicos satis cognoscat, ad casus qui proponuntur saltem intellegendos, non dico, ad eos sine periti iuris subsidio solvendos, et ut simul, obtenta fori exterioris solutione, noverit quousque solutio ista efficax sit in conscientia, et coniunctas morales obligationes recte aestimare queat.

CAPUT I.

De vario iuris Dominio et Possessione.

Articulus I. — De vario Dominio.

352. — Omnia iura, ut ipsa iuris ratio demonstrat, attento *obiecto,* aliquod *dominium,* plus vel minus perfectum, interunt; et a dominio *iurisdictionis,* de quo supra egimus, distinguitur dominium *proprietatis,* quod immediate, quamvis non exclusive, propter utilitatem habentis exsistit et exercetur. Hoc solum, in hoc titulo consideramus. Attento rursus *subiecto.* potest esse dominium *singulare* seu unius personae, vel plurium condominium.

T. — *De Dominio perfecto et imperfecto.*

353. — Divisio ex iuris amplitudine. Dominium *plenum* seu *perfectum* est ius disponendi in proprium commodum de rei substantia et utilitate. Huic opponitur dominium *imperfectum,* quod, in iure romano et pluribus iuribus inde derivatis, in *directum, nudum,* vel etiam *radicale,* et in *utile* seu *indirectum* distinguitur. Prius ius percipiendi utilitatem excludit et dicitur *directum,* quia substantiam immediate aflicit; *nudum,* quia est titulus sine usu et fructu; *radicale,* quia fontem seu radicem utilitatum et fructuum spectat. Alterum solam utilitatem complectitur, et dicitur *utile,* (plia commoda dat dominii, *indirectum,* quia tantum ratione fructuum vel utilitatis ipsum fundum domino utilitatis subordinate Dominium utile plus vel minus amplum exsistere potest; et sic, cum agitur de rebus exterioribus, exsistunt varia iura quae variis nominibus appellantur et a dominio perfecto quasi distracta seu dismembrata sunt.

In iure *latino* et *gcrmauico* numerantur, ut iura quae per ho subsistunt, *ususfructus, usus, habitatio, territus, superficies, emphyteusis;* ut iura

quae obligationem principalem supponunt eique accedunt: *pignus, antichresis, pririlc</ium, hypotheca.*

Ius *amcrieanum* et *anglieum* multae rationes quibus fructus vel utilitates a dominio rei separari possunt minime ignorat; sed nomina propria iurium in re subsistentium (seu principalium) usurpare non solet.

In iure anglico dominium *imperfectum,* generica voce *entait* designatur; et iam imperfectum censetur propter mere nominalem dependentiam a re publica, in qua omnis privatus proprietarius rei immobilis versari censetur. Multiplex autem distinguitur *estate* in res immobiles (in things real) : *in fit simple,* cum ius ab habente ad *omnes* heredes, in perpetuum transit; *in fet tail,* cum ius ab habente ad descendentes heredes *naturales* in perpetuum transit; /or *life,* quando vita vel domini, vel alterius, vel etiam plurium, finitur; *for peart,* cum ad determinatam epocham (ad mensem vel ad mille annos) exsistit; *at will,* eum ad arbitrium *landlord* (locatoris) vel *tenant* (occupantis) finiri potest ; *estate on sufferance,* quando, post iuris finem, occupans, quasi ex tolerantia domini, agro uti vel frui pergit. Tria priora vocantur *freehold estates,* quando eorum possessor nihil cive libero indignum praestare debet; alia dicuntur *less than freehold.*

Saepe tamen vox *estate* designat proprietatem pleno sensu, ac practice *reehold estates* a proprietate non differunt.

Distinguitur autem *real property,* quae est in *res immobiles (things real* seu *realty)* concessas ad tempus non definitum, i. e. in perpetuum vel v. g. ad vitam; et *personal property,* quae afticit res mobiles *(things personal)* vel etiam immobiles sed ad tempus definitum concessas. *Things real* sunt omnes res immobiles et conexa iura : ut ius census ex agris, ius habendi viam per alterius agrum; immo dignitas «paris» *(peerage),* officium indicis.

354. — I. Dominium perfectum est *plenum ius proprietatis.* Quare domino permittit, sola considerata iustitia. «) usum pro labitu, etiam illum qui per accidens proximo noceat, dummodo usus lege prohibitus ne sit; &) exclusionem aliorum ; c) rei dispositionem. T. e. ius istud est ius exclusive utendi et abutendi (qua voce facultas disponendi seu mutandi substantiam iuridice desi gnatür).

355. — Dominium tamen istud subiacet alto dominio seu iurisdictioni societatis perfectae. Haec, intuitu boni communis, exercitium iuris proprietatis ordinare et moderari potest: immo subditum rebus suis privare, dummodo: u) fiat quantum necessitas promovendi boni communis id exigat ; />) servetur iustitiae aequalitas, et proin ut damnum subdito illatum ex bonis communibus compenset. Namque, ut diximus, iustitia ista, in oneribus partiendis, facile evadit e.ommutativa.

Approbari itaque nequit lex quae civi cui aufert dominium ratam tantum partem valoris addicat; dum, contra, profectus justitiae agnoscendus est in conatu quo, post immane bellum, inter omnes cives partiri studuerunt qnorundam peculiaria damna occasione belli illata.

356. — IJ. 1. Ususfructus est iw.s· *utendi et fruendi rebus alienis, salva earum substantia.*

2. Fructuarius omnes fructus suos facere potest. Fructus autem est « quidquid e re nasci et renasci solet ». *Fructus* alii sunt *naturales,* alii *civiles.* Paulo latiore usu hoc nomine venit quoque quod ex venis carboniferis etc. regulariter extrahitur.

Xaturales vere ex re producuntur: sive sola natura, et tunc dicuntur simpliciter *naturales,* sive coniuncta hominum industria, et tunc sunt *industriales* seu potius *mixti.* Namque industriale proprie dicitur quod totum industriae debetur.

Civiles non ex ipso corpore rei nascuntur, sed consistunt potissimum in pecunia quae, ex contractu circa rem. constanter, post singula intervalla, solvenda est: puta pretium annuum locatae domus (2).

3. Fructus naturales *acquiruntur perceptione* vel *separatione* (haec, in casu non distinguuntur); civiles *de die in diem* acquiri censentur, ita ut. si ususfructus in medio anno finem habuerit, pensio pro media parte ad dominum, et ad fructuarium pertineat.

Fructus *pendentes* initio et in fine ususfructus, puta segetes maturas sed nondum sectas, mutua vice ad fructuarium et ad dominum pertinent.

Quid nomino fructus *intellegatur,* aliter alio inre definiri potest. «Thesaurus » tamen inter fructus reponi non consuevit.

Haec generaliter dici possunt. Variae tamen leges consuli debent. Sic ius *anglicum* et *U. 8. A.* nomine ususfructus abstinent, quamvis rem non ignorent « *right to the "fructus ,, from property belonging to another* ». Codex *tier nt an iae,* contra, de usufructu fuse agit art. 1030-1089, distinguens usunifrnctnin rerum, iurium, patrimonii.

Debetne fructuarius initio iuris compensare expensas factas pro fructibus quos colliget; potestne in fine exigere compensationem expensarum fructuum quos non acquirit: ius *Austriacum,*

(1) Ita C. Gall., art. 58?.

(2) Codex *Germaniae* has distinctiones omittens, potius distinguit (art. 99) fructus *rei* et 'ructus *iurh ;* fructus qui ex re vel iure secundum suam destinationem oriuntur et fructus qui tribuendi sunt relationi cuipiam iuridicae.

('anadense Q.. Hispanicum expensas culturae concedit, dum hire *Amerieae latinae, Belgii, Galliae, Hollandiae, Germaniae,* nihil ipsi solvendum est: quod, ut parum aequum, etiam a jurisperitis carpitur, v. g. a Colin et CAPITANT, *Cours de droit ciril français.* I. p. 803.

4. Ususfructus per se constitui non potest nisi in res quae primo usu non consumuntur. In alias tamen, puta in oleum, vinum, admittitur quasi ususfructus seu ususfructus latius dictus. — Eo finito, quid restituendum sit, paulo aliter quam a Codice gallico, a Codice italien (art. 483) definitur. Si res non primo sed lento usu consumuntur (puta vestes, mobilia), sufficit ut res reddatur in statu in quo, sine dolo vel culpa fructuarii, finito usufructu, reperiuntur (art. 484 Cod. it.).

Plura cfr. leges civiles.

357. — III. Usus et habitatio. lure romano. iure canonico (ante Codicem), et quibusdam legibus hodiernis ut *Austriaea* (art. 504-508. 521), *Belgica. Gallica* (art. 025-635), *Germanica* (art. 1000-1003), *Italica* (art. 476. 521-530), rei publicae *Argentina#* (art. 2537), designatur nomine usus et habitationis, ius reale habitandi domum alienam vel percipiendi ex agro alieno utilitatem circumscriptam necessitate propria et familiae utentis vel habitantis. — Possunt quoque, cum usu fructu, generali nomine *servitutum personaliiim* designari.

358. — IV. Servitus est *onus quoddam reale rei immobili inhaerens in gratiam rei determinatae personae rei alterius fundi.* — Haec est servitus *passiva,* dum ius inde natum est servitus *actira.*

Divisio. 1. *Servitus personalis* ea est quae in utilitatem definitae personae constituitur; et non nullas, in pluribus legibus, nomine proprio designari (ususfructus, etc.) modo vidimus. Servitus realis, seu *praediorum* in utilitatem rei immobilis exsistit. Sic, praeter personalem usus servitutem. varii rei immobilis usus in utilitatem alterius fundi (seu eius proprietarii) constitui possunt, idque lege vel pactione. Singuli huiusmodi usus erunt quaedam servitutis realis ratio. In servitute reali distinguitur fundus *serrions,* cui onus imponitur, et fundus *dominans:* huius est velati qualitas (piae separatim exsistere non potest.

3. Kealis servitus dicitur *urbana* vel *rustica,* prout in utilitatem praedii urbani, h. e. aedilicii, constituitur, vel aedificiis non inhaeret. Divisio ista e Cod. ital. exsulat.

Est *continua* vel *non continua,* prout causam habet perpetuam: servitus prospectus, aquaeductus; vel, quia actione humana exercenda est, per intervalla servit: servitus itineris.

Est *apparens* vel *non apparens,* prout signo exteriore manifestatur ve! non.

Est *affirmativa,* quae activum ius dat quidpiam agendi, v. g. transeundi per alienum praedium; *negativa,* quae mere prohibet: v. g. ne alter altius aedificet. Observes, servitutem in faciendo consistere non posse, i. e. servitus neminem ad actum positivum obligat, sed mere ad tolerandum vel non faciendum.

Factae distinctiones attendendae sunt in modis acquirendi, exercendi et exstinguendi servitutes.

Servitutes *legales* ipsa lege imponuntur ut ius proprietatis, praesertim inter vicinos, prudenter ordinetur.

359. — V. In quibusdam legibus agnoscitur ut ius distinctum in re aliena, superficies, quo *quis dominium habet vel omnium* (superficies *completa) vel saltem quarundam rerum* (superficies *incompleta} quae in fundo alieno aedificantur vel plantantur.*

In *Belgio* ius regitur loge peculiari 10 ian. 1821, quae ius quinquaginta annis circumscribit. Do hire illo speciali silent Codices *Argenlinae* rei publicae, *Galliae* et *Italiae,* quamvis Codex Galliae art. 552. 553. 661; Italiae art. 140. 118. 562, de dominio rerum quae infra solum vel in superficie exsistunt agere non omittant. Ius istud tunc variis dubiis et controversiis locum dat, de quibus iurisperiti adeundi sunt. — De superficie Codex *Germaniae* agit art. 1012-1027.

360. — VI. Emphyteusis est *ius in re aliena, quo quis re ista plene frui potest, ea lege ut aliquid* (nummos vel alias species) *domino quotannis soleat, saltem in agnitionem dominii.* Quod solvendum est, *canon* appellatur.

In hire *italico,* art. 1556, obligatio meliorandi fundum in descriptione emphytlieusis ponitur, quamvis, exceptis paucis dispositionibus art. 1562. 1563. 1564, plena libertas paciscendi de mutuis iuribus concedatur. In hire *Germanico,* nomine *Erbpacht,* ut ius quorundam Statuum, art. 63 legis introductoriae Codicis nominatur et admittitur Quaedam leges, sicut Codex *Ilollandiae, Italiae,* admittunt nt in perpetuum constituatur; sed lex Italiae ius istud perpetuum, essentialiter redimibile efficit, soluto capitali quod canoni respondeat. In *Belgio,* vi legis 10 ian. 1824, tempus eius minimum est 27, maximum 99 annorum. Nec leges *U. S. A.* permittunt perpetuam agri locationem; sed tempus maximum vario modo definiunt.

Codex .-*liistriacus,* art. l 122 88. distinguit *locationim-conduciioncm hereditariam,* pro insto pretio, *emphytheusim,* pro qua *canon,* longe infra instam protium solvitur, et *censum fundiarium,* qui ab eo qui titulo hereditario fruitur *superficie* solvitur domino fundi qui simul iis fruitnr quae infra solnin sunt. Do iuro illo plures Codices, v. *g. Galliae,* silent, sed lex 25 iun. 1902 omphyteusim ut ius in re agnoscit, eique minimum tempus IX annorum, maximum vero 99 annorum assignat.

361. — Feudum, quatenus adhuc in *Anglia* et *Germania* exsistat, designat ius reale, perpetuum et hereditarium in re aliena frugifera, cum adiuncta obligatione feudatarii (seu vassalli) exhibendo domino directo obsequium et fidelitatem. Art. 59 legis introductoriae Codicis *Germaniae,* leges Statuum de fendis confirmantur.

362. — VII. De iuribus accessoriis. 1. *Generalia.* Quaedam iura mere ad firmandam exsecutionem obligationis principalis exsistunt, ita ut cum hac corruant: «accessorium sequitur principale ».

Omnis debitor obligat suum *patrimonium,* i. e. universitatem rerum mobilium vel immobilium quibus constat vel constabit. Sed haec obligatio nullam alienationem impedit, nullum confert ius in re, et omnibus creditoribus idem commodum offert.

Nec specialia dicenda sunt de facultate (piam lex interdum concedit retinendi certas res alterius donec is quibusdam debitis cum ista re conexis satisfecerit.

Verum quaedam indicanda sunt de *pignore* et *antichresi,* de *privilegio* (exigendi) et de *hypotheca.*

363. — 2. De pignore et hypotheca. Pignus designat tum *speciale ius* quod creditori obtingit in rem oppignoratam. tum ipsum *iuris* istius *obiectum,* tum *contractum* (pio constituitur. Ius autem speciale huc spectat, *ut creditor rei possessionem obtineat* quam Codex *Germaniae* vocat *indirectam, ac dein, sire per venditionem, sire per rei acquisitionem, sibi ante alios creditores satisfaciat.*

Pignore proprie dicto, res formaliter vel aequivalenter creditori possidenda traditur. Quare, per se non constituitur nisi in res *mobiles* et in titulos *(talares)* (pii iura repraesentant.

Sic differt ab hypotheca, quo nomine intellegimus *ius in re immobili aliena, quo haec, pro re principaliter debita, creditori*

specialiter obligatur, ut ante alios ipsi e pretio rei satisfiat. Etiam mutato possessore, res obligata manet.

Triplex autem distinguitur hypotheca, pro fonte eius proximo, qui est *lex* in hypotheca *legali,* decretum *indicis,* in *indiciali, pactio* in *conventionali.* Non omnia tamen iura hypothecam iudicialem ut formaliter talem admittunt.

De conventionali haec potissimum observanda sunt : *pactio* seu constitutio, quae plerumque fieri debet actu authentico seu coram notario; *piddicitas.* qua cavetur ut inscripta in tabulis ab omnibus quorum interest cognosci possit; *tempus* per quod servatur: nisi enim post definitum annorum numerum renovetur, ex ofiicio deletur inscriptio, et creditor saltem ordinem suum amittit; *ordo* hypothecarum, eum res immobilis pluribus creditoribus oppignerari possit. Sed qui primus ordine venit, seu qui *primani* hypothecam habere dicitur, priusquam alii obtinet quod interest; qui secundam habet tertium praecedit, et ita porro. Demum, in pluribus legibus conventionalis hypotheca debet esse *specialis,* quatenus definiantur accurate bona obligata et obligationes quibus tuendis deputata sunt.

Sicut autem pignoris constitutio ita concipi potest ut creditori transferatur ipsum rei dominium donec solutionem debiti principalis obtinuerit, sic. rursus, nihil repugnat quin res, etiam mobilis, sine traditione, securitati cuiuspiam obligationis affectetur. UeuB isto fieri potest v. g. crediti inscripti in Codice debitorum Status *(grand Livre de la dette publique),* Ac pleraequc hodiernae leges varias huiusmodi securitatis formas agnoscunt: tunc autem sollemnitatem cuiuspiam inscriptionis in publicis tabulis exigere solent, ut sine tertiorum praeiudicio ius exerceri possit. Pignus sic intellectum vix aliter atque obiecto, quod mobile est, ab hypotheca differt.

A pignore communi distingui quoque consuevit pignus *in re commerciali,* quod minore sollemnitate (v. g. sola traditione sine comitante scriptura) constituitur, et ius magis expeditum obtinendi solutionem confert.

Per se, creditor re oppignerata uti frui vetatur. Contrarium tamen expresse vel tacite convenire potest, ita ut creditor utilitatem et fructus percipere possit prius ad compensandos sumptus et usuras, dein ad exstinguendum debitum principale.

Leges quae modum definiunt quo creditor pignus verniore vel sibi acquirere possit, et quasdam clausulas prohibent, debitorem ab abusionibus, maxime « usurariorum » protegere conantur.

N. B. Hodie non tantum propter aes alienum vel definitas privatorum obligationes fiunt pignora et conceduntur hypothecae, sed etiam phires officiales, publici aut privati, qui magnas pecu-

nias gerendas habent, securitatem dare debent de rebus quae ipsis imputari possunt. Quod plerumque iit depositis « titulis » in argentaria vel simili pignore; interdum etiam constituta hypotheca, quae *crediti hypotheca* vocatur.

364. — Variae leges civiles de his iuribus. I. *Tux latinum.* Iure *italico* (art. 1878-1890) *gallico* et *belgico* (art. 2071-2084), *(luxtriaco* (art. 451. 1368); *helvetico* (art. 884 c. civ.); *hollandico* (art. 1198) pignus solis verbis constitui non potest, sed traditio rei est necessaria; pignus dat creditori privilegium vi cuius per sententiam indicis, vel rem acquirat, soluto quantum eius valor debitum exsuperet, vel ex pretio venditionis sub hasta, ante alios solutionem obtineat (').

IIapotheca affici possunt in iuro italico, bona immobilia, eorumquo uaus fructus, iura omphytoutica, tituli obligationum Status (art. 1967). Ubique hodie exigitur ut de hypotheca *publice conxtet.* Quare iure *italico, belgico, gallico* inscribenda est apud officialem cui nomen *« coneerratorix hypothecarum* ». Et post certum tempus (ante elapsos 30 annos in Italia, ante 15 annos in Belgio, ante 10 annos in Gallia) renovanda est.

Inter plures creditores qui ius habent hypothecae, aliis prius inscripti praeferuntur. In iuro *italico* (art. 2008), id cavetur ut qui documentum simul tempore praesentent, sub uno inscriptionis numero ponantur. Dum in iure *belgico* et *gallico,* a *die* inscriptionis aestimantur, ita ut tempore pares sint qui eadem die inscriptionem obtinuerint. In *canadenxi Q.* et *hollandico* ab *inscriptione* ordinem sortiuntur ; excepta in Canadensi, hypotheca qua cavetur stipendiis quae mutuis societatibus assecurationis contra incendium debentur. Hypotheca per instrumentum authenticum (coram notario) constituenda est, et conventionalis obnoxia est logi « specialitatis », i. e. tum creditum cui securitatem praebet, tum bona quae securitatem dant debent esse in individuo definita. Possessor gravati fundi illud alienare potest, non autem rem in praeiudicium creditorum facere deteriorem. His competit ius « sequendi » *(droit de nuite)* rem hypotheca affectam, nisi novus dominus velit, facta solutione debiti, eam onero liberaro.

Ius *hixpanicum, limitamini* et *.Inicrieai latinat* est simile; in iure tamen rei publicae *.Irgentinae* attendenda est lex specialis (n. 9661) quae pignus agrarium *(premia agraria)* instituit in machinas, et instrumenta agriculturae, in animalia et mobilia colendis agris addicta, in fructus etiam(*)

(*) hire *italico,* affinis pignori ost coacta *pignoratio ı/içnora/nrntoi* qua, postulante creditore. res mobilis et etiam messis debitoris in mora, auctoritate publica venduntur ad debita exstinguenda. Verum pignoratio nulli creditori privilegium confert quo aliis praeferatur. Gallice id dicitur *saitie* et pignoratio messis vocatur *taitie-braudoH.*

[364.]

fodinarum. Debitor lit quasi depositarius rei oppignoratae nomine creditoris. Contractus iste scriptura authentica vel etiam privata constitui potest, sed nisi in tabulis publicis inscribatur, nullos effectus habet quod ad tertios.

Codice *austriaoo pignus* ut vox generic» adhibetur, et distinguitur pignus rei mobilis (pignus inris gallici) et pignus rei immobilis seu hypotheca.

2. *Ius germanicum* (art. 1205-1257) de pignore et antichresi vix a latino differt, nisi quod art. 232 varios modos dandi securitatem numerat; quod, in *antichresi (Nutzungspfand)* non fit distinctio rei mobilis et immobilis. De *hypotheca* nutem, haec notanda veniunt. Primo, sine ulla relatione ad aliquod debitum principale, res immobilis gravari potest onere solvendi, sive semel sive etiam, ad modum census, periodice, summam quandam, et quidem ita ut titulus scriptus quo ius agnoscitur pertineat ad latorem : constituitur sic debitum praediale vel census praediolis. Cf. art. 1191-1198 et 1199-1203. Debitum istud vocatum est *hypotheca abstracta.*

Verum, hoc omisso, Codex distinguit *Buchhypothek,* (piae est nostra ordinaria; *Briefhypotek* seu hypotheca quae non solum inscribitur in tabulis publicis (registro), sed praeterea probanda est scripto quodam instrumento, cuius cessione ipsum ius ceditur seu transfertur; domum *Sicherungshypothek,* qua quis creditum forte futurum in antecessum securum efficit (art. 1181-1190). Potest itaque hypotheca hoc modo constitui ut ipsa sumina cuius solutionem securam reddit nondum sit definita, sed sola definiatur maxima ultra quam fundus obligari nequit (art. 1190).

3. In iure *anglico* et *U. S. A.,* distinguenda sunt *pawn* vel *pledge, lien, mortgage. Pledge,* seu pignus est contractus quo res subiecta dominio personali *(personal property)* alteri traditur pro securitate obligationis. — *Lien* nec dominium nec possessionem dat creditori, sed alligat rem, maxime immobilem, securitati inris creditoris. — *Mortgage,* vi *common law* transfert ad ipsum creditorem dominium rei vel inris donec creditori sit satisfactum. Constitui potest in *personal* vel *real estate* (property). Constitutum in *personal estate* vocatur *chattel mortgage.* Traditio rei non est necessaria. In plorisque Statibus foederatis Americae *mortgage* ex aequitate ad simplex *lien* redactum est. *Lien* in rem immobilem ad nostram hypothecam proxime accedit.

In Anglia habetur ab anno 1879 specialis lox de *Pawnbrokers* (usurariis) quae regit fenerationes quae decem libras *(pounds)* non superant.

365. — 3. De antichresi. Nomine antichresis designatur pignus cuius fructus a creditore percipi possunt. Repudiatus Codice *OAUttriaco* (art. 1372) qui solum admittit concessionem usus (art. 459 et 1372); admittitur a Codice *germanico* (art. 1213).

Velut pignus rei immobilis, est in *Italiae* (art. 1891-1897) *Galliae* et *Belgii* (art. 2071-2085-2091) iure antichresis, quo ere-

ditor nullum quidem privilegium in ipsam rem acquirit, sed ius habet percipiendi fructus, ad illos prius in usuram, dein in capitale imputandos.

366. — 4. Privilegium est favor legis, in ipsa crediti qualitate fundatus, vi cuius bona debitoris, vel omnia vel saltem quaedam exstinguendis certis debitis (privilegiatis) ante alia, etiam quae hypotheca muniantur, servire debent.

Itaque esse potest *generate* vel *speciale.* Sic, in *Italia,* privilegio *generali* in res mobiles proteguntur expensae judiciariae quae in communem creditorum utilitatem cedunt, expensae funebres: expensae ad curandam valetudinem per sex ultimos menses vitae; alimenta, et quaedam credita fiscalia. Privilegium autem .*spéciale* addicit res quas viator in diversorium attulerit expensis ibi factis solvendis. Cfr. Cod. ital. art. 1955-1963.

Privilegium *sola lege* constituitur; nec aestimatur ex tempore sed ex *causa:* unde, inter privilégiâtes, is aliis praefertur cui lex magis favet; aeque autem concurrunt ii quibus lex aeque favet.

Hniusmodi privilegia in omni iure occurrunt.

N. B. Excepto dominio perfecto, quod cum ipsa re confunditur, omnia iura in re, sicut sunt quaedam dismembratio inris proprietatis, sic sunt quaedam servitus rei propriae. Quae servitus interdum nomine proprio, usus, ususfructus, etc. interdum communi servitutis nomine appellatur. Quare quodlibet ius in re, si nomine proprio careat, servitus appellari potest. Nec omnes leges eadem numero nomina propria adhibent.

II. — *De Condominio.*

367. — Notiones et principium. Spectato *numero ius habentium,* distinguitur dominium separatum seu *singulare,* i. e. unius personae physicae vel moralis (’), et plurium *condominium* rei non divisae. Commune plurium dominium, si finem habet communiter intentum lucrum, vel utilitatem, ad *societatem* pertinet, de qua

(») Persona moralis enim non est nisi unum iuris subtectum. Immo, antiquo iure (iermanico, plures qui bonum non divisum simul possidebant, non censebantur quotae partii indivisae possessores singulares, sed omnes rem totam quasi per modum unius habere existimabantur. Cf. DuvNSrxx, C. SS. R. *Burçtrlijk Rccht tu* n. 588.

infra in contractibus agetur; exclusa ista communi intentione, habetur mera indivisa possessio.

Tune, *salva diversa legum vel pactionum dispositione,* singuli de sua quota parte actus iuridicos soli exercere possunt; omnis actus autem quo materialis status rei mutatur omnium consensum exigit. Cum regimen condominii sit satis impeditum, hodiernae leges ei parum favent.

Quare ius singulis generatini agnoscitur petendi divisionem, hora tamen opportuna seu sine aliorum damno, et salva contraria obligatione inducta per pactionem. Haec tamen, iure *latino* nequit in perpetuum partes ligare, sed non ultra 5 annos Codice *Galliae* (art. 815); non ultra 10, Codice civ. *Helvetiae* (616-651), *Italiae* (673-684); non ultra vitam, Codice *Juxtriae* (831. 832) una pactione statui potest. Una, inquam, pactione: namque elapso tempore renovari potest. *(Numeri xic legibus appositi sunt Codicum articuli.)*

In iure *italico* consensus omnium non requiritur ad varia statuenda de re communi, sed sufficit assensus eorum qui maximam rei communis partem possident.

Propter gravem causam, potest index, non obstante pactione, divisionem permittere.

Codex *Germaniae* pactionem communitatis perpetuae non reicit, sed permittit ut propter gravem causam rescindatur.

Quae hactenus diximus applicari non debent ad quasdam communitates accessorias, ut muri inter duo aedilicia vel hortos communis, vel quae e natura rei manant, ut si domus per varias contignationes vendatur et possideatur. Perpetua possessio communis sepulcri familiaris, archivi familiae etiam in Gallia admittitur. Cf. de iure italico Paoifioi-MazzoNI, III, p. 499 ss. de iure Gallico Colin et Capitant, I, p. 770 ss.

Articulus II. — De Possessione.

368. — Possessio. Potestas *facto* in rem existens ad *ius* accedere potest, vel ius et factum separantur. *Coniuncta* cum iure, possessio dat ius habenti omnia commoda et privilegia possessoris. Et etiam *separata,* secundum se, vinculum quoddam nectit inter rem seu ius et possidentem, vi cuius possessor, qua talis, ex ipsa lege naturae omnibus qui ius suum non probant praefertur. et etiam pluribus legis positivae privilegiis interdum munitur.

Ne accuratior operosae quaestionis expositio nimis, pro praesentis tractatus line implexa fiat, consueta definitione utemur, quam tamen verborum declaratione temperabimus vel corrigemus, paulo fusiorem explicationem minori textui reservantes. Itaque:

1. Quid sit possessio. Possessio, quae, ut confuse omnes sentimus, est conaturalis consequentia iuris. seu factum quod cum iure regulariter cohaeret, adhuc communius definitur: *detentio rei animo domini.*

In qua definitione, *detentio,* quae per se significaret tantum effectum corporalis apprehensionis, impossibilis in rebus immobilibus. multo latius et etiam improprie sumi debet; designat enim *facto exsistentem rei ad personam relationem, qualis, ad rei utilitatem libere capiendam, postulatur;* seu brevius, apprehensionem veram vel in morali existimatione aequiperatam. — Nomine *rei.* etiam iura aliquo modo intellegere solent, varia tamen ratione. Namque alii, considerantes solas res proprie possideri posse, ut metaphoricum usum excusarent, *quasi-usufructum* et *quasi-possessionem* iurium ad rerum usumfruetum et possessionem addunt; Codices *(ralliae* (art. 2228) et *Italiae* (art. 685) possesionem rerum et iurium aeque admittunt, his verbis: « *I! possesso è la detenzione di una eosa o il godimento di un diritto ohe uno ha o per se stesso, o per mezzo di un altro, il quale detenga la eosa o eserciti il diritto in nome di lui* »; melius, nostra sententia. et magis consequenter ad receptam divisionem dominii in directum et. indirectum, Codex *Germaniae* (cf. art. 854 et 868) domino (vero vel existimato) possessionem *directam* rei. *indirectam* vero ei agnoscit qui ob ius in re aliena vel ob contractum v. g. locationis, rei expedite dominatur vel dominari censetur. Demum, per verba « *animo domini* » excluditur possessio eius (pii rem pro altero detinet. Potest enim aliquis rem per se vel per alium detinere. Detentio ipsa interdum *corpus possessionis* vocatur.

Haec (»st possessio *naturalis,* (piae cum facto nascitur, permanet. et desinit.

Verum, cum possessio lege positiva protegatur et variis privilegiis muniatur, etiam possessio cui lex positiva favet, i. e. possessio *civilis,* consideranda est. Porro lex positiva protectionem suam quibusdam possessionibus naturalibus negare potest: sic quaedam res sacrae a persona privata possideri nequeunt (c. 1510. § 2). et c. 1695. § 1, post annum tantum actionem reti-

nendae possessionis concedit. Per se quidem ipsam possessionem naturalem sancit, ita ut plerumque possessio naturalis sit etiam civilis; sed interdum ut possessorem tractat qui possessionem naturalem amisit: sic, legibus *Galliae* et *Italiae,* possessio agri non est amissa, nisi per annum naturaliter cessaverit: vel etiam possessorem existimat qui numquam fuit possessor. Haec possessio est mere *civilis;* vel etiam *civilissima* quando solo iure civili nititur, et numquam fuit naturalis. In *U.S.* A., possessio mere civilis dicitur *construetivepossession* vel etiam *possession in law seu legal possession.*

369. — Uberior explicatio. Memorandae tantum sunt mirae et parum ceientificae *etymologiae* quae olim admittebantur. Sic Paulus, L. 1, Prine. I). *De acquirenda possessione* scribebat: « Possessio «licta est a pedibus, quasi pedum positio » ; alii derivarunt nomen ab antiquo *Dos,* i. e. potens et *sedeo,* quasi significant : cum potestate sedeo.

2. *Quid* autem *sit* possessio, id definire, teste Molina, tr. II, d. 12, n. 2. 3 jurisperiti semper difficillimum indicarunt. Quare Glossa in L. Stipulati, § Haec quoque, *De verborum obligatione,* pronuntiavit : «possessionem peritissimi ausi non sunt definire ». Satis communiter dein recepta est definitio Hostionsis in Summa : « Rei corporalis detentio corporis et animi inrisque adminiculo ». Quam tamen definitionem magis causalem quam formalem esse arbitratur Molina, «pii, in «i. 17 eiusdem tr. 2, n. 3 hanc formalem proponit: « insistentia actualis vel habitualis in re aliqua ex apprehensione corpore et animo iuris adminiculo proveniens ». In qua descriptione, verbum *apprehensio* late et etiam improprie sumenda est, et naturalis possessio a civili non distinguitur. — LuGO, d. 2, n. 59, difficultatem iurisperitorom narrat, sed quaestionem neglegit. Saec. XIX, VON Savignù (1779-1861), illustris iuris romani interpres, definitionem similem Hostionsis propagavit, post quem, de corpore et animo possessionis etiam nostri iuris civilis prudentes expresso loqui coeperunt. Recens, celeber Ihering, exennte saec. XIX, negqvit necessitatem *animi,* cum secus amentes essent possessionis incapaces; *corpus* autem possessionis minimo in physica potestate in rem seu detentione essentialiter consistere, vel ab physica apprehensione minime formaliter manare «•entendit, cum omnis possessio non sit nisi relatio inter personam et rem facto exsistens, qualis relatio utilitate rei oeconomica, quae cum re variat, postulatur. Haec proposuit, dum Codex civilis Germaniae conficiebatur; et obtinuit ut de animo sileretur, non autem ut aliter ac physica potestate in rem possessio describeretur. (Cf. textum a Savigny scriptum de corpore possessionis in opere magistratus de Meulenaere, *Code civil allemand,* Appendice et p. 230.) De possessionis corpore satis cum Ihering consentimus; difficultatem de animo factam nullam esse existimamus, cum eadem rediret ubi de acquisitione dominii ab amentibus ageretur; scilicet, personae quae, incapaces repraesentant animum pro ipsis habere possunt.

Nobis, ex supra tradita ipsa iuris notione, satis commoda est possessionis naturalis descriptio. Est enim *farto exsistens relatio praevalentiae et subicctionis inter rem et personam, quae, ei sit inviolabilis, ipsum ius constituit.*

370. — Quid sit factum iuridicum. Factum iuridicum est quidquid, voluntarium vel non voluntarium, in varia iura personarum influit. Neque omnia voluntaria ad contractus revocari possunt. Quare, nomine actuum juridicorum veniunt testamenta. Facta iuridica sunt designationes munerum, sive bate expetita fuerint sive propter commune bonum imposita. Facta iuridica sunt ipsa delicta et quasi-delicta.

SUMMARIUM.

371. — 1. Omni iure tribuitur aliquod dominium, vel in bonum commune publicum et est *iurisdictio ;* vel in bonum privatum habentis et suorum, et est dominium *proprietati/ι.*

II. Ad dominium jurisdictionis pertinet sic dictum *altum dominium,* quo boni communis intuitu, societas perfecta exercitium iuris proprietatis ordinaro, moderari, immo, servata aequalitate justitiae, quae hic facile coinmutativa evadit ac proin damni compensationem exigit, subditum suis rebus privaro potest. lam do solo privato dominio nobis agendum est.

III. In *res* haberi potest dominium proprietatis *plenum,* quod, salva saltem iustitia, permittit domino *usum* seu fruitionem pro lubitu, *exclusionem* aliorum, etiam cessante usu, et rei *dispositionem.* Divisione fit *imperfectum:* sive, exclusa utilitate, servetur ius in substantiam, quod dicitur dominium *nudum, directum* vel etiam *radicale;* sive sit solius utilitatis sine dispositione de substantia, quod dicitur *indirectum* seu *utile.* Hoc posterius dominium dismombrari potest, ita ut separatim, in pluribus subiectis, exsistant varia iura partialia quae simul dominium plenum constituerent. De singulis breviter.

IV. 1. *Ususfructus* est ius utendi et fruendi rebus alienis, salva earum substantia.

Fructus est « quidquid o re nasci et renasci solet». Quos ros producit dicuntur *naturales,* saltem lato sensu; stricto sensu, si sola rei natura gignuntur; qui hominum industriae debentur vocantur *industriales;* dum *mixti* sunt qui, ut plerique, coniunctis viribus naturae et hominis producuntur. Demum *civiles* fructus intelleguntur *pecuniae* quae, ex contractu circam rem, constanter, post stata intervalla, solvendae sunt : v. g. annuum locatae domus pretium.

Sic leges civiles fructus secundum ipsam eorum naturam distinguere solent ; dum Germaniae Codex, etiam ad originem *ex qua* attendens, fructus

rei, fructus *iuris* et fructus qui relationi iuridicae circa rem vel ius debentur, distinguit (art. 99 Cod. Germaniae).

In res quae primo usu consumuntur constituitur *guasi-usufructus*; quid tunc, in fine usufructus, reddendum sit, iura civilia definiunt.

2. *Usus* et *habitatio,* in quibusdam legibus significant circumscriptum ius mere utendi re vel habitatione.

3. *Servitus,* passive, est onus reale, quo res immobilis in gratiam vel alterius fundi (servitus *rcalis),* vel definitae personae *(personalia)* gravatur.

Pro acquisitione, exercitio et exstinctione servitutum, distinguendae sunt continuae et non continuae, apparentes et non apparentes, positivae et negativae.

5. *Superficies* designat dominium omnium vel quarundam saltem rerum quae in fundo alieno aedificantur vel plantantur.

6. *Emphyteusis* est ius in re, quo quis re aliena diu vel in perpetuum plene frui potest, ea lege ut domino solvat aliquid *(canonem),* saltem in agnitionem dominii. Liberatio ab ista obligatione redemptio canonis vocatur.

7. Hactenus de iuribns quae secundum se consistunt. Praeterea, ut *accessoria,* mere ad firmandam obligationis principalis exsecutionem, exsistunt: a) *pignus* seu res mobilis quae, ex contractu, a debitore creditori traditur, ut is exinde ante alios creditores, debiti solutionem obtineat. Pignus commerciale facilitate constitutionis et efficaciae a communi distinguitur.

In quibusdam legibus agnoscitur etiam *antichresis,* velut pignus rei immobilis. Ac plures aliae securitatis formae hodie legibus agnoscuntur.

b) *Privilegium,* seu legis dispositio vi cuius, exstinguendis quibusdam debitis (privilégiâtis), debitoris bona vel omnia (privilegium generale), vel quaedam (privilegium speciale) prius quam aliis debitis (etiam hypothecariis) servire debent.

c) *Hypotheca,* seu, in re immobili aliena, ius quo creditor, ante alios sibi ex pretio rei satisfacere potest. Distinguitur *legalis, iudicialis. conventionalis.*

Dominium potest esse *singulare* vel ad plures pertinere. Condominium indivisum legibus hodiernis parum placere solet, ita ut in perpetuum statui non possit.

V. *De Possessione.* Possessio proprie est *detentio rei animo domini:* in qua definitione *detentio* valde ample sumenda est: *res* etiam insesse potest; *animus domini* animo possidendi pro altero opponitur.

Acquiritur quadam rei *apprehensione,* — sive vera, sive symbolica, quae legaliter sufficiat, — eum intentione domini. Quam diu autem res in nostra potestate manet, possessio solo animo conservatur; immo diutius, si lex ita statuerit. Possessio ipsa devincit facto rem possessori ut merito aliis qui ius non probent contrarium, praeferatur.

Praeter istam possessionem *naturalem,* est etiam *mere civilis,* quae, ex solo iure positivo, manere vel constitui censetur. Habetur quoque possessio *iuris,* quae ei prodest qui ius istud tamquam eius dominus exercet.

Distinguitur possessio *bonai fidei,* quae, stricte sumpta, cum persuasione dominii ve] iuris coniuncta est, et *malae fidei, seu* eius qui novit rem esse alienam, vel. in dubio, debitam inquisitionem neglegit.

Simplex *detentio bonae fidei* est eius qui, sine animo domini, saltem absoluto, rem detinet, existimans id sibi licere.

Latissime, omnis bona fides concordiam inter intentionem et conscientiam significat.

Vitiota dicitur possessio respectu eius cui vis est illata vel celata possessio. Secus est non vitiosa.

VI. Quid sit *factum iiiridicum.* Hoc nomine compellatur omne factum, voluntarium vel involuntarium, quod iura dat. aufert, mutat.

CAPUT II.

De Subiecto iuris.

Articulus I. — Generalia.

372. — Personae physicae et morales. I. Dominii et iurium capaces sunt hic in terris *omnes* et *soli homines.* Quam capacitatem auctoritas publica. propter bonum commune, restringere potest.

II. Homines autem vel ut singuli vel ut plures in finem conspirantes considerari possunt. Ipsa ista conspiratione nascitur nova unitas, ac proin novum ens. non quidem physicum, sed quod ratio cognoscit et quod per varia iura et oflicia, ad eius constitutionem consequentia, ordinem moralem ingreditur. Quatenus autem ens istud est subiectum iuris, evadit quoque, in sensu iuridico, vera *persona,* quae iuridica vel moralis dicitur.

Ipsa conspiratio originem habere potest voluntariam vel necessariam.

Ac novimus Providentia divina naturali, i. e. natura duce. Heri ut homines in societates perfectas ordinis temporalis coalescerent, (piae ab ipsa Natura esse inviolabile et iura ad tinem ■suum consectandum mutuantur. Hae sunt societates civiles, qua tales; sunt quoque Status seu politicae potestates, a civibus seu membris independeutes, atque instructae omnibus iuribus (piae propter bonum commune sunt necessaria.

Verum, intra ipsam Societatem perfectam, societates minores conaturaliter conflantur, (piarum origo a libero civium consensu,

non ab auctoritate politica repetenda est. Quae propter finem vel inedia illicitae vel periculosae sint, politica auctoritate prohiberi vel destrui possunt; sed. contra ac. schola liberalis contendebat, nec a Statu creatae sunt, nec a Statu ius exsistendi cum mediis necessariis obtinent. Ius istud ex ipso iure personarum physicarum proxime manat. Formalis earum agnitio protectionem et iura addere potest; sed iam ante istam agnitionem ut vera persona exsistunt. Quia tamen facilius quam singuli homines damnosae fieri possunt, nec facultas cavendi communi bono a Statu abiudicari potest, frequentior est causa et frequentior usus proliibitionum quibus libertas agendi vel possidendi intra artiores limites moralibus personis continetur.

Historico autem, leges quae novas Galliae res, exounte saec. XVIII ordinarunt, valde infensae fuerunt societatibus quae personas eiusdem artis seu professionis consociabant, vel finem non oeconomicum intendebant ; dum, contra, societatibus rerum, seu industrialibns et negotiatoriis, valde favero coeperunt. Verum intolerantia ista societatum personalium, quam adversaria Ecclesiae catholicae ac proin religiosis Congregationibus studia alebant, diu permanere non potuit; et, inaequali celeritate, v. g. nomine syndacatuum, a medio saec. XIX societates personarum publice agnosci coeptae sunt. Simul societates lucrativae non parum personis et rebus abusae sunt; et nunc, extensione et divitiis usque crescentes, adeo potentes factae sunt ut de bello et pace statuere et ipsam auctoritatem publicani sibi obnoxiam facere visae sint.

Praesentes leges civiles. In praesenti, maxime commodae sunt omni consociationi et destinationi rerum fini speciali, etiam philanthropico vel religioso, leges *Hollandiae, Statuum foederatorum America? Mptemptrionali* et *Angliac;* ius corporativum maxime in *Germania* evolutum est.

— Quamvis autem Codex *Germaniae* art. 21 pro inridica capacitate societatum quae finem oeconomicum non persequuntur non exigat nisi inscriptionem in libro *Amtm/ericht* (tribunalis inferioris), articulo 81 logis introductionis confirmantur leges Statuum quibus sola lex eandem capacitatem consociationibus religiosis conferre potest. Liberalior Codex *Auntriae* art. 26 societatibus licitis eadem iura quibus personae singulares fruuntur regulariter confert. De cetero Codices iuris latini in hac re non concordant. Post Codicem *Galliae* qui personas iuridieas penitus ignorare videtur, Codices *Hiitpaniae,* art. 35; *.Mexicanae* reipublicae, art. 39; *Lusitaniae,* art. 33, ut fiat persona moralis, interpositam volunt legis auctoritatem ; dum Codex civ. *Helvetiae,* art. 52, fundationes ecclesiasticas et familiares, omnesque honestas consociationes quae finem lucri non persequuntur eximit inscriptione in tabulis commercialibus quae societatibus quae lucrum pro fine habent necessaria est ut evadant iuridicae personae; et art. 54 principium capacitatis

istarum personarum sancit; Codex roipnblicae *Brandith k îh*, ait. Ifi, inscriptione in tabulis publicis contentus est ut consociationes civiles, vel religio.-ci· constituantur et sint personae morales. Magnam nunc facilitatem consequendi civilem personalitatem recens, 27 iul. 1921 lex *Belgii* procurat (p), <lnm *Galli·'* legem 1 iul. 1901 de libertate consociationum ita adornavit ut vi istius legis plurimi religiosi exsilio multati sint.

luxat paucis liberale Hollandiae regimen cum regimine Galliae conterre. Iu *IMlandia,* iuridica Ecclesiae constitutio ipso art. 1(58 Legis fundamentalis sancitur. Lex vero 22 apr. 1855 speciali legi quidem reservavit agnitionem personae moralis quae indefinite vel triginta saltem annis exsistere vellet ; sed infra triginta annos, sufficit regia statutorum approbatio, quae ob solas boni communis rationes, in ipso decreto exprimendas, denegari potest. Quare pleraeque consociationes hac planiore via ad 29 annos et 11 menses constituuntur; quo elapso spatio, iterum confirmantur. Sic civiliter exsistunt domus religiosae. Quae vero ecclesiasticae consociationes ad organicam Ecclesiae catholicae constitutionem intimius pertinent rationem iuridicam ex lege 10 sept. 1853 mutuantur. Leges autem Ecclesiae, ordinationes episcoporum de his consociationes tamquam legitima statuta civilem firmitatem consequuntur. Quod ad capacitatem vero, morales personae per se physicis aequiperantur; usninfrnctum tamen non ultra 30 annos habere possunt, et regia approbatione quaedam ex illis, v. g. ecclesiae, religiosae institutiones opus habent ut legata et donationes accipiant. Cf. Dtvx-stee, op. c. n. 25-10. — In *Gallia* autem: *a)* associationes non declaratae, non sunt persona moralis; sed inxta ipsas quaedam societas, ut facto exsistens. a indicibus admissa est; *b)* associationes *declaratae* nullam donationem, nullum legatum, sed solas taxatas membrorum contributiones percipere possunt ; *c)* associationes *belli canna* vel *occanione* institutae, si permissae fuerint, praeter contributiones sociorum, etiam dona liberalia percipere possunt. *d)* associationes quae declaratae sunt « publico utiles » *(d'utilité publique)* decreto erigendae sunt; tunc plenam facultatem habent acquirendi titulo gratuito; *c) ässociationi* congregationum religiosarum *(congréganistes)* sine legis auctoritate exsistere vetantur. Lex qua permittuntur definit quo modo exsistere debeant ; *J)* associationes *syndicales:* omne genus possessionum et acquisitionum habere libere possunt ('-). — Recens etiam ut legitimae agnitae sunt, pro bonis ecclesiusticia, consociationes *diotcesanac,* de quibus epistola encycliea S. Pontificis *Ma rimam,* 18 ian. 1921. — Omisimus societates *lucrativas,* quae protecta libertate frui porgunt.

Itaque societas civilis adhuc plenius purganda est erroribus liberalium qui contendebant: *a)* personas morales a solo Statu

p) *Loi sur les associations sans but lucratif* Cf. de illa lege aanotr.tiones R. D Fkkdi-

SANUI CI.AEVS BOUUARRT

I3) Cf. Colin et Capitant, I. p. 053 ».

creari et supprimi posse; *b}* dum personis physicis omnia liceant quae non prohibeantur, morales non posse nisi quod ipsis concessum sit; cjpro periculosis et suspectis habendas esse consociationes quae finem oeconomicum transgrediantur; *d)* bona exstinctae personae moralis a fisco usurpari posse.

Praeterea per se, non sola publica potestate, sed etiam privata pactione bona quaedam certo tini ita diu vel in perpetuum addici possunt, ut universitas ista rerum personam aliquam imitari videatur.

Hactenus de societate civili. *Societas* autem *religiosa* seu Ecclesia. positiva Christi conditoris voluntate ita constituta est, ut omnia eius iura, pro dispensatione. Petro eiusque successoribus commissa sint.

Inde, independenter a membris Ecclesiae, Ecclesia et S. Sedes, ex ipsa ordinatione divina, moralis personae rationem habent (c. 1(10, § 1); dum iura minorum societatum in Ecclesia dependenter a potestate hierarchica exsistunt. Porro dependentia ista variani formam induere potest, ita ut magis minusve aperta et explicita esse queat. Hodierna autem disciplina, vi c. 100, § 1, « ceterae inferiores personae morales in Ecclesia eam (personae moralis rationem) sortiuntur sive ex ipso iuris praescripto sive ex speciali competentis Superioris ecclesiastici concessione data per formale decretum ad finem religiosum vel caritativum ».

Ipso iuris praescripto Instituta religiosa, domus religiosae sunt personae.

Distinguit autem ius canonicum personas morales *collegiales* (seu personarum) et *non collegiales,* quales sunt beneficia et universitates rerum certo fini applicatarum.

Nihil ultra in hoc capite dicendum foret, nisi peculiaris condicio quarundam personarum de se vel ex lege positiva, locum regimini peculiari daret, quod capacitatem acquirendi et disponendi atlicit. Sunt filii-familias, uxores, clerici et religiosi. Alia est autem pro duabus prioribus personarum classibus, alia pro duabus posterioribus, regiminis peculiaris causa.

a——■ **

Λκικι m s H. — De variis personis in specie.

§ 1. — De Fil iis fa mil ia s.

373. — I. Principia. Spectato solo naturae iure: i) lilii separatae proprietatis capaces exsistunt; 2) contrahunt, ex pietate, parentes et lilii mutuam obligationem terendae opis pro necessitate et pro copia quam habeant ; 3) naturalis infirmitas minoris aetatis tutelam administrativam postulat; 4) consensus expressus vel tacitus parentum et liliorum, iura realia temporalia minus separat quod ad ipsam possessionem; quod ad ipsam gestionem; quod ad majeriam gravem iniustitiae; quod ad restituendi obligationem post factam iniuriam.

374. — Inde varia corollaria fluunt.

1. De *capacitate possidendi, a)* Ipsa lege naturae, nec amens nec filius familias, aliqua iuris incapacitate plectitur: est persona ; ergo est iuris subiectum. Atque ab ipsa natura quaedam habet inviolabiliter secuin colligata: membra corporis, facultates, famam. Verum condicio acquirendi, saltem stabiliter, bona exteriora, in ipsis, (piam diu actus humani incapaces sunt, considerata sola lege naturali, deficere videtur; nec illorum inopiae ita lege naturali providetur ut quispiam eorum voluntatem supplere efficaciter]>ossit. sed solis officiis pietatis et caritatis proteguntur. Cf. Mol ina, *lust.* tract. 2 d. 18, n. 3; Lugo. *lust.* d. 3. n. 14-17; TanqUEREY, 111, 143. Leges positivae naturalem, in hac re. supplere debent et solent.

b) Ex quo autem veri consensus capaces sunt, plena separati dominii habilitas ipsis lege naturae colluta est.

2. *De mutua alimentorum obligatione, a)* Filii maxima indigentia, per se, laborant. Huic opitulari est officium pietatis parentibus impositum. Quia tamen immediatus obligationis titulus non alius nisi indigentia demonstrari posse videtur, lex naturalis parentibus permittit ut ex bonis liliorum expensas alimentorum et institutionis sibi compensent; nec filii obligationem alimentorum urgere possunt, nisi quatenus bonis destituantur, Cf. TanQUEREY, **III**, 148.

b) Rursus autem pietas filios obligat ut, quatenus id possint, accidentali parentum indigentiae prospiciunt.

c) Quamvis pictas nullum strictum ius ad rem gignat, efficit tamen ut qui sibi sumat debitum ex pietate, quod secus non solveretur, violatae iustitiae argui nequeat, eum dominus rationabiliter invitus esse non possit.

Ob similem causam, integrum est parentibus ut, quatenus opus sit, communibus familiae necessitatibus ex salario vel bonis filiorum provideant, cum sic oflicia pietat is liliorum exsequentur.

3. Ipsa inhabilitas minoris aetatis *ius* dat parentibus vel iis qui curam liliorum vel amentium gerunt, *ut eorum negotia prudenter administrent,* nisi alius officium istud legitime susceperit. Ac praeter stricte dictos sumptus reficiendos, in rigore prohiberi posse non videntur, quin aequam operae praestitae compensationem exigant.

4. *De expresso vel tacito consensu, a)* Varia munuscula quae parentes vel coniuncti, occasione festi, primae communionis liliis qui sui compotes sint offeruntur, his plene acquisita sunt, ita ut ne ipsi quidem parentes eadem, salva institia, filiis eripere possint. Vestes autem quas filii deferunt ipsis ad usum personalem datae sunt, ita ut sine iniustitia ab ipsis venumdari vel ludo exponi non possint.

b) Filius, etiam impuber seu minor natu, expensas quae pro se rationabiliter fiunt, tum bonis suis, tum *ordinario* (l) cum statu suo congruente labore compensare per se tenetur. Qui tamen sibi partem salarii retinuerit, iniuriae non statim argui potest, cum quidam existiment obligationem filios alendi absolute, sine consideratione facultatum filiorum, parentibus incumbere. Multo minus, propter facile praesumptas condonationes, erit restitutionis damnandus. Quamquam enixe hortandus est ut cum parentibus sincere et liberaliter agere studeat, ipsisque libenti animo opem ferat· quam pietas et gratitude ab ipsis exquirunt.

c) Quod pecuniarum parentibus ex labore suo tribuerit, filius absolute parentibus dare praesumitur.

d) Per se quidem LESSIUS (L. 2, c. 12, n. 81), cuius auctoritas in hac re a multis appellatur, hoc principio utitur, filium, non minus quam extraneum, mercede pro suo labore dignum esse. Quare, qui patri praestiterit utilem operam quam pater nec per se nec per alium gratis vel minoris obtineret, quantum extraneus

(x) Eructum l'abori extraordinarii vel lucrum cxtraordin.irium, puta praemium loteriae. siti ascribere filius potest. C(. Génicot, I, 471.

perciperet, tantum ipse percipere posse. Verum tacitae renuntiationes observandae sunt. Iam vero, donec ad eam aetatem pervenerint (pia lilii statum habere solent (quae aetas pro regione variat, atque etiam pro condicione civili; in Belgio autem. Gallia et Italia aestimari potest circa 25 annorum) gratis parentibus cooperari censentur.

Post istam aetatem, res iit minus expedita. Seclusa expressa pactione, quae per se optanda est, haec attendenda videntur. Cooperatio praesumenda est *gratuita: a)* si ceteri lilii similem operam praestent, eandemque ratam partem ex massa (unimini exspectandam habeant; *b)* si cooperatio ipsi lilio sit utilis, quatenus per eam ad statum praeparetur, maxime si ipse in locum patris in ollieio sue,cessurus sit; *c)* si parentes pauperes fuerint, vel si modicum lilii lucrum alimentis compensetur. — *Minime* autem praesumenda est *gratuita,* si cooperatio liliorum vel ius hereditatis notabiliter inaequalia fuerint, maxime si quadam verecundia lilii mercedeni postulare prohibeantur.

Accidit ut merces pro tali inaequali labore exspectetur ex fnturo legato. Quid tunc, si vel rei obliti vel morte praeventi, parentes nulla peculiari dispositione specialia cuiuspiam tilii vel filiae servitia remuneraverint J In re ista, satis spinosa, lilii qui nécessitât·· temporali premuntur a divitioribus distinguendi videntur. Filio qui ex pingui hereditate velit sibi compensare frustratam spem, etiam si haec aequa fuerit, favendum non videtur; contra autem, si ratio quaedam indigentiae temporalis, etiam latius dictae, accesserit, rationabilis compensatio detrectanda non videtur. Dici enim potest, in his adiunetis servitia non fuisse nisi sub condicione huiusmodi compensationis praestita. Facilius autem factam iam compensationem non condemnare quam eam antecedenti suasione promovere poterimus.

e) Variae causae incapacitates, abusionis, prodigalitatis seu profusionis bonorum, permittunt proxime eoniunctis. (piales parentes et tilii sunt, ut pro bono, sive ipsius abutentis. sive familiae, (piandam rei familiaris administrationem aperte vel occulto usurpent, ('avendum tamen est ne sibi propria faciant quod aliorum est, nec rerum alium usum procurent nisi quem alter rationabiliter concedere deberet.

f) Propter intimam coniunctionem. auctores censent materiam gravem iniustitiae duplicari posse, saltem cum agitur de liliis. Perinde de parentibus dicendum videtur.

(j) Quae Illius ad definitum finem, v. g. studiorum, acceperit, aliter expendere, incolumi institia non potest. Attamen.

eum de debito restitutionis agitur, sane solum quando res satis extraordinaria videtur, quaestio movenda est. Ac tunc saepe ipse filitfs sincera responsione, melius quam sacerdos intentiones parentum cognoscere et proin ipsum rei nodum solvere poterit.

Consilia in ista re huc spectant: *a)* ut mutuam benignitatem et liberalitatem promoveamus: ne de rebus modicis solliciti sint: *b)* ut tiliis gratum et deliratum animum inculcemus erga parentes, (pii interdum sudore et vigiliis ipsis media cultus humanioris suppeditarunt *'c)* ut claras et expressas pactiones suadeamus, nec ad testamenta aequae compensationes differantur.

375. II. Quid leges positivae sanxerint. A) *De Filiix legitimi*

1. Omnes leges positivae, parentes vel alias personas fidas praestituunt gerendis bonis eorum qui aetate vel mente infirmiores sunt; atque admittunt ut pro ipsis animum acquirendi efficaciter habere possint.

2. De cautionibus quibus minores vel impuberes proteguntur, ne imprudentes obligationes contrahant, sermo mox infra redibit in generali contractuum expositione.

3. Verum, praeter iucapacitatem protectricem aetatis, legibus positivis non raro alia de patrimtinio filiorum statuuntur propter utilem vinculi familiaris sanctionem. De hac in praesenti agitur.

a) Inn latinum. Antiquo *Homano* iure, bona omnia ad patrem familias pertinebant, i. e. ad caput familias, qui minor natu vel impnber esse poterat. Temperata autem paulatim est plena filiorum incapacitas, ita ut iure, quod diu maximam Europae christianae partem rexit, distingueretur peculium *oattrenne,* occasione militiae, *qiaui-caelrenne,* occasione beneficii ecclesiastici vel magistratus seu officii publici acquisitum; *profeciiciuni,* bonis a parente provenientibus vel eius causa datis compositum; *adventicium,* ex aliis constans bonis.

Parentes plenum peculii profecticii dominium; usumfructum peculii adventicii, quibusdam bonis exceptis, permanente potestate patria, habebant, dum castrense et quasi-castreuse peculium plene ad filios pertinebat. Ab isto iure originem habet *iun latinum.* In iure *Gallico, Italico, Belgico,* distinguenda sunt bona quae filii-familias, sub potestate patria constituti, labore vel industria separata acquirunt aut ipsis donata vel legata sunt expressa condicione excludente usum fructum parentum: haec plene ipsis tribuuntur. In alia bona filiorum, parens qui patriam potestatem exercet, in iure italico, quam diu maneat ista potestas; in iure belgico et gallico, donec 1B aetatis annos nati sint, usumfructum legalem specialis rationis obtinet. Saepe etiam ab usufructu excluduntur pecuniae quae a filio in publica area parsimoniae depositae sunt. Omnia autem filiorum bona (exceptis iterum privilegiatis depositis arcae parsimoniae) ab eodem parento administrantur.

Similia iuro *Hispanico* (art. 159-166) et *Ameritae latina/* disponuntnr. In Codice *Hispanico,* labor separatu» intellegitur esse lilii qui, annuente parent»·, extra domum paternam vivat. In re publica *Argentina,* parentum ueufructu excluduntur bona, quae filius acquirit occasione officii civilis, militarie vel ecclesiastici ; quae filius proprio labor»· vel etiam casu fortuito acquirit, quae donata vel legata sunt cum clausula usumfructum excludente, quae hereditate acquirit, quia pater heres esse non poterat.

Codice *Braeilienni* excluduntur usufructu parentum bona legata vel donata cum clausula excludente usumfructum, bona filio legata ad finem certum et determinatum; usufructu et administrations, bona acquisita ob servitium militare, magistratum vel officium publicum; bona legata vel donata cum clausula excludente administrationem (art. 390. 391). — Codex *Hollandiae* regimen *patriae potestatis* et regimen *tutelae* distinguit. Prius morte alterutrius coniugis vel dissolutione matrimonii cessat. Succedit tum regimen tutelae, quam parens superstes regulariter habebit, servans tamen usumfructum ‹done» filius non fuerit maior natu vel emancipatus (366 ss. 100 ss.). Codicis *Austriac* proprium est ut neget usumfructum legalem, sed universam administrationem bonorum patri concedit (art. 139-154).

b) Iure Codicis *Germanici,* pater vel mater, si patriam potestatem exerceat. usumfructum bonorum filii usque ad huius maioritatem vel matrimonium (nisi celebratum sit sine patris consensu, eum is erat necessarius) conservat Excipiuntur res usus personalis, ea quae proprio labore vel personali, sibi permissa arte, filius acquisierit, vel quae ipsi cum clausula usumfructum excludente legata vel donata fuerint. Pater isti usufructui renuntiare potest (art. 1649-1688).

c) Angliae leges nullum ius in bona filiorum parentibus tribuunt.

Si vero filius salarium lucretur, parentes eum gratis alere non debent. Stipulationes de alimentis inter filios et parentes permittuntur.

d) In *U. S'.* **J.** pater vel. post huius mortem, mater ius habet a»l servitia et lucra filii quam diu filius non emancipatus eorum tecto recipitur et ab ipsis alitur. Nihil aliud statutum est.

B) *De Fitiin illegitimis.* Possunt esse *non agniti, agniti* ab alterutro parente vel ab utroque; demum *légitimât!.* Non agnitus per se condicionem orphani sine familia sortitur; non prohibetur tamen filiationem suam respectu matris, immo etiam, secundum pluresleges, respectu patris demonstrare. Ac mater certa nomen ipsi dare solet. et officiis matris fungi debet. Plerumque, quam diu minor natu est a tutore repraesentatur. *Agnitio,* quando permittitur (saepe enim adulterini et spurii agnosci vetantur) obligationes mutuas firmat, viam sternit legitimation! ; effectus iuridieos alios in alia leg, producit. *Legilimatione* illegitimus filio legitimo aequiperatur. (Cf. tamen supra, n. 302, de iure canonico.) Ubique legitimatio per subsoquons parentum matrimonium admittitur.

Modus saepe etiam admissus est decretum Principis seu supremi magistratus rei publica»;. Huic substituit Codex *Germaniae,* art. 1723-1710,

declarationem qua, postulante patre, auctoritas publica filium declarat legitimum.

Codice *Auntriae* (165-171), illegitimi nomen matris assumunt, alimenta et institutionem a parentibus exigere possunt, sed a tutore repraesentantur. Codice *Ifollandiae,* filias illegitimus nomen matris assumit; agnitus tamen nomen patris usurpare potest; excepta autem obligatione alendi, qua pater gravatur, filius non agnitus nullas juridicas relationes cum parentibus habet. Codice *Italiae* (179-193), tilius agnitus nomen sumit parentis a quo agnoscitur: patris, si ab utroque parente agnitus fuerit ; et obligationibus et iuribus iam satis similis lit filii legitimi ; legitimatio autem tum per parentum matrimonium, tum per decretum regium obtinetur (194-201). Simili iure utitur *Hiepania.* Codex *Braeilieneie* (379-395) patriae potestati directe subdit, quatenus minores sunt, filios legitimos, legitimates, legaliter agnitos, adoptivos. Filius non agnitus matri subditur. Parens qui eum agnovit usumfructum in bona minoris obtinet. Lege 2 ini. 1907 condicio liliorum illegitimorum plenius in *Gallia* ordinata est. Potestas patria parentibus qui eos agnoverunt, non excluso usufructu, addicitur; parens tamen qui patriam potestatem exercet bona non tamquam parens sed tamquam tutor administrat. — Cf. Colin et Capitant, I, 588 ss.

Germaniae Codice (1589. 1705-1718) tilius illegitimus patri (excepta alendi obligatione) buiusque familiae quasi extraneus est ; dum matri huins-<|ue familiae iuridice quasi legitimus est. Nomine matris nominatur; semper tamen tutorem habet.

Anglia iure, mater patriam potestatem in tilios illegitimos possidet; agnoscendo filium, pater mere obligationem alendi contrahit.

§ 2. — De Uxoribus.

376. — I. Principia. 1. Ex ipsa matrimonii natura, potins quam spoliatorem bonorum, uxor maritum obtinet administrat ionis adiurorem, et maritus onus alendi uxorem assumit, quatimus haec indigeat. Simul tamen votis naturae consentaneum est. ut quaedam bonorum societas inter utrumque coniugem ineatur.

2. Quia autem uxor non est ancilla sed socia mariti, ut ex bonis communibus expensas (pias uxor curare, sidet, faciat, consensum mariti facile praesumere potest; modicas et cotidianas eleemosynas largiri permittitur; si maritus bona dilapidet, potest, ad grave damnum familiae avertendum, vel ad servandum ius quod familia habet ut ex bonis communibus alatur, bona illa subducere, abscondere, tuto collocare. Verum ab alucinatione cavendum est.

3. Saepe inter communia onera matrimonii sunt alimenta quae indigentibus uxoris parentibus aut proli ante susceptae

tribuenda sunt. Imino, ubi bona uxoris non sufficiant, ipse maritus his alimentis praestandis pro viribus tenebitur.

Ilis sepositis, permittunt uxori ut. etiam ultra id quod ceteris pauperibus tribuere potest, moderate, attenta viri condicione, succurrat parentibus vel proli, quae misere secundum suum statum vivant. Si tamen lines consuetarum eleemosynarum multum excedere debeat, ex bonis suis sumere debet unde haec prestet. Quae si desint, consensum mariti postulet. Si is non rationabiliter invitus fuerit, possit uxor quae largitur in partem computare bonorum quae ipsi post dissolutum matrimonium obtingent.

4. Hactenus quae sine iuris positivi consideratione iam per se valent. Ipsum autem positivum bonorum regimen, quod varium secundum varias leges et privatas pactiones inducitur, conscientiae obligationes non parum afficit. Cum multae sint et satis complexae, earum expositio provinciam theologi moralis excedit. Immo cavendum est ne expositione quae pro satis completa haberi poterat, rudes iuris decipiantur. Quare per sumina quaedam capita leges istas memorabimus, ut saltem prudenter dubitandi et peritos interrogandi occasio detur.

Porro, *pro conscientiae utilitate,* haec praecipue, in sua quisque regione videre debet: 1. ex quisbusnani bonis, matrimonii oneribus satisfaciendum sit ; — 2. quaenam bona ab uxore libere administrentur aut saltem plene quod ad dominium et usumfructum ad ipsam pertineant ; — 3. quaenam iura utrique coniugi competant in bona communia. Fit enim nt. durante matrimonio, ipse maritus sit solus arbiter et dominus communitatis, solis quibusdam actibus ipsi prohibitis. Et tunc, quam diu se intra legis terminos continuerit. iniustitiae argui nequit. Si autem mere fuerit societatis administrator, partem uxoris laedere non poterit.

377. — II. Adumbratio legum positivarum. 1. *Varia legis positivae initia.* ‹t) Assumptio mulieris in uxorem considerari potest ut acquisitio quae utilem rei domesticae gerendae et necessariam gignendis liberis operam viro procurat: tunc sponsa pretio (plodam redimenda erit ab iis in (piorum manu seu potestate detinebatur; (pii mos fuit antiquorum Romanorum, diu symbolica coemptionis caerimonia repraesentatus (Cf. Vidal, *Jnstitutiones iuris civilis liomani.* n. 317), Orientalium; et adhuc

apud hodiernos Africae barbaros perseverat. *b)* Potest etiam et melius concipi ut receptio sociae quae officia et onera vitae communis et alendae prolis participabit. Tunc, ipsa vel qui eam tradunt, marito afferre conabuntur unde onera matrimonialia ipsi leventur. Hoc ipsum duplici ratione fieri potest, sive quadam bonorum societate, sive constituta dote, i. e. stabili quorundam bonorum deputatione ad onera communia compensanda. — *c)* Demum causae personarum et bonorum separatae manere possunt, ita nt logica consectaria vitae matrimonialis communis statutis positivis ignorari videantur.

Omissa prima ratione, quae apud excultos populos hodie antiipiata est. altera communissima evasit, ita ut tertia iuris *(common law)* Angliae et U. S. A. propria dici queat.

2. *Pacta nuptialia.* Ubique partibus licet regimen bonorum quod per matrimonium vigebit, privatis pactionibus ordinare. Ac pro earum momento, pactiones istae plerumque actu authentico coram competente officiali (notario) conficiendae sunt.

In hire *latino,* pactiones istae iam non possunt post matrimoniuni vel fieri vel mutari. Excipe tamen rem publicam *Helveticam, Coetaricenacm, Guatemalenaem* et *Mej-icanam* (1979), quarum leges mutationem etiam pofit celebratum matrimonium permittunt.

lure *Germanico* autem, *Americano* et *Anglico,* etiam post initas nuptias pactiones fieri vel mutari possunt. Sed in Anglia non est usus hniusmodi pactionum.

Solent praeterea leges latinae et Codex Germaniae potissimas formas praevidere et ordinare de quibus partes facile conveniant.

Sic Codice *Galliiu* et *Belgii* distinguitur regimen *communifatia,* quod ut plurimum in Belgio et in parte septemtrionali Galliae usu venit, et regimen *dotale,* quod in Gallia meridionali praevalet;. In regimine dotali, ipsa lege distinguuntur bona *dotalia,* quae mulier ut dotem attulit vel quae ei in contractu matrimoniali data sunt, et cetera uxoris bona, quae *paraphernalia* appellantur. Vir bona dotalia administrat, iis fruitur, sed expensis vitae communis consulere debet. Durante matrimonio, bona dotalia, saltem immobilia, exceptis quibusdam casibus, alienari non possunt. I'xor paraphernalia administrat et libero de redditibus disponit. Si tamen *uxori* nulla nisi paraphernalia bona fuerint, pro rata (piae convenit parte, communes impensas praestabit; ac, si nihil convenit, tertiam redituum partem in id erogabit (art. 1575).

Communita hae nota distinguitur, ut non solum (quod omnis regiminis commune est) massa quaedam communis ad onera matrimonii ferenda constituatur, sed praeterea, quaedam bonorum societas efficiatur cuius etiam passivae obligationes tum pactione tum lege determinantur.

N. B. *Onera matrimonii* Hunt proprie impendia vitae communis, «t obii· gationes quae coniugibus ab ipso matrimonio profluunt; inter quas, pro inurito, obligatio alendi uxorem reponitur. 1'nde, v. g. educatio liberorum *praecedenti* matrimonii, hoc nomine nec proprie nec semper venit.

Circa bona communia, uxor quaedam potest ut *ocia* viri ; quaedam, ex *praexumpta* mariti *voluntate,* quaedam ratione *dentinationi bonorum* communium. Cf. LUGO, *fin* d. 16, n. 63.

Communitas inaequali amplitudine constitui potest. Distinguitur enim communitas universalis, communitas rerum mobilium et rerum per matrimonium acquisitarum; communitas mere rerum acquisitarum (di *acquinfi, d'aequet* réduite aux acquêts). Potest etiam communitas simpliciter excludi vel regimen separationis positive statui. Regimen exclusae communitatis nsumfructum quidem, non autem administrationem bonorum marito tollit. Hanc etiam ei aufert regimen separationis bonorum.

Pro periculis quibus negotia mariti exponuntur, pro aequali vel inaequali rei familiaris possessione; pro condicione coniugum, qui vel ambo primum nubunt, vel liberos e priore coniugio habent; pro fiducia in prudentem mariti administrationem. regimen suadendum variabit. Tractationes de his pactis inter utriusque partis parentes fieri consueverunt.

Observes, in pactis nuptialibus Belgii et Galliae, quaedam de futura hereditate statui posse, quamvis, extra ista pacta, hniusmodi clausulae omnino prohibeantur et irritae sint. Facultas tamen ista non in omni inr»· latino conceditur.

3. Si nulla pacta nuptialia tacta sint, ipsa lex regimen definire solet; ac:

a) lure *latino* statuitur regimen cuiuspiam communitatis sive universalis, nt in *Hollandia, Italia, Braziliana* republics, sive unionis bonorum, ut in *Helvetia* (’), sive mobilium et acquisitorum per matrimonium ut in Codice *Galliae,* et pluribus Codicibus *America latinae,* et in *Canadcn* Codice (J.. sive tantum rerum acquirendarum per matrimonium, ut in Codice *Hispaniae; — b)* Codice *Germaniae* statuitur communitas administrationis penes maritum, et marito tribuitur ususfructus bonorum uxoris cum onere ferendi expensas matrimonii: — *e)* in *Anylia* et (. 5. *A.* bona separata manent. Pauci tamen Status *America rptemtrionali* communia reddunt bona quae per matrimonium acquirantur.

378. I. De dote. Nomine dotis plerumque intellegitur qu:i<· dani summa bo'norum quae sive uxori, sive etiam marito donantur

«, In *Hclvttia* distinguitur, praeter regimen separationi» bonorum, regimen unionis bonorum, et regimen communitati» universalis. In utroque efficitur ex bonis coniugum *utunt* jatrmonium, ad utcumque pertinens; sed magis omnia bona, complectitur communio universalis.

ad onera matrimonii compensanda. In omni regimine hniusmodi dos afferri potest-far, pro ipso electo regimine, manebit alterutrius propria vel liet communis, nec speciali lege regitur. — In *regimine dotali,* dos a muliere affert liret peculiare, modo supra adumbratum, statutum habet. — Verum in *Anglia* et *Γ. S. A.* (ex *common law)* et etiam in Codice *Canadensi Q.,* nomine dotis intellegunt bona quibus potius alimentis uxoris et filiorum providetur. Etenim *dower,* dos (ex antiqua voce *douaire)* est in America Sept, et in Anglia ususfructus vitalieius quem vidua in partem bonorum defuncti mariti obtinet. In Canadensi regione, dos, quae legalis vel conventionalis esse potest, obtingit uxori superstiti: vel si ipsa prior moriatur, tiliis ex isto matrimonio natis. — Praeterea, dum aliae leges, v. g. *Belgii, Galliae,* nullam *dotandi* obligationem creant. Codex *Hispaniae* (1340. 1341) patrem vel matrem vel superstitem parentem obligat ad dandam tiliae legitimae in dotem dimidiam partem praesumptae portionis legitimae, nisi minor natu nupserit sine parentum consensu, vel nisi tilia iam aequivalentia bona propria habeat.

Pro dotis securitate, cum dos restituenda est, leges vel ipsae hypothecam legalem in bona mariti constituunt, vel hniusmodi constitutionem permittunt.

Aivricri.es III. — De Clericis.

379. — Varia clericorum bona. Clericis varia bona obtingunt:

1. Titulo *profano :* sive hereditate, sivi donat ione aut legato, sive labore aut industria profana. Bona ista vocantur patrimonialia, et nulli peculiari regulae obnoxia sunt.

2. Titulo permanentis *officii sacri,* idque dupliciter: *a)* vel sunt reditus *stabilis beneficii.* De his c. 1473 haec habet: « Etsi beneficiarius alia bona non beneficialia habeat, libere uti frui potest fructibus benefieialibus qui ad eius honestam sustentationem sint necessarii; obligatione autem tenetur impendendi superfluos pro pauperibus aut piis causis, salvo praescripto c. 239, § 1, n. 19». Hoc praescripto, Cardinales liberam, ex privilegio, dispositionem istorum fructuum consequuntur, excepta supellectili sacra, quam loco pio vel personae religiosae aut ecclesiasticae dare debent, nisi malint (qui in 1'rbe domicilium habent) ut pontificio sacrario re ipsa cedant. Cf. c. 1298.

Non constat tamen obligationem esse *iustitiae*. Quare. peccat quidem graviter contra religionem clericus qui inulto maiorem quantitatem quam ad furtum grave requiritur male expenderit: sed neque ipse est restitutioni obnoxius; et qui. sine dolo vel iniusto medio, bona ista a male distribuente accipiunt, facile etiam a peccato mortali sunt immunes. Quaestionem fuse expo sitam roperies apud (’a r r ièr e. *De iustitia et iure,* I. 153-176.

b) Vel sunt *oblationes* quae dicuntur *iura eurialia* seu *stolae.* Haec debentur v. g. parocho ut parocho, pro baptismo, matri monio, funeribus, quamvis iis non intervenerit (c. 643. § 3). De his, infra.

3. Titulo *exercitae functionis sacrae :* sunt *stipendia.* Quamvis Ecclesia ius habeat obligandi clericum ut superflua piis usibus destinentur, hanc obligationem non instituit. Ac distributiones chorales stipendiis aequiperantur.

4. Propter *parsimoniam.* Bona sic obtenta, tamquam fructus industriae personalis, patrimonialibus assimilantur.

Bona oblationibus et stipendiis obtenta vocantur *casualia* (quamvis non unus sit usus vocis).

Ad quodnam ergo bonorum genus *iura stolae* ascribenda sunt ? Magis recepta hodie sententia eadem bonis quasi-patrimo-nialibus assimilât (Ca r r ièr e, I. η. 182).

Nunc tamen observandum est, vi c. 1410, per iura stolae, et etiam, si omnes reditus beneficii choralibus distributionibus con-stant. per duas distributionum partes, dotem beneficii constitui posse. Quod si fiat, iam rationem bonorum ecclesiasticorum in-duere demonstrantur. Quaestio inde exoritur utrum necne su-perflua dotis sic constitutae debeant, non secus ac reditus bene-ficiates bonorum (piorum proprietas est penes ipsum ens iuridi-cnm. pauperibus vel piis rausis applicari. Si verba generalia c. 1173. imperantis, sine alia distinctione, ut fructus bénéficiâtes, sustentationi superflui, pro pauperibus seu piis causis impen-dantur, obligationem aflirmaveris; si vero rursus consideres hactenus, ante beneficii erectionem, eadem plene, sine isto onere fuisse rectoribus acquisita, et alibi, v. g. in Belgio et in Gallia, ex ipsis responsis §’. *Daenitentiariac* 19 ian. 1819 et 9 aug. 1821, haec in liberum dominium parochorum transire, concludes quae-stionem istam sine S. Sedis auctoritate bene solvi non posse. (Besponsa cf. (’a r r ièr e *De iustitia et iure,* I. 194). — Multo magis interventus iste erit necessarius, si Praelatus dioecesanus

velit nt superflua ista lini quem definierit a parochis addicantur. Sic, in non uno Vicariatu Apostolico, iura stolae com putari consueverunt in summam annuam quam Vicarius A postulions missionariis pro ipsorum sustentatione tribuere debet.

In *Belgio* (et olini in *(lallia)* et in partibus *Jlollan(Huc* quae anno 01 (Concordati) ad Galliam pertinebant, annua salaria «piae a Gubernio episcopis. canonicis et purouhis (etiam iis qui succursalistac dicuntur) solvuntur. repraesentant fructus beneficii et eorum iure reguntur (cfr. reap. *Paenit.* 19 ian. 1819: 9 aug. 1821). Illo iure vero non reguntur annuae summae quae solvuntur vicc-paroehis, cum hi non habeant beneficium —(sic De Brabandore contra Marres), — nec *supplementa,* quae interdum a municipiis seu parochiis ad annuam pensionem adduntur; nec *pensiones* quae ministris sacris, postquam oficio suo defuncti sunt, assignantur: functiones sacras enim non respiciunt. (Cf. Génicot-Sai.smaxs, I, 475 nota 1, Aertnijs-Damex, I, 663 Q. 5, qui diversimode de supplementis opinatur.)

Consilium. *Per se* decet ut clerici operibus piis destinent quidquid ipsis superest emolumentorum «piae ex sacris functionibus vel earum occasione obtinuerint. Cfr. Leiimk., I, 1072 nota, p. 607, qui multus est in tota quaestione versanda n. 1072-1075.

380.— De oblationibus. Pecuniae a<l certum finem *collectae* vel capsulis traditae ad illum finem applicari debent. Oblationes *libere* factae a fidelibus in territorio.parochi et in loco ei subiecto (non ergo in ecclesiis regularium, seminariorum, etc.) praesumuntur parochis concessae. Hodie tamen intentio fidelium, ex praxi satis communi, potius esse videtur ut solae oblationes inter missam ad altare, vel pro certis ministeriis collatae parocho cedant. Cf. De Meester, *Juris can. Comp.* II. η. 836. 837.

Debentur a fidelibus vigentes ex legitima consuetudine taxae occasione administrationis sacramentorum. Parochus ius habet illa exigendi, etiamsi ipse per se munere non sit functus, ita tamen ut iis qui solvendo non sunt gratuitum ministerium non deneget (c. 463). « Recusantes prudenti arbitrio Ordinarii puniantur, donec satisfecerint » (c. 2349).

Articulus IV. — De Religiosis.

381. — Conspectus generalis. Ex ipso statu religioso, ut sic, nulla incapacitas Huit. Et per se integra servant iura sua religiosi, in famam, membra, corpus, animam, sed specialibus obligationibus oboedientiae satisfacere debent.

Quod ad bona fortunae, *sollemniter* professi, ex iure *communi,* nec bona (piae possidebant servare nec sibi alia acquirere (c. 579. 5.81. 5.82) possunt. Incapacitas quae sollemnem professionem sequitur, primam originem habuit civilem. *Simpliciter* professi debent, ante professionem, administrationem bonorum suorum cedere cui voluerint, et, nisi constitutiones aliud ferant, de eorundem usu et usufructu libere disponere possunt (c. 569). In *Congregatione* religiosa, debet novicius, ante professionem votorum temporariorum testamentum de bonis praesentibus vel forte obventuris libere condere, quod testamentum nequit *licite* post vota sine licentia S. Sedis, aut, urgente causa, sine licentia Superioris mutare. Nec licet professis in Congregationibus religiosis dominium bonorum suorum titulo gratioso per actum inter vivos abdicare (c. 5(59. 579. 583). — Demum professis commune est ut quidquid industria sua vel intuitu religionis acquirant, religioni acquirant (c. 580, § 2).

SUMMARIUM.

382. — 1. Subiectum iuris esso possunt personae *physicae* et personae morale», i. e. entia quae, physice quidem non subsistunt, sed. propter veram a nobis perceptam unitatem, in nostra morali existimatione, rationem personne participant. Et *plene* quidem, si agitur de Ecclesia catholica et Apostolica Sedo, quae iure divino positivo, vel de societate civili perfecta et Statu, quae iure divino-naturali sibi propter finem seu bonum commune inviolabiliter exsistunt, ac proin iura habent; minus plene, si agitur de personis moralibus inferioribus, quorum personalitas formali potestatis publicae agnitione vol creatur vel completur. ‹ *'ompltlue,* si agitur de consociationibus (piae de se (piandam unitatem habent ; *creatur,* si agitur de rebus quibusdam vel patrimoniis quae, alicui tini addicuntur ita ut quasi separutini exsistere videantur.

II. Iura personarum moralium inferiorum saepe lego publica valde restringuntur.

Hodie quidem omnes physicae personae huius terrae sunt dominii eapaces; sed quarundam personarum capacitas ob varias causas positivo circumscribitur. Ita :

1. *Filii-familia* quam diu actus humani incapaces sunt, — non secus atque amentes, — per eos qui ipsos repraesentent bona acquirunt et possident.

Ac postea etiam, variis legis dispositionibus, contra aetatis infirmitatem proteguntur. Bona sua generatim non administrant ; immo saepe aliquis usufructus bonorum suorum et quidquid, coninneto cum parentibus, lucrantur, exercentibus patriam potestatem tribuitur. Parentes, ex pietate ipsis, saltem indigentibus, alimenta debent, nec inviti esso possunt quin filius, in necessitate, sibi sumat quantum ex hoc titulo ipsi debetur. Expensas pro se factas rationabiliter compensare atque indigentibus parentibus opem ferro filius per se tenetur.

Expressa vel tacita parentum voluntate aestimandum est quid tilias possit vel non possit circa parentum bona : sic quae ad certum finem data sunt non potest, salva iustitia, ad alium finem applicare, praesertim minus utilem vel rationabilem. Pariter, ox adiunctis aestimandum est quamnam operam filius gratis parentibus praestare censeatur : ut si pauperes sint, vel modicum sit lucrum, si una eum aliis coeperetur, si labor ipsi peritiam det. — Propter proportionatam causam ipsi lilio licebit aliquam rei familiaris administrationem arripere. — Etiam quae iniusto facta sunt non raro, pro pter tacitam condonationem, obligationem restitutionis non inducent. — Demum, facilius occulta compensatio, iam facta, excusari quam praevie permitti potest. Optandum vero est ut pactionibus claris occasio huiusmodi compensationum declinetur.

2. *Uxori* regimen patrimoniale plurimum ex pactis nuptialibus delinitur. Saepe maritus uxoris bona administrat et pluribus actibus iuridicis suae uxoris consensum dare debet. Id, qua marito snbordinata, et minus, ex praesumptione, idonea, admittere debet. Qua *eocia* vero, modicas eleemosynas largiri permittitur et plura rationabiliter praesumere potest.

3. *Clerici saeculare* sua bona patrimonialia, immo, per se, quae occasione functionis sacrae lucrantur, sicut cetera possident et administrant. Fructus tamen beneficiates, qui honestae sustentationi supersunt, debent, si Cardinales excipias, saltem ex religione, pauperibus vel piis operibus deputare. Quaonam oblationes libere a fidelibus factae ipsis obtingant : id ex intentione fidelium, quam usus receptus declarat, diiudicandum est. Hodie parocho cedere tantum praesumuntur oblationes inter missam ad altare, vel pro certis ministeriis factae.

Atque nunc, propter c. 1110, observandum praeterea est si forte oblationes in dotem beneficii constitutae sint.

i. *Jleliffiosi, ex* solo iure positivo, incapaces quorundam actuum fiunt, et ad quaedam obligantur facienda vel omittenda, ut in tomo III, n. 125-134 explicatur.

CAPUT III.

De obiecto iuris.

383. — I. Quaenam fieri propria possint, quaenam non.

1. Numquam ipsa persona, sed res, ad hominem ut propria pertinere potest. *Per se* propriae possunt fieri omnes *res*: res exteriores et corporis vire.s, membra: non solae res materiales sed etiam *immateriales,* puta facultates nostrae superiores: non solae res physice exsistentes, sed *entia* quoque *rationis,* seu quae in morali existimatione sunt, v. g. fama.

Per se, inquam. Nam lex potest quasdam res *extra commercium* ponere, ita ut in nullius dominium privatum seu quasi privatum venire queant: puta plateas, in iure civili.

Plures tamen res *imperfecti* tantum dominii obieetum esse possunt. Sic plenum dominium corporis et facultatum Deo reservatur. dum homini mere utile dominium concessum est. *Fama* tamen in perfecto hominis dominio versatur.

Nec omnes res *ab omnibus* possideri possunt. Sic plenum dominium utile facultatum, virium, vitae, alii atque homini qui ex iis constituitur competere nequit. Sic etiam quaedam res sacrae possunt ecclesiastica auctoritate dominio laicorum excludi. Quaenam vero partes utilis dominii personae ab aliis possideri possint, id aliter in alia lege et temporis periodo statuitur. Amplissima olim in mancipia potestas concedebatur, dum hodie minima aliena potestas lege civili conceditur, cum operae humanae in perpetuum locari nequeant; nec, qui operas promisit, ad illas praestandas invitus cogi possit, sed damnis tantum pro negata opera teneatur.

2. Non solae *res,* sed etiam iura de rebus possideri possunt.

Immo de solo dominio perfecto, vel ipsam rem vel rei dominium haberi indifferenter dici potest. Cum dominium est imperfectum, potius, seu magis directe, *ius* quam ipsa *res* in nostro dominio versatur. Quare, cum negent perfectum dominium rei immobilis haberi posse, Angli satis logice nomine *estate* possessam iuris quantitatem designant, et de *estate* potius quam de ipsis rebus sermonem habent.

3. *Quaedam sine lege positiva esse vel Jieri propria non possent.* Sic iura ista exclusive edendi librum, conficiendi machinas, (piae

saepe communi nomine *dominii auctorum* designantur. De his, quae cotidie numero crescunt cf. dicenda de *Monopoliis.*

384. — II. Quomodo res dividantur. Porro res aliae sunt *mobiles,* quae se movent vel facile de loco moveri possunt; aliae sunt *immobiles.* Immobiles vero dicuntur aliae *natura sua,* sive per se, ut agri, domus, sive ut adhaerentes rei immobili sint tales: ut *v. g.* specula muro inserta; aliae sunt tales ut servitio, utilitati, v. g. praedii addictae: sic instrumenta, animalia praedio rustico excolendo deputata, dicuntur immobilia *destinatione sua.*

Divisio ista in pluribus legibus ad ipsa *iura* traducitur, ut immobilia dicantur iura quae rem immobilem, mobilia quae reni mobilem afficiunt. Quare vocantur immobilia *obiecto applicationis.*

De divisione ista igitur quid leges habeant; quid iurisperiti de sensu legum pronuntient, attendendum est.

Aliae res sunt *fungibiles,* aliae *non fungibiles.* Fungibiles genere, non fungibiles individuo corpore determinantur. Adiuncta efficere possunt ut eadem res, plerumque fungibilis, per accidens ut non fungibilis tractanda sit, et contra.

Aliae res sunt, *consumptibiles,* quae primo usu naturaliter vel civiliter (ut pecuniae) consumuntur: earum usus in abusu consistere dicitur. Aliae res *non* sunt *conswnptibiles.*

SUMMARIUM.

385. — I. 1. *Propriae* fieri possunt *solae res,* numquam personae. Per se omnes res propriae fieri possunt : tum materiales, tum immateriales; tum physice exsistentes, tum entia rationis, quorum moralis aestimatio habetur: puta famam. Verum plures res lege positiva, sive ecclesiastica sive civili, extra commercium, saltem privatorum, positae sunt.

Propria quoque sunt *iura ;* immo, si dominium perfectum excipias, potius quam res, iura possidemus.

2. *Non omnes res* obiectum perfecti dominii esse possunt. Sic, corporis et facultatum homo non habet nisi dominium utile. Fama in perfecto dominio versari potest.

3. Nec omnes res, possessioni subiectae, *ab omnibus* possideri possunt. Sic a quibusdam rebus possidendis excluduntur privati ; ac plenum dominium utile facultatum et virium alii cedi non potest.

4. Sunt res vel iura quae sine positiva lego nequeunt fieri propria. Sic, quod dicitur dominium anctorum.

II. Alian res sunt *mobile* aliae *immobile* sive natura ena, sive <le>rination e, sive obiecto applicationis. — Aliae res sunt *fungibile* aliae *non fungibile* — Aliae sunt *consumptibile* aliae *non consumptibile*

CAPUT IV.

De modis acquirendi iura in genere.

386. — I. Quid sint. *Modi acquirendi iura* sunt *causae proximae proprietatis, sive rei sive iuris.*

II. Quot sint. 1. Alii modi sunt *originales* seu *originarii,* alii *derivati.* Derivati modi formalem *successionem* in alterius ius continent; dum per modos originales res (seu ius) primum vel quasi primum possidetur. *Primum,* quando res quae nullius erat fit alicuius; *quasi-primum,* (piando res quae in cuiuspiam dominio versabatur, ab altero per titulum seu causam nullatenus cum prioris iure conexam acquiritur. Sic originali usucapionis modo res alterius comparatur.

Successio ipsa est *universalis* vel *particularis,* prout patrimonium sive totum sive eius partem, vel rem particularem afficit.

2. Alii modi sunt *naturales,* qui ab ipsa natura, ut vera *occupatio, donatio ;* alii *civiles,* (pii a lege, sic *thesaurus,* et. ut plerisque placet, *praescriptio,* vim habent. Alio usu, *civiles* appellari possunt quotquot modi acquirendi lege civili sanciuntur. Plerumque modus acquirendi est *mixtae* originis, quatenus lege sancitur modus naturalis, ut puta occupatio, cui per se aliquid desit. Modus mixtus est ipse *contractus.* Cum lege possis rem tenere vel quasi primus vel quasi ab altera acceptam (successio ex lege), lex. pro variis causis, in titulis originariis vel derivatis annumeratur.

Modi acquirendi sunt *occupatio* et *thesaurus, accessio, praescriptio, contractus, hereditas, testamentum.* His. ut rausae iurium, accedunt *munera* et *delicta* vel *quasi-delicta.*

SUMMARIUM.

387. — *Notione# generales.* Modi acquirendi, seu causae proximae proprietatis : *a)* alii sunt *originales,* quibus res primo vel quasi primo possidentur; alii, *derivati,* quibus in alterius ius formaliter succeditur. Successio est *uni-*

vernali», si patrimonium vol oins quotam partem ; est *particularia,* si reni ut particularem afficit ;

b) Alii sunt *naturale»,* quae ab ipsa natura, ut vera occupatio, donatio ; alii *civile»,* qui a logo, ut thesaurus ot praescriptio, vini habent; quamquam omnes modi acquirendi, positiva logo sanciti, civiles dici queant. Plerique sunt *mixti* : sic ipsi contractus. Causae iurium sunt praeterea munera, delicta et quasi delicta.

CAPUT V.

De modis originariis acquirendi iura.

Articulus I. — De Occupatione et Thesauro.

§ 1. — De Occupatione.

Ordo dicendi. — Praeposita occupationis notione, agemus successive do bonis vacantibus, <lc animalibus, do rebus nuper amissis et acie vel naufragio perditis.

388, — Quid sit occupatio. I. Occupatio est *apprehensio rei nullius cum animo eam ut propriam habendi.* Apprehensio requiritur idonea ad demonstrandam rem esse, pro natura sua, alicuius potestati subiectam vel eidem servire ad usum qui communis esse nequit. Tale factum rem exteriorem cum particulari persona conectit, ita ut huic specialiter addicta appareat; et sic ab abstracto proprietatis iure ad concretum ducit, postquam regimen stabilis bonorum divisionis expresse vel tacite agnitum est. Occupatio dicitur *factum primigenium* seu titulus qui privatis possessionibus originem *per se* dedit.

389. — II. De bonis vacantibus. Possuntne et quomodo bona vacantia occupari.' Vacantia esse intelleguntur tum bona quae ad neminem pertinuerunt, tum ea quae vinculo ad dominum soluta sunt. Hac ratione res mobiles derelictae et animalia occupantur.

Plurimae autem hodiernae leges *bona immobilia* vacantia Statui addicunt. Quocirca fisco eadem sibi vindicanti concedendum est. Nulla autem est per se obligatio bona ista manifestandi Statui; et, quam diu Status ea non vindicet, naturalis occupatio minime impedita videtur.

Magis severe tamen theologi morales *HoUandiae* communius opinantur ius commutativae iustitiae esse, secundum patrium Codicem (576), ab initio in illa bona tisco acquisitum, praecipuo in hereditatem vacantem. Sic vax Gestei., S. I., *De iustitia et lege cicili,* LXI, 111-118; Cornelias®, *Compeml. theol. vior.,* II, 99; DUYNSTEE, 111, contra tamen Marrés, *De iustitia,* I, 281.

Notabile quoque est ius plurium Statuum *Americae Sept,* quo bona alienigenarum qui sino testamento decesserint, aequiperantur bonis vacantibus, ita ut a tisco vindicari possint. Seclusa tamen vindicatione, tiliis vel propinquioribus consanguineis licere videtur ut freti titulo naturali, ubique gentium vigente, ea sibi sumant. Nec eum damnant qui, praetermissis propinquis, bona ista non quidem sibi sed pauperibus vel pio operi addixerit. Cf. Kenrick, tr. X, n. 64; Sabetti, n. 381.

Codex autem *Germaniae,* art. 928 coll, cum art. 190 legis introd., ita statnit ut Status bona immobilia vacantia *sua facere posset;* eadem autem Statui acquirerentur per inscriptionem in tabulis rerum immobilium *(Grundbuch).*

390.—III. De animalibus. A. Ex iure naturae: 1. *Animalia* distinguunt ur *mansueta* seu *domestica,* quibus *mansuefacta* seu *cicurata* accensentur, et *silvestria, fera* seu *efferata.* Priora, ex ipsis moribus quos sive communiter, quasi natura sua, habent, sive educatione acquisierunt, se esse sub dominio hominum produnt, etiam cum domini custodiam evaserunt. Posteriora indolem iugi impatientem vel servant vel recuperarunt.

2. *Mansueta* dominum habent. Quare, nisi derelicta sint, occupari non possunt; et qui animal ex incendio vel alio periculo liberarit, illud domino reddere debet, obtenta compensatione laboris, et damni, si quod fuerit.

Permittunt tamen (ex iure naturae, non autem ex iure positivo) ut quodam defensionis titulo, si necesse sit, occidas aves parvi valoris (columbas columbarii) quae v. g. tempore seminum vel messis, notabiliter noceant.

3. *Mansuefacta* et etiam *silvestria captirata,* dominio (stando iure naturae) non excidunt nisi, efferata vel fugitiva, facile capi nequeant, ita ut nova proprie dicta venatio necessaria sit. Quare nec columba quae mere mutaverit columbarium (contra ac plures dicunt), nec leo qui, in oppido, evaserit carceres quibus concludebatur, per se occupari possunt. Lex civilis quaedam positivi de columbis statuere solet, et, quodam accessionis iure, domino columbarii eas addicere quae, sine fraude attractae, ex alio columbario in suum transierunt. Similis dispositio sancitur de cuniculis et piscibus qui in aliud leporarium vel piscinam migra-

verint (art. 462 Cod. civ. ital.). Seel cave ne columbas ordinarias confundas cum specialibus istis quae «itinérantes» vocantur et signo domini munitae saepe magno pretio veneunt.

4. *Examen apum,* quam diu facilis est eius insectatio, pertinet ad dominum alvearii e quo evolaverit. Postea fit primi occupantis, ex iure naturali.

5. Animalia *silvestria* eius sunt in cuius physico dominio sunt et manent. Si in nullius dominio sint, venatione occupari possunt. Violari tamen potest ius quo quivis alios a suo fundo excludere permittitur; vel ius exclusivum *venandi* quod dominus sibi réservant (Cod. it. art. 712), vel ius exclusivum *piscandi* quod ex proprietate fundi vel ex locatione cuipiam competere solet. Quare: *a)* occupari nequeunt sed ad dominum fundi vel stagni pertinent animalia vel pisces quae ita loco clauso tenentur ut singula corpora satis facile apprehendi possint; — *b)* etiam si singula non sint occupata, in conscientia et ex lege de damnis tenetur qui quantitate capturae ius exclusivum venandi vel piscandi deterius fecerit; — *c)* et quamvis, etiam in fundo alieno, fera acquiratur occupatione ab eo qui illam occiderit aut ita vulneraverit vel laqueo ceperit ut e manibus eius non sit evasura, et pisces ad eum pertineant qui eos hamo vel rete prendiderit, nihilominus facile admittitur ut dominus fundi, si eius possessio violata fuerit, quodam compensationis iure praedam sibi sumat.

Nec turbanda dicitur eius bona fides qui pisces nassa aliena captos, absente piscatore, abstulerit, quasi nondum sint apprehensi.

Non nulli recentes auctores, Cornelisse, II, 69; Duynstee, 142; Phummer, II, 42, 4 (saltem cum clausus est locus quamvis valde amplus), obligationem astruunt restituendi ei cuius exclusivum ius venandi vel piscandi violatum sit, pro rata spei quam is habebat capiendi has feras vel hos pisces quae alius occupaverit. Scilicet videntur hi privilegium venandi vel piscandi sic intellegere quasi iam singula corpora pro rata spei ad privilegiatuni pertineant ac proin occupata sint, dum animalia silvestria sub nullo respectu occupata sunt. Valor vero iuris venandi vel piscandi, qui hic considerandus est, ex spe capiendi, non definitum animal, sed indefinite non nulla animalia aestimatur. Captura aliquot corporum valor iste minime mutatur.

Leges autem de venatione et piscatione communiter pro poenalibus habentur. IL P. Prümmer tamen, 11,42,1, negat id hodie universaliter verum esse, quia ad bonum commune interest ut huiusmodi leges condantur: quam tamen rationem intento suili-

cere dubitamus, cum etiam legee necessariae esse possint poenales. Ceterum el. auctor, n. 44, permittit ut confessarius se ad receptas loci persuasiones accommodet.

391. — B) Leges positivae. 1. *lux latinum*. Codice *Italiae* non licet ad exercendam venationem, fundum alienum, invito domino ingredi (712); id tamen licet ad persequendum examen apum vel animalia mansuefacta. Cessanto autem post duos dies insectatione examinis apum, vel non vindicatis intra 20 dies, animalibus mansuefactis, examen a possessore fundi in «pio constiterit, occupari potest; mansuefacta animalia ab iis qui ea ceperint servari possunt (713). Art. 162 disponit ut columbae quae in aliud columbarium, cuniculi et pisces qui in aliud leporarium vel piscinam migraverint, ad dominum columbarii, leporarii vel piscinae, qui nulla arte vel fraudo usus fuerit, quodam accessionis iure, sint addicta. Ius autem venandi ot piscandi legibus particularibus regitur. Codice *Galliat* art. 561 de columbis, cuniculis ot piscibus idem statuitur; quod etiam in *Belgio* valet. Cessante insectatione, lox *Galliae* 1 april. 1889 examen apum domino fundi in quo constiterit tribuit. Secundum ius *Belgicum* (Cod. rur. art. 14) cessante insectatione apes fiunt primi occupantis. Si nemo eas occupet, tribuuntur domino fundi ubi consederint, aut illi qui fundum conduxit vel eodem fruitur.

Iure *Hispaniae,* eadem quae ius italicum disponuntur art. 613 de columbis, cuniculis et piscibus; do mansuefactis animalibus et de examine apum (art. 613). Ingressus autem in fundum alienum ad persequendam feram non prohibetur; permittitur quoque Codice *Austriaco* (384). — Similia, non tamen stricto identiea aliis intibus latinis statuuntur. Lego *Argentina?* rei publicae art. 2577, si, sino licentia domini, venatio fiat in fundo alieno clauso, plantato vel culto, animalia ad dominum fundi pertinent, praeter ius exigendi ea quibus indemnis praestetur. Cod. civ. *Helvetiae* (719 et 725), examen manet in dominio alvearii unde avolavit, nisi so coniunxerit cum alveario iam apibus occupato alterius domini.

Codice *Canadensi Q.,* de columbis idem dicendum est. Quod ad examen apum, dominus alvearii apes etiam in fundo alieno persequi potest; ius autem amittit si examen alvearium iam habitatum ingrediatur. Si dominus oxamen non persequatur, alius insecutor ei in iure succedit. Si nullus insequatur, fit domini fundi in quo consederit, nisi dominus alvearii unde exanion avolavit examen vindicet.

2. Codico *Germaniae,* nisi dominus statiin persequatur feram quae aufugerit vel examen apum, vel si a persecutione desierit, haec censentur esse sine domino (ait. 960. 961). Dominus examinis potest istud in fundo alieno persequi, iinnio ex alveario quod intraverit extrahere, si vacuum fuerit; namque si iam apibus occupatum orat, domino alvearii addicitur. Si ex pluribus examinibus unum fiat, persequentes fiunt condomini. — De venanationc, piscatione, de damnis praestandis propter asservationem ferarum, vigent leges particulares (art. 69 ss. log. introd.).

3. Inre *Anyliae,* animal silvestre addicitur domiuo agri in quo exagitatum et occisum fuerit; si voro in unius agro exagitatum et in alio occisum fuerit, dominus prioris agri alteri praefertur; ac proin ei tribuendum erit, saltem si animal vindicet. (Cf. *Encycl. Brittan,* art. on Game Laws, II, p. 440, 1 ed.)

4. lure *U. S. J.* animalia silvestria, ratione soli ad dominum agri in quo versentur vel occidantur pertinent. Quae in unius agro exagitantur et in alio occiduntur pertinent ad venatorem, qui tamen debebit utrique domino (pro usurpato agro) satisfacere. — Animalia fugitiva ut derelicta considerantur, nisi dominus eadem mox persequatur. — Nomino « *extray* » venit animal mansuetum cuius dominus ignoratur. Istud occupando, quis titulum obtinet quo omnibus, praeter dominum, praefertur; et a domino expensas alimentorum petere potest; immo, quibusdam sollemnitatibus observatis, occupans simpliciter dominus fieri potest.

Pro conscientia istud addere iuvabit. Dispositiones istae civiles, quae paci et concordiae suis definitionibus considere intendunt, ab eo cuius interest, servari et urgeri possunt. Antequam autem (piis sive pacifice sive per indicem lege civili usus sit, alius qui titulo iuris naturalis animal servaverit vel occupaverit, non videtur in conscientia inquietandus. Si v. *g.* quis observant suas columbas (piae alienum columbarium intraverint, easque persequendo resumpserit, ante, quam dominus columbarii animum domini erga illas columbas habere potuerit, quid prohibebit quin suas columbas ut numquam amissas consideret?

392. — De rebus nuper amissis. A) Ex lege naturali. *Res nuper amissae* non sunt derelictae, nec proin occupari possunt quam diu spes dominum detegendi affulget. Itaque, ex lege naturae, inventor debet *ex caritate* rem colligere ubi id possit sine notabili incommodo; postea, etiam *ex iustitia,* eandem curare, quatenus domini condicionem sua actione deteriorem facere vetatur. Rem enim colligendo, coepit domini negotium gerere quod alter praesumitur facturus fuisse qui rem invenisset.

Nec iustitia permittit ut rem reponas ubi eam inveneris, nisi liat sine detrimento pro domino. Quae autem res in propria specie servari nequit, vendenda est, ut deinceps pretium domino tribuatur. Praeterea, ex *iustitia* aut ex sola *caritate,* prout aliter condicionem domini faceret vel non peiorem, prudentem et momento rei proportionatam diligentiam adhibere debet ad dominum reperiendum: utputa per nuntios in ephemeridibus vel rei manifestationem competenti officiali vel ofiicio factam. Ex *aequi·*

tate petere potest aliquam renumerationem. quam promissam, dominus solvere debet una cum expensis gesti negotii.

Si nulla spes supersit fore ut dominus reperiatur, huius ius periit, ita ut res occupari possit. Quidam tamen severius respondent. Ac laudandus est qui rem pauperibus largiatur. Qui prudenter indicaverit rem recuperari non posse, iam fit saltem *bonae fidei possessor,* qui huius privilegiis frui permittitur. Cfr. infra.

393. — B) Leges positivae. 1. *Ius latinum.* Ex iure civili Italiae, inventor rem domino reddere debet; si hunc ignoraverit, debet eam deponere apud syndicum (seu municipii rectorem) loci inventionis. Magistratus is debet duabus diebus dominicis successivis depositum publicare. Transactis tunc duobus annis, res inventori tribuitur. Dominus autem inventori decimam partem valoris, usque ad duo millia libellarum, vigesimam autem summae vel valeris excedentis duo millia libellarum, tamquam praemium tribuere debet (art. 715-718). Melius, ut nobis videtur, Codex *Lusitanus* (413-421) significationem quidem auctoritati publicae imperat, rem tamen detineri permittit ab inventore, qui, pro vario rei valore, post 45 dies, post tres, post sex menses, post annum, se dominum existimari poterit, tributa tamen, in ultimo casu, tertia parte definito operi beneficentiae. Istis legis civilis beneficiis quis uti potest, dummodo eius steterit condicionibus. Dum in iure *f/allieo, ex* art. 2279, dominus habet per 30 annos actionem personalem adversus inventorem eiusque successores universales; per 3 annos vero actionem renient adversus altorum bonae fidei possessorem. Plures autem leges peculiares de variis casibus observandae sunt. Cf. Colin et Capitant, I, 853-856.

Codex *Auslriacus* (389-392) inventori qui inventum praecepta ratione manifestarii, praemium tribuit, immo, post annum, ipsam rem, ita tamen ut domino infra tempus praescriptioni requisitum comparent! id quo ditior factus sit restituero debeat.

Similia quae ius italicum habet Codex *Hispaniae,* art. 265. ss.; quae ius gallicinii, Codex *Hollandiae.*

In praemio quod inventori tribuendum sit. in persona cui res inventa debeat consignari; in attributione rei cum nulla spes sit dominum reperiendi, variant iura *America? latinae.* Sic lex rei publicae *Argentina?* (articulus 2569) post sex menses ab ultimo nuntio dato de re inventa, rem tribuit municipio, inventori autem solam merccdem; quam is etiam a domino noto cui eam reddat petere potest. Codex *Brasil.* (603-606) inventori merccdem, rem voro Statui tribuit.

Iure *Helvetico* debet quoque res inventa, si excedat 10 fr. regimini munieipali denuntiari; vel tradi domino vel administratori domus aut aedificii publici in quo reperiatur. Impletis istis praescriptis, ius ad aequum praemium, immo, post quinque annos, ad ipsam rem acquiritur.

2. Iure *Germanico* inventor dominum vel ins habentem de re inventa docere debet; quos si ignoret, ipsos custodes publicos certiores facere debet nisi res valore non superet tres marcus. Ab illo nuntio dato, vel si res non superet tres mes. ab ipsa inventione decurrit annus, post quem frustra elapsum, inventor se dominum existimare potest. Qui tamen postea ius suum demonstrent possunt ab inventore restitutionem petere rei quam is tunc sine causa habuisse existimatur. Inventor ius habet ad morcedem. Observatis praescriptis iuris positivi, inventor eius beneficiis uti frui potest.

3. Leges *Angliae* nihil speciale de istis robus statuunt.

1. In *Ü. S. A.* statutis Statuum varie providetur; inventor autem nullum ius ad praemium habet, nisi aliquod promissum fuerit, nec titulum dominii ex ista inventione consequitur.

394. — Res acie vel naufragio perditae non sunt derelictae, sed ad verum earum dominum qui cognitus sit vel detegatur reddendae sunt. Ac spoliatores militum *in acie* occisorum gravibus poenis plectuntur. Res autem quae ad hostilem *exercitum* pertinent a civibus quorum causa insta est hosti reddi non debent sed propriae rei publicae quae eas vindicaverit. Certum enim dominum habent.

Excipe ius aequae compensationis quod privatus, iniuste et damnose aliquo Statu laesus, in bona istius Status exercere potest. R. P. Prümmer, II, 47 refert se de praeda capta in bello fuse egisse in Linzer Qtft. 1918.

Leges peculiares statuere consueverunt quid de rebus *post naufragium* in mari vel in littore maris repertis faciendum sit. Attendendum erit ad modum quo leges istae communiter censeantur conscientiam obligare. Severe in *Hollandia,* a DUYNSTEE, n. 145, furti damnatur, qui res naufragio amissas tamquam suas servarit. Simili iure *Anglico* positivo res ex naufragio repertae tradendae sunt officiali *{receiver of the district)* qui, nisi dominus intra annum comparuerit, eas vendit et pretium aerario tribuit. Si tamen positive non vindicentur, R. P. Slater, *Manual of moral Theology.* I, 371, autumat iure naturae stari posse.

Iure autem naturae res istae tractandae sunt ut res nuper amissae.

§ 2. — De Thesauro.

395. — I. Notio. Thesaurus, ut illum per notas variis legibus communes describamus, est *res mobilis, abscondita vel infossa, quam nemo suam esse probare potest.* Thesauri ergo rationem mi-

nime habent venae carbonariae vel aurifodinae. Definitio autem ista aliter secundum alia iura complenda est.

Sic, iure *romano,* quo describebatur « vetus quaedam depositio pecuniae cuius non exstat memoria, ut iam dominum non habeat » (L. Numquani, § 1, Dig. *De acquirendo rerum dominio.* 31, XLI, 1), postulabatur ut res ab antiquo et data opera esset abscondita. Dum hodie neque ad antiquitatem neque ad causam cur lateat respicitur (Cf. v. g. Pacifici-Mazzoni, III, 1. n. 121 : Colin & Capitant, I, 851 ; Prümmer, II, 45).

Porro plures leges postulant ut *rex sit pretiosa,* dum aliae pretium rei non considerant; ius vero *Anqliae* et *U. S.* A. solas *monetas* pro obiecto thesauri habet. Situe in agro, domo vel in arca, scrinio seu re mobili abscondita, id plerumque non refert. Attamen in *Ilollandia* dubitant, propter art. 642 C. civ., quae de thesauro statuuntur cadere in res quae in re mobili detegantur ; ac sententia id negans magis invalescit (Cf. CORNELISSE, II, 70; Duynstee, 146). Recentiores demum leges v. g. *Helveticae, Mevicanae,* ab aliis thesauris res quae .valorem artis vel scientiae habent distinguunt, basque Statui tribuere solent.

Iure naturae, talis res foret primi *occupantis,* i. e. eius qui eam animo domini apprehenderit. Nullo modo enim est fructus agri; nec ab emptore domus aut agri est simul acquisita, nisi forte iure *Helvetico,* quo thesaurus domino fundi tamquam quidpiam accessorium addicitur. Quare, [nec 'speciali lege qua eius acquisitio regatur opus esse videtur. Saeculari tamen traditione, a iure Romano profecta, speciale regimen legale, idque satis arbitrarium, inducitur, si excipias Americani septemtrionalem et Angliam, ubi antiquior lex occupanti, recentior Statui, praxis occupanti thesaurum addicit.

396. — II. Leges positivae. 1. *Ium latiuum.* Iure *Italico* thesaurus addicitur domino fundi ubi detegitur. Si quis tamen cimu thesaurum in fundo alieno detexerit, dimidia para domino fundi (x), dimidia inventori tribuitur (art. 714).

Hoc porro probo notandum eat. Inventor non est qui thesaurum apprehenderit, sed is esse intellegitur qui eum visibilem fecerit, etsi eum non primus adverterit aut occupaverit. Dispositio ista, secundum communissimam sententiam, conscientiam obligat.

(x) Non autem per se ei qui ius habeat ususfructus. Aliud potius dicendum videtur de emphyteuta, cum is pleniorem possideat agri utilitatem. Verum iura positiva attendenda sunt. Sic Codex *Mexicanut* (759-770) specialibus regulis ius domini fundi cum usufructuario et emphyteuta componit.

Inventori tnnien qni studioso rem quaesierit permittunt ut, ante indicis sententiam, dimidiam partem retineat, qua, ut ipsi existimant, non privatur nisi in poenam. Verum ista solutio saltem *modo quo lex Italiae m ripta t* parum consentanea videtur. Et sic theologi introducunt ius quoddam positivum cuius ipsi sint auctores. Quare Prümmer, II, 16', 2, do ipsa probabilitate istius exceptionis dubitat.

In Italia attendenda quoque est lex peculiaris 12 iul. 1902 de rebus quae valorem artisticum vel archeologicum possideant (Cf. Brugi, *Intituzioni,* p. 317). Cum iure italico, in summa concordant iura *Belgii, Galliae* et *Americae latinae* ct *Cauadenxm* dominii *Q.* Ius *I.imitanum* duas tertias partes tribuit domino fundi ; ius *Boliriae* sextam partem lisco addicit.

2. Ius *Germanicum,* omni alia distinctione suppressa, art. 985 dominium inter inventorem et dominum rei in qua res abscondita est dividit, sed exigit ut possessio rei capiatur (984).

3. Ex iure *Anglico,* attenta *Common Laic,* thesaurus, *treasure trove,* pertinebat ad occupantem ; a statuto autem I Eduardi I, confirmato *Corona'» Act* 1887, consignari debet fisco; sed si fiscus thesaurum non vindicet, occupans thesaurum sibi acquirere potest. Ita theologi. *Bractice,* ut res nuper amissa tractatur.

4. In *U. S. A.* idem ius quod in Anglia viget.

397. — III. De Obligatione conscientiae. Quid sentiant theologi morales qui ius Latinum vel Germanicum explicant iam supra diximus. Admittunt quoque thesaurum in fundo publico seu publicis usibus destinato inventum totum cedere inventori, i. e. ei « qui per se vel per operarios eum visibilem reddit » (Arregui, n. 295). Quomodo autem possint theologi hoc ultimum efficaciter statuere, cum fundamento tam iuris naturalis (piam positivi destituantur, nos plane fugit. Ipsae igitur leges arbitrariae esse videntur t1) ; arbitraria est earum applicatio ad casus conscientiae, facta a theologis. Et cum aequa solutio iure naturae suppeditetur, non putaverimus inquietandum esse eum qui, seclusa indicis sententia, thesaurum vera apprehensione occupaverit : quod in U. S. A. et in Anglia, omnes concedunt.

Corollaria. 1. Quod plerique admittunt, (pii novit thesaurum in agro recondi, agrum pretio communi emi potest, eum. natura sua, thesaurus minime sit agri fructus, ner simul cum agro per se occupetur.

2. Si res pretiosa tempestate visibilis facta sit, iam rationem thesauri amittit et ad primum occupantem pertinebit.

(') Quamvis Codex poenalis Italiae art. 420, 2, cum puniat qui sibi sumat quod lege domino rei tribuebatur, eum tamen non arguit furti, sed « indebitae appropriationis».

Articulus III. De Accessione.

398. — I. Notiones. 1. Accessio est quoddam *augmentum rei propriae inde proveniens quod alia res non propria ei adiungatur, ad eam accedat* (Cf. Cod. Ital. art. 443). —*Quando adiunctio ista dominium extendit,* accessio evadit modus acquirendi, qui tamen ad occupationem facile reducitur. Hoc autem iit tum *natura,* tum *lege positiva.*

Acquisitio ista duplici principio regitur: « *res fructificat domino* » ; i. e. quod res producit, per se una cum ipsa re possidetur; et « *accessorium sequitur principale* ». Prius principium ipsa lege naturae demonstratur, saltem quando nulla aliena opera vel aliena res fructificationi cooperata est, vel. si qua fuerit cooperatio, haec pretio compensata fuerit; alterum vero principium potius positivis legum sanctionibus rationem affert. Perse, enim, coniunctio rei accessoriae cum principali quoddam condominium induceret.

2. *Distinguitur* autem accessio *communis rebus mobilibus et immobilibus ;* accessio *propria mobilium ;* et accessio quae *in solis rebus immobilibus* locum habet.

a) Accessio communis rebus mobilibus et immmobilibus fit nativitate. « Res fructificat domino » rei frugiferae. Partus animalis ad possessorem parturientis (ac proin feminae) pertinet: «partus sequitur ventrem». Pariter fructus quos sola natura vel industria hominum, vel utraque simul causa produxerint, v. g. fructus agri, arboris, etc. domino addicuntur.

b) Accessio propria mobilium fit vel simplici *adiunctionc,* ut cum gemma torqui inseritur; vel *specificatione,* quando species rei iuridicae mutatur, supposita quadam industria, ut cum ex marmore statua conficitur; vel *commixtione* (quae dicitur *confusio* eum de liquidis agitur) cum plures res ita miscentur ut quae cuiusque sint corpora iam dignosci nequeat : ut si misceantur duae copiae frumenti, duo vina.

Haec si communi consensu facta sint, ad contractum attendi debet. Aliter, aequitate reguntur, quam leges pro variis casibus interpretari conantur, utendo hoc principio: «accessio cedit principali» (L. 19, § 13, 1). De auro, argento, XXXIV, 2).

c) Accessio propria immobilium fit *alluvione* aut *relicto,* quando aquae vel, sensim sine sensu, latens incrementum fundo

afferunt; vel paulatim recedunt; aut *insula* (in medio alveo) formata ; vel *mutato* fluminis *alveo;* aut *aedificationi,* eum aedificium aliena materia exstruitur, vel in alieno solo locatur; aut *plantatione,* quando quis in alieno dominio quaedam plantavit. Hic etiam valet: «Accessorium naturam sequi congruit principalis» (Reg. 42 lur. in (i). Sed adeundi sunt iurisperiti.

(I) Verum venae metallicae, lapidieinae, arenariae legibus specialibus ob bonum commune reguntur. Nihil stricte obstat quin Status sibi vindicet monopolium ea exercendi ; id autem cessurum esse in utilitatem communem merito ambigitur. Similia statui possunt de fontibus quibusdam v. g. petroliferis, qui in aliquo agro scaturire incipiunt.

R. ‡ Slater, p. 375, haec exempla accessionis profert. Doniinusagri acquirit incrementa alluvione eftecta; insula quae in flumine appareat ad dominum alvei pertinet. Si vero flumen subito lectum mutet, dominia manent intacta.

Qui domum ligno alieno aedificaverit, lignum acquirit sed dominum indemnem praestare debet. Pictor dominus fit telae in qua artem suam exercuit, sed pretium telae refundere debebit. Inductione novae formae, ut si panem, vinum, oleum conficias, dominium rei effectae pertinebit ad artificem, qui pretium materiae solvero debebit. Si res liquidae vel solidae plurium dominorum mixtae fuerint, per se separandae sunt ; si hoc fieri nequeat, singnli ius in pretium rei pro rata obtinent.

5. Quaeres *utrum soli possessio ius per se ad ea quae supra vel infra sint tribuat f* Id nequaquam iure naturae efficitur; quibus enim limitibus genus occupationis, iisdem ipsum proprietatis ius circumscribitur.

Fit autem ut leges positivae, v. g. Cod. Italicus art. 440; Gall. art. 552, ei qui solum possidet etiam quae supra et infra sunt *(le tréfonds)* addicat.

399. — Leges positivae, 1. De iuro *latino,* post dicta, nihil peculiariter observandum est.

Iure *Canadenni (}.,* pro repentina alvei mutatione, distinguuntur flumina quae in privatorum dominio non sunt (ea quae navibus vel vehendis trabibus inservire possunt : *flottable/)* et *navigable»),* ab aliis. Priore casu, alveus derelictus pertinet ad Statum ; altoro, ad eos qui agros flumine invasos possident. — Nec mala fides efficientis accessionem, dominii translationem impedit.

2. Iure *Germanico* haec statuuntur. Fructus et quae pars sunt rei ad huius dominum etiam post separationem pertinent (art. 953). Res mobiles quae unum quid cum re immobili fiunt ita ut huic sint essentiales, domino

rei immobilis cedunt. Unione plurium rerum mobilium condominium plurium efficitur, nisi una sit principalior. Qui opera sua speciem inridice novam induxerit, rem acquirit, nisi materia longe pretiosior fuerit. Exstincto autem iure perfecti dominii, alia iura in re simul exstinguuntur. Sed qui laesi sunt compensationem exigere possunt. De alluvione, insula, etc., variae Statuum leges adeundae sunc.

3. De iure *Angliae* istud observes, recensioribus statutis, quae antiquiorem consuetudinem confirmant, compensationem utilium impensarum deberi ei qui domo vel agro decedat.

4. *U. S. A.* accessio artificialis iura non mutat, si sine bona tide peracta fuerit. Totum porro confusum vel commixtum ei tribuitur cui commiscens fuerit ininriosus. Sed ante indicis sententiam, lege naturali stari potest. Cf. Garepy, n. 1506.

De, obligatione conscientiae satis erit id monere : leges istas, quatenus saltem silentium iuris naturae suppleant vel sententia indicis ad inridicas partium relationes applicentur, conscientiam obligare.

Articulus IV. — Praescriptio.

§ I. — Quid sit, quotuplex sit, quid operetur.

400. — 1. Quid sit. Praescriptio est *modus originarius, iurepositivo institutus, acquirendi ius reale aut perimendi obligationem vel actionem, elapso quodam temporis intervallo, et servatis ceteris legis praescriptis* (Cfr. art. 2105 Cod. ital.). — Lex positiva est *canonica,* cum agitur de bonis ecclesiasticis ; sed, salvis quibusdam punctis, haec canonizat leges *civiles* variarum nationum (c. 1508).

II. Quotuplex sit. Generice sumpta, duas habet species : praescriptionem *acquisitivam,* quae pressius dicitur *usucapio ;* et *liberativam,* quae magis proprie dicitur *praescriptio.*

III. Quid operetur. 1. *Acquisitiva* praescriptio (usucapio iuris romani) simul *actionem* ad persequendam rem, et *exceptionem* ad repellendum adversarium confert.

Liberativa confert *exceptionem* qua quis, saltem si velit, actionem creditoris plane irritam facere potest. Saltem si velit, inquam, quia leges plerumque disponunt, ut nisi opponatur, index ad istud medium defensionis forensis attendere nequeat.

Observes autem proprietatem seu dominium perfectum per meram praescriptionem liberativam seu per non usum non amitti: qui re sua non utatur dominus in foro saltem externo remanet, donec vel fiscus eam ut vacantem sibi addixerit, vel quispiam eam occupaverit.

2. Acquisitiva praescriptione, lex medium dare intendit obtinendi ius in foro saltem externo inviolabile. Liberativam vero praescriptionem duplici intentione concedere potest: vel exstinguendi ipsum ius creditoris, vel mere perimendi eius actionem. Ac sane ius exstinguere non intendit, si creditori permittit ut debitori de facta solutione deferat coram indice iuramentum, quo negato, is solutione damnetur.

3 Utraque praescriptio *retrorsum agit,* quatenus, post completam praescriptionem, praescribens a die qua praescribere coepit rei dominus vel immunis ab obligatione fuisse censetur, ita ut ex tunc nec fructus nec fenus seu usuras debeat.

§ 2. — Quid leges positivae statuant.

401. — I. Adumbratio regiminis positivi. 1. *Propriae usucapionis condiciones.* Condicio *communis* omni *usucapioni* est *possessio iuridica,* per *tempus requisitum,* continua seu *non interrupta,* et *non vitiosa* (pacifica et publica) rei *praescriptibilis.*

Iuridica supponit, saltem in plerisque iuribus (1), animum domini; verum is praesumitur, nisi possessio alio animo inchoata fuisse probetur. Atque hodie, cum agitur de re immobili, possessio ista fere non habebitur nisi quis in tabulis publicis ut ius habens inscriptus sit.

Ut sit *continua,* oportet ut possessor, pro rei natura, iure constanter fuerit usus. *Interrumpitur* autem possessio *naturaliter,* si per tempus lege statutum, v. g. ultra annum, possessor usum amiserit; *civiliter,* per litem motam, per agnitionem alieni iuris etc. Ut sit *non vitiosa,* debet esse *pacifica:* praescriptio non inchoatur adversus illum qui a possessore violentiam passus est, nisi haec cessaverit; ac debet esse *publica :* per se a vero domino debet potuisse cognosci. Quae condiciones certo constare debent.

Res praescriptibilis est generarim omnis res cuius est commercium et privata possessio.

2. *Pro quibusdam usucapionibus* requiritur praeterea *iustus titulus* et *bona fides.* Iustus titulus est causa per se apta ad transferendum ius (donatio, v. g.) licet ob vitium occultum ius

(1) Namque Codice Germaniae possessio sola physica potestate domini, quam quis tamen non nomine alieno exerceat, definitur (Cf. art. 354. 855).

non transtulerit, Titulus iste dicitur *coloratus.* Iustus titillus non foret conductio, nec sententia mere declarativa, nec actus forma essentiali destitutus aut substantialiter nullus. Et quando requiritur, vere adesse debet: putativus non sufficit. —*Dona Jides* est hic «iusta opinio quaesiti dominii ». Insta, quamvis involuntarie erronea.

Peculiari mentione digna est acquisitio immediata rei mobilis quae corpore definiatur, per ipsam bonae fidei possessionem, quam plura iura sanciunt, ut explicabitur.

3. *Liberatirae praescriptionis condiciones.* Nulla hic possessio necessaria est. Sed requiritur actio vel ius praescriptibile seu quod exstingui possit ; et. in ius habente, cessatio ab usu iuris vel a persequenda causa forensi, idque, sine interruptione, per tempus lege statutum. Accedit interdum in praescribente condicio *bonae Jidei,* quae hic erit persuasio qua quis existimat se non esse debitorem, vel nulla positiva obligatione teneri. Sunt tamen qui introducant etiam bonam fidem negativam, quae in hoc est ut quis, conscius quidem obligationis suae, actionem creditoris sui exspectat, (piam nulla fraude vel vi impedit.

3. /)e *communi utriusquepraescriptionis condicione,* seu de *tempore.* Tempus non per horas, sed de die in diem computatur, atque ita generatim ut prima dies neglegatur, et tempus completa ultima die censeatur elapsum. Quare, si (piis die 17 ian. debitum solvere debeat, praescriptio a die 18° ian. currere incipiet et quinquennalis praescriptio completo die 18° ian. erit perfecta.

Dormire aut *suspendi* dicitur praescriptio per tempus quod ad praescriptionem computari nequit, quamvis spatium ante elapsum ad utile spatium futurum addi possit. Sic, in pluribus legibus generale (non universale) beneficium habent minores natu, ut contra ipsos praescriptio non currat.

4. *Cuinam competat beneficium.* Praescriptionem non solus debitor, sed etiam creditores et alii quorum interest, pro debitore neglegente opponere possunt. Et si quis emptor in possessione sua rei acquisitae turbetur, venditorem in ius vocare potest, et non raro, suadente prudentia, vocare debebit, ut is media iuridica impediendi evictionem adhibere queat.

Qui iuris praescriptionis *ignarus,* debitum solverit, non nullis (v. g. Galliae) non tamen omnibus (non Germaniae aut Helvetiae) legibus solutum etiam λia indiciaria repetere potest.

5. Praeterea ad *iunctionem possessionum,* quae interdum libera, interdum obligata, in variis legibus exsistit, attendendum

est. I. e. qui alicui succedit possessionem auctoris seu decessoris continuare interdum potest et interdum debet, nisi rem repudiare malit. *Potest,* seu optionem habet continuandi possessionem vel novam inchoandi, si succedit titulo particulari: v. g. (pia emptor, legatarius particularis; *necessario* autem (saltem in pluribus legibus) priorem possessionem continuat successor titulo universali, quia is, contra atque ille, onera patrimonii cuius ratam partem obtinet simul atque commoda participat. Momentum optionis hoc est, quod nova possessio, contra atque continuata possessio alterius, huius vitiis infecta non erit.

402. — II. Variae Leges positivae. 1. *Iiegimen canonicum.* Post generaleni canonein 1508 quo lex civilis canonizatur, Codex haec reservat: 1. ad omnem praescriptionem, etiam liberativani, exigit bonam lidem quae per totum tempus praescriptioni requisitum duraverit (can. 1512); — 2. res immobiles, res pretiosae, iura et actiones sive personales sive reales, quae pertinent ad Sedem Apostolicam, spatio centum annorum praescribuntur; quae vero ad aliam personam moralem ecclesiasticam, spatio triginta annorum (c. 1511). Ita ex iure communi. Sed non revocantur privilegia quibus bona Mendicantium non usucapiuntur nisi per 60 innuo fortasse 100 annos. Contra, possessio pacifica et bona fide, per tres annos, beneficii cum titulo etiam invalido, dummodo absit simonia, beneficium clerico possidenti addicit (c. 1116); — 3. res sacrae quae in dominio privatorum non sunt, a persona privata praescribi non possunt, sed solum a persona morali ecclesiastica contra aliam personam moralem ecclesiasticam (c. 1510, $2). Personae privatae assimulandam putamus personam moralem non ecclesiasticam ; — 4. nulli praescriptioni obnoxia sunt: « 1. Quae sunt inris divini, sive naturalis sive po-
« sitivi ; 2. quae obtineri possunt ex solo privilegio apostolico ; 3. iura spi-
« ritualia, quorum laici non sunt capaces, si agatur de praescriptione in coin-
« modum laicorum ; 4. fines certi et indubii provinciarum ccclesiasticariiin,
« dioecesium, paroeciarum, vicariatuum apostolicorum, praefecturarum aposto-
ii licarum, abbatiarum vel praelaturarum « nullius»; 5. eleemosynam et onera
« missarum ; 6. beneficium ecclesiasticum sine titulo ; 7. ius visitationis et
« oboedientiae, ita ut subditi a nullo Praelato visitari possint et nulli Prae-
ii lato iam subsint; 8. solutio cathedrathici (c. 1509); 9. interruptio prae-
ii scriptionis regitur lege civili » (c. 1508. 1725, 4).

Actiones de statu personarum numquam exstinguuntur (c. 1701). Et cf. de actionibus c. 1702-1705. 2240.

2. *Regimen civile.* Regimen *latinum. a)* Iure *Belgii, Galliae* et *Italiae,* ad omnem usucapionem et ad omnem praescriptionem sufficit spatium *triginta* annorum. Et nullus titulus, nulla bona fides requiritur (art. 2135 Cod. ital.; 2262 Cod. gall.). Quocirca etiam creditor annuae praestationis quae ultra 30 annos permaner»· debet, ne iure cadat, debet post 28 annos sibi no-

vmn titulum seu documentum, expensis debitoris procurare (art. 213fi Cod. irai.). Notes solas servitutes continuas et apparentes usucapi posse.

b) Accedente bona fide et insto titulo, res immobiles vel earum usus-fructus *uxitcapionr* derrw *annorum* acquiruntur (art. 2137 Cod. ital. : in iure gallico duplicandi sunt anni per (pios dominus non habitaverit in territorio curiae appellationis, ubi res immobilis est sita). Bona tides *initio* possessionis sola attenditur.

c) De rebus *mobilibii* nulla alia usucapio exstat in iure civili. Sed quod ad singulas res mobiles (non universitatem rerum mobilium, utputa hereditatem rebus mobilibus constantem) et titulos anonymes *(ai portatore)* ipsa possessio, in relationibus cum tertiis personis, eosdem effectus (pios titulus verus parit (art. 707 Cod. ital. ; 2279 Cod. gall.). Sic Titius vendit et tradit Caio horologium iam venditum Sempronio. Caius supponitur bona fide. Horologium servare et Sempronio vindicanti suam possessionem opponere potest. Codex ital. sapienter ad Gallicum addidit verba « in relationibus cum tertiis».. Inter illum qui rem detinet et eum a (pio illam habet, variat solutio pro vario casu. Sic erronee Titius solvit aliquid Caio qui bona fide illud accipit. Demonstrato errore, Caius solutum Titio reddere debebit.

A regula ista excipiuntur res cusu (mnwu aut *furto* sublatae : haec dominus a po&sessore per duos annos repetere potest (per tres annos in Cod. gall.); sed possessor de damnis agere potest contra illum a quo reni habuit. Si tamen res amissa vel furtiva empta fuit in nundinis, vel in venditione sub hasta vel apud mercatorem qui genus istud rerum vendere palam solet, dominus rem suam recuperare noth potest nisi refuso pretio quod possessor solverit (art 707-709. 2146 Cod. ital.).

Codex *Germaniae* simile ins hoc modo exprimit: consensu in translationem dominii et traditione rei, acquirens fit dominus etiamsi res ad cedentem non pertinuerit, dummodo bona fide rem accipiat (art. 932).

d) Fructus rei possessae (ut de re conexa dicamus) bona fide, ipsa perceptione seu separatione acquiruntur. Verum hic, bona fides videtur singulis perceptionibus necessaria. Ponas Titium qui inchoaverit possessionem agri, quo post quinque annos a vero domino privatur. Vere perceptos fructus sibi servare potest, dummodo singulis annis bona fide fuerit. Necessitatem rcrat perceptionis, cum agitur de fructibus civilibus, magis quam Itali, iurisperiti Galliae urgent. Quare, si pretium locatae domus petere neglexit, totum pretium erit in Gallia vero domino solvendum, dum in Italia pars quam percipere potuerat ipsi addicetur.

c) Demum, de *iunctionc* 'possessionum valent modo dicta, n. 401, 5.

f) Quod ad praescriptionem *lilu ratiram,* praeter praescriptionem *tricenariam,* praescriptione *quinque annorum* exstinguuntur omnes pensiones debitae pro censibus perpetuis aut vitaliciis, annuae pensiones alimentariae, annua pretia solvenda ab agri vel domus conductore, « intéressé » seu fenora pecuniae feneratieiae et quidquid post singulos annos vel breviores terminos periodicos solvendum est. Ac privilegiata est haec quinque anno-

nun praescriptio, ita ut currat etiam adversus milites, in bello, ädversu minores natu et interdictos (art. 2111-2155 Cod. ital.). Codice italioo, art. 1300, actiones de nullitate aut rescissione *contractus* quinque annis; art. 1301 Cod. gallici, docem annis praescribuntur. — Sunt praeterea plures breviores latius dictae praescriptiones sex mensium, unius anni, trium annorum, quibus, non quidem ius sed actio perimitur ad petenda potissimum varia salaria vel pretia mercium aut hospitii (art. 2138-2113 Cod. ital.). — Nec desunt praescriptiones peculiares.

Prorsus simili iure utuntur *Xtcrlandia, Hispania, Lusitania* et *America latina.* Haec pauca observasse satis erit. Codice *Austriaco,* immobilia, bona fido possessa cum inscriptione in tabulis publicis, tribus annis uscapinntnr (1167). In *Hispania,* pro usucapione rerum immobilium per decem vel viginti annos cum titulo et bona tide, saltem initiali, absens is intellegitur qui extra regionem in alia natione aut trans Oceamun degit; dum alibi, v. g. in r<-publica *Argentina,* absens osse dicitur qui est extra provinciam; ius autem *Canada nsr* O., *Helveticum, Me.ricanum, Hollandiac, Costaricac, Guatemala, Lusitania*^ ud absentiam domini non attendunt. Immo *Guatemala* praescriptioneni post quinque annos, *Helvetia* post decem annos (si inscriptio in tabulis publicis accesserit) concedit, dum *Lusitania* quindecim annos postulat, *Hollandia,* viginti annos. Ius *Austriacum* (1160. 1163. 1197); *Jlraniliense* (551); *Helv<-licum* (661 C. civ.), *Hispanicum* (1310) bonam fidem per totum tempus exigit.

Mobilis res iure *Austriaco* (1 166), *Hispanico* (1955) cum bona tide tribu annis, quinque annis iure *Helvetico* (718 C. civ.), usucapitur. Sine bona fide, ex sola possessione, iure *Hispanico* (1955) sex annis praescribitur ; iure vero *Lusitano* et *Me.ricano* decem annis; *Acquatoris, Chili, Niaragua, Columbini, l ruguag,* triginta annis, et quadraginta iure *reruriano.* Iure *Grasilicnsi* mobilia possessione trium annorum cum insto titulo et bona fide ; sine his, decem annis usucapiuntur (art. 118). — Servitutes activae, continuae et apparentes (aliae servitutes usucapi nequeunt) usucapiuntur 20 annis in *America latina* et *Hispania·,* vel decem annis in *Costarica* et *Mexicona* ropnblica; 30 annis in republicis *Acquatoris, Holhriac, Chili, Nicaragua, Columbiac, Cruguag.* Plura iura v. g. *Hispanicum* (161) immediatam acquisitionem rei mobilis per possessionem bonae fidei admittunt.

Praescriptio *liheralira* statuitur 30 annorum, ita tamen ut 5 annis, solutiones annuales, vel saepius faciendae praescribantur.

Minore etiam tempore honoraria medicorum et huiusmodi debita praescribuntur.

Iu praescriptione liberativa, solum Codicem *Lusitanum* ruperimus qui (535) ut debitor post 20 annos liberetur bonam fidem exigit ita intellectam ut in fine temporis necessarii, obligationem ignoraverit. Sine bona fide, exstinctio ipsius obligationis post triginta annos statuitur tamquam regula ge. neralis, quae breviores praescriptiones non excludit. Verum Codex *Austriaeus* (1179 ss.), interdum do praescriptione actionis, interdum <le praescriptione iuris verba habet. Cf. potissimum $ 1 180, quo actiones pro censibus,

fenore, debitis annualibus per tres annos; ius autem per triginta annos praescribuntur. Regula nutem generalis est praescriptio triginta annorum, et contra privilégiâtes personas, quadraginta annorum. Codices vero *Bratiliae* et *Hispaniae* non loquuntur nisi de praescriptione *actionum*. Videndum itaque est cuimim interpretationi leges istae subsint. Iure *Heh··tico* (127 C. civ.). salva speciali dispositione, omnes actiones decem annis praescribuntur.

,Codex *Htepaniae* suspensionem praescriptionis ob incapacitatem ius habentis ignorare videtur; sed personis quae bona sua non administrant actionem concedit contra eos qui neglegentia sua causa fuerunt praescriptionis quam, ut repraesentantes inhabilium, impedire debuerant (art. 1930). Codice *luntria·* (1191) nulla praescriptio contra incapaces completur nisi post duo-, annos a sublata incapacitate. — Mala tides antecessoris non nocet in legibus *Americae latina··,* si excipias rempublieam *Argentinam* et *Boliriam.*

Codex *Germaniae* ipse admittit universalem praescriptionem acquisitivani rerum immobilium triginta annis ab inscriptione in *regmio fundario (Grundbuch);* eum bona tide quae per totum tempus permanserit, mobilia posseuaiono decem annorum usucapiuntur. In praescriptione *liberalira* distinguit praescriptionem ipsius *iuris in re,* quod supponit usucapionem alterius ; praescriptionem solius *iih iih rei,* quae in sola relatione cum aliquo, v. g. emptoris qui bona fido [acceperit librum iam alii venditum, observanda est, ius autem intactum [respectu aliorum esso sinit ; et praescriptionem «olias *actioni··.* Tempus est triginta annorum in genere, quattuor vero annorum si agitur de fenore, ile pretio locationis etc. ; et minoris temporis pro debitis quae medicis, mercatoribus, etc. solvenda sunt.

Nec. etiam pro brevioribus praescriptionibus licet creditori iuramentum deferre debitori qui praescriptionem opponat. Neo lex ista, quam plures putant ipsum ius exstinguere velle, pro iniusta habetur. Cf. Pr Ummeh, B, 61. — Praescriptio non plene suspenditur in gratiam minorum vel incapacium nisi inter parentes vel tutores, et filios seu pupillos; sed incapaces possunt per spatium sex mensium post obtentam capacitatem, praescriptionem impedire (art. 206).

Iiir<> *Anglico* nulla est mobilium rerum praescriptio. Ex Act 1871, proprietas rei immobilis usucapione 12 annorum acquiritur. Varia iura in re 20 vel 10 annis praescribuntur. Dum ius habens est incapax vel impeditus, praescriptio quae non exigat tempus ultra triginta annos, suspenditur. Spinosum esse ius Angliae monemur a. R. 1'. Sl a t EK, *(A Manual,* p. 38), ita nt confcssarius non specialiter in iure versatus quaestiones istas prudenter solvere nequeat.

In (7. Λ'. *A.* usucapio et praescriptio variis legibus obnoxia est. Generaliter pro praescriptione acquisitiva possessio decem \cl viginti annorum, interdum cum bona tide, interdum cum titulo colorato, requiritur.

Actiones ad recuperandos] agroe noni praescribuntur nisi 10 vel 20 annis ; dum actiones ex contractibus non scriptis vel ex rationibus mercatorum, medicorum, etc. I vel 2 annis praescribuntur.

i 102.)

§ 3. — Quaenam sit vis praescriptionis IN FORO CONSCIENTIAE.

403. — I. Principia. 1. Ius praescriptionum rationibus boni communis, quas auctoritates ethnicae et Christianae probarunt, fundatur. Ratio, praeter speciales quarundam praescriptionum utilitates, principaliter haec est, ne bona et iura incerta maneant; ne, post longum tempus, per quod documenta et probationes facile pereunt, bonorum possessores et debitores vexationibus plerumque iniustis sint obnoxii. S. Thomas, Qdl. 12, art. 24, addit quoque rationem cuiusdam poenae neglegentis domini, vel creditoris. Plura cf. *Quaestiones de iustitia,* n. 268. Quare, procul dubio, leges istae dominium transferre et obligationes exstinguere etiam in foro conscientiae possunt.

2. Ut vero praescriptio in conscientia operetur, oportet: *a)* ut ipsa lex non mere actionem fori externi exstinguere sed vere iura seu obligationes mutare voluerit; *b)* ut eius condiciones sint plene impletae; *c)* ut nullum velut· praemium fraudi et peccato tribuere videatur: talis enim lex iniusta foret.

404. — II, Corollaria. 1. *Sententiae.* Plerique auctores, praesertim in usucapione, modo universali cani bonam fidem exigunt quae ad praescribenda iura et bona ecclesiastica ex can. 1512 necessaria est. Atque allegare solent c. ('one. Lateranen. (c. « Quoniam », lilt. De Praescript. II, 26), quo tamen stricte hoc unum definitur. — non sutlicere illam bonam fidem initialem qua ius romanum et etiam non unum ius civile hodiernum contenta sunt. — Quod ipsi quoquo negamus. — Ipsi tamen scriptores temperant suam severitatem cum agitur de servitute *patiendi:* qui tantum obligatur ad patiendum ut alius faciat, v. g. ut transeat, praescribere potest contra ius habentem si is suum ius non exerceat et legis condiciones impletae sint. — Plures quoque contenti sunt bona fido quam vocant *theologi·eam,* quae in hoc est, ut praescribens alienam rem non illicite retinuerit seu non fuerit in mora implendae obligationis de cuius praescriptione agitur. In qua re, auctoritate Molina, d. 66, n. 10; Pichler, *In iun canoni·cum,* L. 2, tit. 26, n. 32. 33; LcGONlS, *lust.* ‹l. 7, η. IK niti possunt. — Non nulli, ultra progrediuntur in praescriptione liberativa. I. e. ut vere, pro conscientia exstinguatur ius quod lex civilis exstinguere intendit, «videtur sutlicere (sic, v. g. I'rümmer, II, 62) bona *fides negativa* seu absentia fraudis; i. e. praescriptio valet, si debitor nihil illicitum egit, ne creditor suum ius vindicare possit ». Quod apud Noldin, II, 107, non repudiatur, quamvis is, in hac re, satis confuse et parum cohaerenter dicere videatur

(cf. n. 106). Clarine Slater, *De inutilia ⟨t iurc,* n. 13: « Bona tides, in praescriptione liberativa consistit in hoc, nt nullum impedimentum ponatur quominus alter iure suo uti valeat ». — Immo, etiam in praescriptione *acquitilira,* cum agitur de iunctiono possessionum, non pauci permittunt nt successor, titulo universali, decessoris malae tidei, si ipse bona fide exstiterit, possit non continuare possessionem auctoris seu possessionem saltem triginta nnuorum incipere, et complero ; hac enim praescriptione omnia debita exstinguntur, ac proin obligationem quoque respondendi de mala tide auctoris. Verum explicatio ista iuridiee manca est quando ipsae leges nullam bonam fidem exigunt. Civili enim praescriptione solae obligationes civiles exstinguuntur. Civilis autem obligatio respondendi do mala tide auctoris *nulla* est, ([liando lex civilis bonam fidem in praescribente non postulat.

Nec minus a iure alienum censemus, exigere ab eo qui tricenaria usucapione iuris Galliae in conscientia frui velit, ut, a sublata mala fide, possessio rei mobilis vel immobilis fuerit per triginta annos continuata. Id enim *iuridiee* est inducere praescriptionem plus quam tricenariam, cum ad triginta annos addi deberent anni, numero varii, per quos res mala tide possessa fuerit : istud nullo iure civili Gallico sancitur ; versamur tamen in instituto quod ex iure positivo suam efficaciam haurit.

2. Ut, salva auctoritatum reverentia, *nostram sententiam,* quam a pluribus iam annis proposuimus, v. g. in *Quaest. de iustitia,* n. 267-276, proferamus, ab hoc initio proficiscimur: in institutione iuris positivi qualis est praescriptio, a iure positivo recedendum non est nisi, clara dispositionis vel consectarii practici iniquitate, ab eo recedere cogamur.

Inde haec de praescriptione liberativa et acquisitive colligenda nobis videntur.

De praescriptione liberativa. a) Qui ante completam praescriptionem, conscius sit vel fiat obligationis solvendi debitum, beneficio legis, per se, in conscientia uti non potest. Qui vero bona fide praescriptionem complevit, antecedentem fidem v. g. auctoris sui examinare non debet ut exceptionem praescriptionis opponere possit. Valet igitur in conscientia, |et probanda per se est dispositio Cod. *Lusitani,* art. 535, qui praescripta vult viginti annis debita eius qui, cum tempus completur, in bona fide versatur. Praescriptio enim huiusmodi iniquitati non favet.

b) Etiam conscius debiti poterit se liberatum existimare: si. vi legis aut pactionis, solvere non debebat nisi rogatus. Huc spectat casus quo vel mercator vel medicus solitam scriptam debiti rationem *(conto, fattura)* *mitten omiserit (PlliiMXEB, 11,62). Perinde dicendum videtur, si, propter pacem et securitatem fir-

mandam vel diligentiam excitandam, lex tamquam iuri suo renuntiantem habeat creditorem qui, per definitum tempus, exsecutionem debiti non postulaverit; nec lex probationem contrariam admittat.

c) Qui mere tolerare debet ut {alius quidpiam faciat (sic possessor fundi gravati servitute passiva), praescriptionem legis civilis opponere potest, si ius habens uti iure suo per tempus praescriptioni necessarium omiserit (Non omnis tamen lex hac condicione contenta est.)

Quando ratio boni communis, independens a bona fide, fundat ius praescriptionum, ius istud, non considerata bona fide, in conscientia valere potest. Iam vero *praescriptio quinquennalis* usurarum, etc. hac communi ratione nititur, impediendi ne creditor qui credita sua annua petere omisit, cumulativa multorum annorum exactione debitorem opprimat. Quae ratio soluta est omni bonae fidei respectu. Quare non videmus quomodo stricte obligares debitorem qui mere (nulla positiva fraude usus) solvere annuas pensiones vel usuras neglexit ad restituendas eas quae civili iure praescriptae sunt.

Dandum autem consilium, ex adiunctis, quae interdum creditori, interdum debitori favent, aestimandum videtur. Usu porro receptum est, ut societates bancariae vel industriales, quae exhibentibus schedulas *(coupoiie)* non autem sponte usuras solvere solent, quinquennali praescriptione se tueantur: quod nemo improbat.

Ut quis omnino brevi, '.unius anni, sex mensium, et huiusmodi praescriptione uti possit in conscientia, certior prius faciendus est de intentione legislatoris perimendi ipsum ius et non tantum actionem.

2. *T)e praescriptione acquisitiva. a)* Possessor bonae fidei tuta conscientia fructus bona fide perceptos, (pios lex ipsi tribuat, servare potest. Cf. nostras *Quaestiones de iustitia,* n. 284. Ita iam plures, contra Ballerini, *Opus theol.* III, 423.

b) Nec minus securus est in conscientia qui, lege positiva nixus, bona fide acceptam rem mobilem, vel suo nomine inscriptam rem immobilem conservat, quamvis auctor eius, seu tradens mala fide rem iam alii venditam tradiderit. Cf. nostrum op. cit. n. 285, contra Ballerini, op. cit. III, 196-202.

c) Qui *mala fide* complet tempus usucapioni necessarium, beneficio legis uti vetatur. Probatur ipsa ratione, et definitione Cone Lateranensis IV (1215) supra allegata. Ita communissima sententia.

(I) Quid iam de eo qui *bona fide* complet possessionem, mala lide ab alio inceptam vel continuatam ! Casus sit sequens. Titius emit agrum quem a Caio legitime possessum existimat ; vel, ut heres, obtinet bona fide domum quam legitime ad defunctum pertinere putabat. Post aliquod tempus, ut puta quinque annos, neque agrum ad Titium neque domum ad defunctum legitime pertinuisse novit; immo ambo mala fide ea servasse, sibi satis constat. In iure (pio ipse regitur possessio quinque annorum usucapioni non sufficit. ('oniungendo possessionem cum praecedenti, requisitis lege condicionibus erit satisfactum. Potestne in conscientia agrum, domum usucapere ! Quamvis auctores casum istum minus explicite perpendere soleant, ita tamen de requisita bona tide per totum tempus et de iunctione possessionum loquuntur, ut usucapionem istam communi opinione repudiatam dicere debeamus. Ac sane repudianda est, si ipsa lex positiva, ut plures nunc leges, bonam fidem per totum tempus continuatam exigat. Quid autem si, ut in iure Gallico et Italico, lex initiali bona fide contentus sit vel nullam Jpostulat ? Patemur nos tunc, in admittenda communi sententia, experiri difficultatem. Etenim: *a)* ipse cui, in casu, usucapio prodesset, ut c. 20 Decretal. II, 2G, requiritur, « in nulla temporis parte rei *habuit* conscientiam alienae ». Ergo, concedendo ipsi usucapionem, nullum praemium iniquitati dabitur. Redit ratio facta de liberativa praescriptione, sub a). — *b)* Quamvis possessio mala fide, qua *possessio* sit inefficax, eam tamen comitatur factum diuturnae separationis rei a vero domino. Factum istud a Legislatore merito attendi potest ut beneficium usucapionis facilius concedat. Nam. quo diutius status quispiam rerum permanserit, eo graviore difficultate et damno mutatur. —*c)* Perpendas hoc consectarium severitatis. Codex *Austriacus,* ut notavimus, usucapionem rei immobilis concedit ei qui, bona fide eam per tres annos possiderit suo nomine inscriptam. Nee de valore in conscientia huius legis dubitatur. Ilie possessio bona fide per quinque annos perseveravit. Cur neges beneficium legis positivae? An lex *non potuit* rem a triginta annis a domino separatam ei addicere qui eam per quinque annos bona fide possederit, quando lex Austriaca iam post 1res annos usucapionem concedit f An *noluit !* Sed voluit, cum eius condicionibus sit satisfactum. Haec sunt quae pro sententiae mitioris probabilitate militare videntur, ita ut haec regula generalior admittatur: qui non est malae fidei possessor,

beneficio legis uti potest statiin ac legis condiciones sint impletae.

Ceterum ne existimes leges istas quae bonam fidem non exigunt voluisse iniquitati favere. Variis rationibus boni communis motae sunt ut, in foro saltem externo, benignius quaedam statuerent, unumquemque suae conscientiae committendo. Quam moderate S. Thomas, *Quodlibet.* 12, art. 25 haec scribebat de contrarietate inter ius canonicum et ius civile in ista re : « Ratio huius contrarietatis est, quia alius est linis quem intendit civilis legislator, scilicet pacem servare et stare inter cives, quae impediretur si praescriptio non curreret : quicumque enim vellet posset venire et dicere: istud fuit meum quocumque tempore. Finis autem iuris canonici tendit in quietem Ecclesiae et salutem animarum ». (Etiam benigniora cf. Piscet TA-Gennabo S. S. *Theol. mor.* III, 165.175.) S. S.

405. — Quaenam bona fides attendenda est *a)* in personis quae sub tutore constitutae sunt, quamvis naturalem capacitateni habeant; *b)* in personis moralibus?

Quaestionem istam, omitti solitam, sic paucis solvendam esse arbitramur.

1. Quod *ad personas, civiliter incapaces,* bona fides *civiliter* requisita in solis personis quae pro ipsis agunt, consideranda est. Verum *morali* lege quidquam iniuste acquirere vetantur. Quocirca, secundum ipsorum quibus res prodest conscientiam, res definienda erit ; et practice, bona fides theologica plerumque tutoris et pupilli erit necessaria. Namque de cognitione alieni iuris alter alterum certiorem facere debebit.

2. Quod ad personas *morales,* rursus, in foro externo, bona fides erit eorum qui auctoritatem habent decidendi et agendi eorum nomine. Pro modo itaque quo gubernantur, erit vel Rectoris seu imperantis, vel suffragantium. Qui autem conscii fuerint alieni iuris, ante completam praescriptionem, restituere debebunt quod ad ipsos sine iure pervenerit.

Observat autem D'Axxibale, II, 140, (8) tine, bona successorum tide non purificari detectum bonae tidei in iis qui possidere inceperunt, quia persona moralis semper eadem permaneat. Sano, cum lex civilis nostra bonam fidem in initio postulet, bona fides quae tunc defecerit, bona successorum fide corrigi non poterit. De lege autem naturali, quid impedit quin iam bona tide plura statuantur, postquam alia statuta fuerint mala tide? Quare initiale

vitium minimo insanabile erit, praesertim cum lex nostra nullam pro pluribus praescriptionibus bonam fidem exigat. Eflicacein in conscientia pronuntiabimus praescriptionem quae bona fide completa sit, dummodo condiciones legis civilis impletae sint.

406. — Casus et scholia. 1. In dubio de bona fide antecessorum, quod inquisitione facta non tollatur, valet principium : « Nemo praesumitur malus nisi probetur talis ». Quare successor possessionem antecessoris tunc simpliciter allegare poterit ad praescribendum. Neque eum damnamus qui, ignarus malae lidei antecessoris, bona fide rem possidere coepit et praescriptionem ab antecessore completam adversario rem vindicanti opponit.

2. Possitne an non praescribere *fur* qui, furti oblitus, rem per triginta annos possederit ? Alii negant, quia de ipsa praevia oblivione et consequente praescriptione respondere debeat (S. Alph., l. 3, n. 515); alii affirmant, quia haec quoque obligatio respondendi, praescriptione triginta noruni exstinguetur. (Sic Lugo, *De luet, et Iure,* <l. 7, n. 151 ; D'Ann. II. 110,(8). Verum haec obligatio, quae civiliter non exsistit, civili praescriptione exstingui nequit. Potius itaque negemus de legitimo modo acquirendi, qualis est praescriptio, responderi debere.

3. Qui *dubio non spernendo* et *invincibili* dubitat an res quam acquirit aut possidet sit aliena, possessionem bona fide inchoatam continuare et sic praescribere poterit : est enim in bona fide theologica, et lex bonam tidem strictius dictam non exigit nisi initio possessionis. Neque aliter, snborto dubio an aliquo debito solvendo tenearis, si, post investigationem, principia do restitutione permittunt ut non solvas ipsum debitum, cum ista bona tide theologica praescribere potos, nisi lex bonam fidem positivam exigat.

I, *Creditores semper,* tutu conscientia, civiles praescriptiones sui debitoris opponere possunt, non considerata debitoris tide, quia ipsi, medio legali, mero ius suum ad integram solutionem prosequuntur.

Neque aliter, cum iura hodierna ex duobus emptoribus rei immobilis illuni praeferre soleant qui transcriptionem (in regesto publico) prior curavit, qui, post alium, domum bona tide emit et transcribi curavit, eam sibi tuto vindicare potest. Et si creditor hypothecarius, «pii prior inscriptus erat, tempestivam renovationem inscriptionis neglexit, alter prioris locum tuto sumere potest.

5. Per se, praescriptio quo iure coepta est fieri, eo complenda eet. Quocirca per se nova lege non afficitur. Peculiaria tamen exstant quarundam legum statuta do hac re. Cf. v. g. art. 19 Cod. civ. *Helvetiae.*

Sl'MMAKIU.M.

407. — *De variis modis oriffinariis acquirendi iura.* — 1. *Occupatio:* apprehensio rei nullius, animo eam ut propriam habendi. Facto enim quo res nullius, pro natura sua, alicui demonstratur esse aubiecta, seu servire ad

usum qui communis esae nequeat, résista huic specialiter conectitur vinculo quod, vigente regimine proprietatis divisae, inviolabiliter firmatur. Occupatio dicitur factum *primigenium* quod privatis possessionibus originem dedit.

Occupari possunt animalia *sUrestria* vol *efferata,* non autem *domestica* vel *mansuefacta. Proprium* tamen ius venandi vel piscandi, quibusdam modis venationis vel piscationis initiate et damnose violari potest.

Ad dispositiones iuris civilis do quibusdam animalibus, ut cuniculis, columbis, apibus, attondendum est.

2. *Thesaurus,* cuius ipsa notio, pro vario iure variat, satis communitor designat rem mobilem (pretiosam), de industria absconditam vol infossam, quam nemo suam esso probare potest. Pleraque iura, satis arbitrarie ex toto velox parte domino fundi et detectori addicunt proprietatem thesauri, quae, ex iuro naturae, inventori cederet ; ac iure isto, quatenus non sit poenale tenori conscientiam plerique existimant: de qua re tamen, ante indicis sententiam, dubitamus.

3. Spectato naturali iure, ree *nuper amissae* occupari non possunt nisi ex quo recuperatio a domino liat desperata. Interea caritas, nisi incommodo excusoris, obligabit te ut rem colligas; subindo iustitia, ut rem cures et dominum mediis quao praesto sunt quaeras ; et locus iit oi latius dictae bonae fidei qua tibi rem condicionate, nisi dominus reportatur, addicas. Quid iura civilia de his, sicut de rebus post aciem vel naufragium relictis disponant, considerandum est.

4. *Adiunctionc rei* ad rem propriam, gignitur, sive natura sive positivo iure, quaedam dominii extensio quae vocatur ucccMio. Sic nativitate fructus, ac proin partus domino rei frugiferae quale est animal parturiens, addicuntur. Accessio ista rebus mobilibus et immobilibus communis est; dum propria mobilium tit *adiunctionc, specificatione, commixtione* seu *confusione ;* propria nutem immobilium, *alluvione, relicto, insula, aedijicationc. plantatione:* de quibus rebus leges positivae adeundae sunt.

5. *Praescriptio* est modus originarius, iuris positivi, acquirendi ius reale aut perimendi obligationem vel actionem, elapso quodam temporis intervallo, ot servatis ceteris legis praescriptis.

Distinguitur *acquisitira (usucapio),* quae simul actionem dat ad vindicandam rem, et exceptionem ad repellendum adversarium ; et *liberatiram,* quae solam *exceptionem* confert qua quis, si voluerit, creditoris actionem plane irritam facere potest. Praeter debitorem, alii quorum interest, praescriptionem opponere possunt. Praescriptio retrorsum agit, ita ut, postquam completa est, a die qua initium sumpsit, edoctus computentur. Dominium perfectum mora praescriptione, sino alterius usucapione, non amittitur.

Quia autem est iure positivo introducta: *a)* praescriptio nulla est nisi condicionibus legis positivae satisfactum sit. Genoratim requirunt leges *pro omni praescriptione,* certum tempus, quod, neglecta prima die. de die in diem, non per horas computatur; *pro acquisitiva,* praeterea, continuam seu non interruptam possessionem, quae non sit vitiosa, i. o. pacificam et

publicam ; *pro ℘luribii nmicapionibuH rcl pracucriplionibu»,* inetUiii titulum coloratum, seu causam per se aptam ad conferendum ius, sed, propter vitium occultum, inefficacem; et stricto dictam bonam fidem; *b)* non plus operatur quam lex intendit, ita ut praescriptiones quibus mera actio fori externi perimitur ab aliis quae ius exstinguunt, distinguere debeas; c) ut in conscientia operetur, lex insta osso debet, nec ita intellegi potest, ut fraudi et peccatis praemium tribuere videatur. Quare qui in mala fide positiva condiciones legis civilis complet, praescriptione uti per se non potest. Excipe tamen si causa boni communis, a bona fide independent;, ius praescriptionum fundet : quod de quinquennali praescriptione usurarum in iure Italico vel Gallico obtineto arbitramur.

Creditor tamen legales sui debitoris praescriptiones, non considerata huius bona fide, semper opponere potest.

In dubio serio ot invincibili utrum res quam acquiris vel possides sit tua an aliena, versaris in bona fide theologica, ita ut praescriptionem quam lex civilis admittat inchoare et perficere possis.

Nisi lex positiva alitor rem ordinaverit, praescriptio secundum eam legem complenda ost qua est inchoata, etiam si novum regimen indnetnm sit.

Quaenam praescriptiones vigeant, in textu explicatur.

2. *Modi derivati.* Sunt *contractus, munera, hereditas, testamentum,* de quibus separatim dicendum est, *delictum* et *quasi-dclictum,* quae in alia sectione locum suum reperiunt.

CAPUT VI.

De modo derivato acquirendi qui est contractus.

Articulus I. — Generalia de Contractibus.

I. *Notio, Divisio, Elementa generaliter.*

408. — Quid sit contractus. *Contractus* est *duorum vel plurium in idem placitum iuris consensus* (cfr. l. 1. Huius §.2. I). De pactis. II. 14).— Plura de contractibus «licenda, valent de *quasi-contractu,* qui est *factum honestum, legis auctoritate aut ultronea cuiuspiam voluntate exsistens, quod quandam obligationem iustitiae parit.* Sic negotiorum gestio.

Contractus considerari potest *in fieri* seu in sua constitutione, et *in facto esse* seu in permanente effectu iuridico quem parit.

409. — Quotuplex sit. Contractus sub vario respectu dividitur. 1. Ex intentione contrahentium seu *fine operantium* contractus sunt *gratuiti* vel *onerosi,* prout ex intentione benefaciendi

alterutri parti fit stipulatio, ut v. g. in donatione, vel utriusque utilitas intenditur. *Mi.rtus* est contractus, in quo partiale tantum pretium exigitur; sed manet gratuitus si donationi annectitur. Analogice onerosus est, cuius occasione qnidpiam alio titulo, v.g. sustentationis, solvi debet. — *Onerosus* est *comm utati vus,* si quod praestari debet ab initio est certum; est *aleatorius,* si hoc ab ignoto vel incerto eventu pendet, v. g. in assecuratione.

2. Ex *fine operis,* omnis contractus iura mutat: sed alii contractus immediate *iura realia* mutant, ut, in nostro iure. donatio; alii gignunt *iits personale,* quatenus generant *obligationem iustitiae.* Observes tamen non omni lege admitti ut ius reale solo consensu transferatur; et plerumque, ut iuridica mutatio personas pactioni extraneas afficiat, quandam inscriptionem in regesto seu tabulis postulari vel aliam sollemnitatem imperari, unde ab iis quorum interest notitia rei haberi queat.

Porro obligatio *iustitiae* ab obligatione *fidelitatis* discernitur. Hac mera fides interponitur; eiusque obligatio genere est *levis.* Illa ius conceditur, quod per se est grave. Obligatio fidelitatis ad heredes non transit, nisi promittens onus *realis* promissionis iisdem efficaciter imponere voluerit, dum obligatio iustitiae patrimonium afficit. (Cf. *Quaestiones de iustitia,* n. 290).

3. Ex *effectu* seu *efficacia : a)* Alii, attenta *substantia* seu stabilitate, in genere sunt *validi, firmi,* aut vario gradu *infirmi, invalidi:* qui vel plane sunt inexsistentes. et ipsa contractus figura destituti, ut civile matrimonium sine officiali et testibus: vel sunt simpliciter *nulli,* qui sententia indicis infirmantur. Magis proprie *rescind Utiles* vocantur qui, propter *laesionem,* seu nimium unius partis detrimentum, infirmari possunt.

b) Alii, quod ad *obligationis* effectum, sunt *unilaterales,* vel *bilaterales (synallagmatici)* prout alteri tantum parti vel utrique parti obligatio *immediate* imponitur. Unilateralis potest esse onerosus: sic mutuum cum stipulatione feneris.

c) Sunt quoque, attenta iuridica efficacia, *nudi* vel *vestiti,* prout solam conscientiae obligationem aut etiam civilem actionem pariunt. Nudi non semper omni effectu civili carent: fieri v. g. potest ut. quod ex pactione nuda solutum sit, repeti nequeat.

4. Ratione *formae* alii sunt *consensuales,* qui solo consensu perficiuntur, alii *reales,* qui a traditione rei initium habent (pignus). — Alii sunt *sollemnes et simplices,* prout lex positiva formas quasdam observandas imposuit vel non. Plerique sunt hodie sim-

plices. — Sunt *expressi* vel *taciti.* Sic, eo quod reus adit patronum qui eius causam suscipit, tacitus habetur contractus inter ipsos.

5. Ratione *appellationis,* sunt *nominati,* qui nomen speciale habent, vel *innominati,* quales quattuor contractus reales (qui dicuntur regulares); do ut des;— do ut facias; — facio ut des — facio ut facias.

(i. Ratione *subsistentiae,* sunt *principales,* qui per se consistunt, vel *accessorii,* qui ad alterum principalem accedunt: pignus, hypotheca.

410. — 1. Elementa constitutiva contractus distinguuntur *essentialia, naturalia, accidentalia. Essentialia* excludi non possunt quin contractus evadat nullus vel alius. Sic. suppresso pretio, venditio liet donatio. — *Xaturalia,* quasi ultro contractum comitantur, ita ut nisi positive excludantur, censeantur, ex lege vel consuetudine, tacito partium consensu in contractu contineri: sic, in emptione-venditione, cautio de evictione, in gratiam emptoris. — *Accidentalia* non comprehenduntur in contractu nisi conceptis verbis convenerint. Sic dies data ut emptor pretium facilius solveret.

2. *Essentia contractus* componitur semper *re* seu materia, qua designatur obiectum remotum vel proximum circa quod pactio versatur: equus,equus venumdandus; et *consensu,* seu conspiratione voluntatum personarum quae iure sint habiles. Conspiratio supponit voluntates partium quae, de re substantialiter eadem, conveniant. Estne praeterea addenda *causa?* Hoc hodie satis disputatur et a pluribus iurisperitis negatur. Nomine causae minime designantur variae rationes quae utramque partem ad consentiendum adducere potuerunt, sed intellegitur *proximum motivum,* quod, cuique contractui proprium, et proin semper idem, ipsam pactionem ingreditur. In contractibus gratuitis, causa erit intentio bénéficient iae; verum hic, in morali existimatione, ipsum subiectivum motivum quo intentio nata sit considerari debebit. In onerosis commutationibus, alter facit, dat. promittit, propter alterius praestationem vel promissionem : venumdans cedit rem propter pretii promissionem; emptor promittit vel solvit pecuniam propter promissam vel factam rei consignationem. Alii utilitatem distinguendi causam ab obieeto tuentur, causam enim licitam essentialiter requiri, et posse in obieeto illicito versari.

Sic delictum est obiectum illicitum; reparatio delicti causam licitam eflicit. Alii inutilem existimant distinctionem, causam enim cum obiecto proximo confundi.

II. *De Obiecto et Causa·, specialiter.*

411. — I. De obiecto contractus. Obiectum contractus, si est *res,* debet, saltem in *spe,* existere; sub respectu quo consideratur, non versari extra commercium; et esse pretio aestimabile: talis non est simplex viae demonstratio a quolibet facta, nec quidquid iam debetur ex institia. Nihil autem impedit quin pretium susceptae obligationis accipias, quamvis per accidens, ob similem iam susceptam obligationem, eam sine novo incommodo adimpleas: sic nuntius qui, ob aliam iam causam, urbem quandam adire debet, solidam itineris faciendi compensationem per se exigere potest. — Si contrahitur de *actione,* haec debet esse possibilis, physice et moraliter; utilis ei in cuius gratiam iit ; honesta. Immo, suis praeiudiciis liberalibus moti, plures Galliae et Belgii iurisperiti negaverunt de obiecto ordinis moralis contrahi posse, sed requiri ut stipulator, saltem ex clausula poenali vel ex adiuncta stipulatione in proprium commodum, cuius alia fiat accessoria, utilitatem oeconomicam seu pecuniariam percipiat. Nec textu Codicis nec tribunalium auctoritate opinio ista fundatur. Quare enitendum est ut praeiudicium istud aboleatur. Cf. Colin et Capitant, II, p. 293, 1.

Si res ex parte tantum exsistat, vel actio ex parte tantum possibilis fuerit, ex rei natura et partium intentione aestimandum erit utrum nec ne partialis praestatio facienda sit.

Res et actio per se *propriae* debent esse promittentis. Potest tamen quis factum alienum spondere; nec aliquid prohibet quin, vendendo rem alienam, quis se immediate obliget ad eandem sibi prius acquirendam. Quod frequenter fit in commercialibus negotiis.

Negant quoque iurisperiti civiliter eflicacem fore stipulationem in gratiam tertiae personae, nisi, v. g. ex adiecta clausula poenali, utilitatem quandam oeconomicam tibi creaveris. Aliter enim a nemine ius urgeri posse: non a contrahente, cum huius non intersit, non a tertio, cui nihil promissum sit.

Obiecto quaedam variis legibus excluduntur. Sic libertas non potest hodie indefinite alienari (art. 1780, Cod. Gall.); functiones

publicae et non raro hereditas futura nequeunt esse obiecta contractus (art. 1600 C. G.).

Quid usus forenses ferant de obiectis ordinis superioris sedulo attendendum est; ut v. g. de religione qua filii educandi sint ; de funeribus religiosis vel mere civilibus; de cremationc, etc.

412. — IL De causa contractus. Haec debet esse *rora* et *licitu.* Iure positivo plures prohibentur causae quae iuri naturae adversantur. Contractus *turpis causae* est irritus tum iure naturae tum iure positivo. Adimpleto tamen facto turpi, indifferens pretium quod solvatur, retineri, immo. secundum communem sententiam, exigi potest. Sed videndum est annon ex iure positivo *condictio* (i. e. actio personalis) indebiti concedatur. Codice *Germaniae,* art. 817, negatur.

Fit etiam ut, propter quandam boni communis rationem, legislator sanciat translationem iuris. neglecta causae considera tione. Ad hoc genus referri potest dispositio art. 707 Cod. Italiae, 2279, Galliae. Vocantur germanice *Abstrakte Rechtsgcschafte.*

413. — Quaeri potest *utrum necne causa quae de se non apparet in contractu exprimenda sit.* Est ne. v. g. satis ut quis solutionem pecuniae promittat, an causam debiti praeterea indicare debeat ? Art. 1192 Cod. Galliae expressionem causae non exigit. Verum practice, in iure saltem Belgii et Galliae, caveas ne debitor mere nomine subscribat documentum (pio debitum eius enuntiatur. sed paucis saltem verbis propria manu scriptis debitum agnoscat. Scribat, v. g. « Bon pour 1000. dus par moi ». Sin minus probatio iuridica desiderari possit.

III. — *he Contrahentibus specialiter.*

414. — 1. Notiones. In contractuum materia distinguere oportet *partes, tertios, auctorem, successorem,* seu *ius habentem, causam habentem, Partes* sunt ipsi contrahentes, (pii per se vel per repraesentantes ipsam pactionem efficiunt; et *pollicitator* vocatur offerens seu promittens, *stipulator,* (pii promissionem vel ius acquirit. *Tertii* sunt (pii negotio iuridico sunt extranei. Qui originem dat cuiuspiam iuri est *auctor* (sic testator, venditor); qui in iure succedit est *successor* vel etiam *ius halans, causam habens.* (Gallice is de cuius hereditate agitur saepe, voce substan-

Ken

tiva dicitur *le de cuius.)* Frequens est, etiam pro conscientia, usus principii de re inter alios acta, quo pactionum effectus partibus circumscribuntur, nec *tertiis* praeiudicium afferre possunt. Successores tamen in patrimonio, istud gravatum omnibus oneribus accipiunt; et ius quod quis ab alio habet non potest nisi quale apud auctorem exsistebat, iisdem ergo qualitatibus et vitiis affectum, accipere.

2. (7 *valeat contractus, contrahentes habiles esse debent.* Iure naturae omnis persona *physica* et etiam omnis persona *moralis,* legitime constituta, habilis est ut per se vel per alios contrahat (Cf. Slater, *A manual,* etc., I, 486).

Quae usu rationis fruitur. habilis est ad contrahendum per se.

Omissis autem personis moralibus, de quibus aliae leges aliter statuunt, legibus hodiernis, personae physicae habiles sunt, praeter eas quae legali incapacitate alliciuntur. Tali incapacitate protegi consueverunt *minores natu,* personae *mentis infirmae* et *prodiyi,* et, in pluribus adhuc legibus, etiam *uxores.* Actus quos faciunt, interdum declarantur nulli, niillitate relativa de qua sola persona incapax et qui eam représentant agere potest; interdum sunt mere rescindibiles propter laesionem. Varia iura adeunda sunt. In *foro conscientiae,* personae protectae istis legibus uti possunt. Si tamen *dolose* egerint in ipso contractu, is quidem non ideo magis eos obligat quam iure positivo statuitur, sed de *damnis* tenebuntur. Sic minor qui mutuam pecuniam sincere seu cum animo reddendi accepit eamque dein prodige dissipat, neutro iure, civili vel naturali, ad aliquid tenetur. Si autem ficte contrahat, cum intentione dissipandi et non reddendi, naturalem saltem restitutionis obligationem habebit.

Semper tamen id in quo persona incapax ditior facta est ex contractu qui infirmatur, restituere debet. Denique non raro hodie capacitas minoris natu augetur per speciales leges quae favent depositis in arcis publicis parsimoniae.

Dum lex minorem contra eius debilitatem protegit, minime ipsum ab effectibus delictorum suorum immunem reddere cogitat.

Praeter generales inhabilitates, speciales ad abusus coercendos, statuuntur, quibus v. g. medici, ab aegroto non consanguineo (piem in ultimo suo morbo curarunt, nihil valide, *durante* illo morbo, dono vel testamento accipere possunt.

415. —2. Minores natu ex iure positivo. I. *Normae satis communes.* A iuribus quae *res* respiciunt, iura *personalia* separare in

primis oportet. In variis enim legibus, iura personalia minorem adultum magis capacem reperiunt et etiam efficiunt. *Reperiunt,* v. g. habilem ad valide matrimonium contrahendum, ad agnoscendam prolem illegitimam (quod ('odex *Hollandiae* (337) matri semper, patri, si 19 annos natus sit concedit); *efficiunt:* namque, saltem assentientibus iis qui matrimonio consentire debent, capacitas nuptiarum capacitatem faciendi pacta nuptialia secum trahet, ibi saltem ubi pacta ista non possunt nisi ante nuptias celebrari; ac pleraeque leges emancipationem per matrimonium admittunt.

In ipso ordine rerum, minor saepe magis capax est condendi testamentum quam contrahendi.

In praesenti autem de sola *contrahendi* capacitate agitur. Haec tunc legibus positivis fere communia sunt.

1. Quam diu minores natu non sunt saltem emancipati. *obligationes* firmiter contrahere ipsi generaliter nequeunt: sed. observando cautelas pro gravioribus actibus praescriptas, pro ipsis agunt vel parentes vel tutores. Non nullae tamen leges ipsis permittunt contractus quibus bona sine obligationibus accipiunt; permittunt quoque ut proprias pecunias quasi maiores in publica parsimoniae arca deponant, et modum statuunt quo operas locare possint.

2. Postquam sunt emancipati, in gravioribus actibus adesse ipsis debet curator, vel simili ratione cavetur ne in his imprudenter se gerant.

3. *Nullitas* autem pactionum quas minor incapax fecerit non est absoluta sed *relativa,* quatenus a minore vel ab eo qui minorem repraesentat, non autem ab altero contrahente opponi potest.

4. Quia minorem aetatem protegere non autem fraudibus patrocinari legislator intendit, minor qui *dolose* se maiorem natu tinxerit, vel damnis tenetur vel aetatem pro nullitate contractus allegare iam non potest. Quid autem requiratur ut dolus iste iuridice habeatur, aliter alia lege definitur.

5. *Ratihabitio* quo actus infirmus sanetur, plerumque, sed tantum ex quo contrahens maior evaserit, lege admittitur.

II. *Quaedam non nullarum legum propria.* 1. Iure *latino.* incapacitM qua minores natu proteguntor cohaeret cum patria potestate, quatenus ii qui patriam potestatem exercent, pro minoribus vel cum minoribus agunt, et quatenus ista repraesentatio directe solos filios legitimos vel legitimates

atlicit. Tutela tamen legali, quae eimilem patriae potestatem confert, etiam filii naturales proteguntur.

Codice *Auttriaco,* distingiiuntiu *infante»,* qui nondum septem annos, *impubère»,* qui nondum quatuordooim annos, puberes *minore»,* qui nondum viginti quattuor annos compleverint. Libera tamen dispositio de fructibus propriae industriae permittitur minori qui a parentibus non alitur: vicennis autem declarationem maioritatis (252) et liberam administrationem redituum qui sumptibus annuis supersint a indice obtinere potest. Locatio autem operae facta a minoro non potest sine gravi ratione a tutore infirmari. — Codice *Aumfiai* (241), *Hrlri tiae* (19), minores bona acquirere sine obligatione possunt. Codice *Bratilitnti* (5.6) absoluta sancitur incapacitate, sine doli exceptione, ad sedecim annorum aetatem: postea fit relativa. — Ex Codice *IMIandiat* minor duodeviginti annos natus a indice, si parentes non sint inviti, partialem emancipationem obtinere potest (480-485); solus deponit pecunias in publica arca parsimoniae; cum consensu eius a quo repraesentatur operas locare permittitur. Codicis *Hiupaniat* proprium est ut etiam contractus a tutore, intra ambitum potestatis suae facti, propter laesionem seu damnum quod quartam partem valoris obiecti superet rescindi possint.

iure *Italico* actio nnllitatis quinque annis (post maioritatem) praescribitur. Actus debitis sollemnitatibus vestiti non minus quum actus maioris natu firmi sunt.

Concordant, in summa, iura latina, nisi quod plerumque ad quattuor annos praescriptio actionis reducitur. *Lutitanti»* tamen Codex praescriptionem quinque annorum servavit. — Praeterea Codex *Hispaniae* actionem dat qua ipsi actus a tutore tacti, intra limites potestatis suae, rescindi nihilominus possunt propter laesionem (seu damnum) quod quartam partem valoris obiecti superet.

Minus simplex regimen Codice *Galliae* (et *Belyii)* introductum est, quo. alii actus mere reseindibiles sunt, dum alii relativa nullitate infirmantur, *a)* Contractus, quemciunque minor fecerit, rescindi potest, si etiam parumper laesivus fuerit: dummodo damnum non ex casu fortuito sed ex ipsa pactione manaverit, λ alet igitur istud: minor restituitur non tamipiam minor, sed tamipiam laesus, *b)* Si vero actus fecerit quos ipse tutor solus tacere non poterat, vel solus solutionem debiti receperit, actus isti sunt nulli relativa nullitate. — De minore *emancipato,* distingui debent *a)* actus quos solus facere potest: sunt finii, ita tamen ut si ad nimias expensas obligent, ad iustos terminos redigi a indice possint : *b)* actus quos cum assistentia curatoris facere poterat sed debebat: sunt rescindibiles propter laesionem; *c)* actus qui aliis praeterea sollemnitatibus erant obnoxii: sunt relativa nullitate affecti. — Actiones de nullitate et rescindibilitate decem annis a maioritate praescribuntur.

2. hire Codicis *Germanici,* minor, etiam solus, actus facere potest qui ipsi mere, sine onere prosunt : actus vero qui ipsi damnosi esse possunt facere firmiter nequit sine auctoritate eius qui ipsum repraesentat, vel etiam.

interdum, tribunalis tutelarum. Isti ratos habere possunt tales actus. Sed nisi ratiticatio intra duas hebdomadas intercesserit, actus sunt nulli. Actus vero qui cum debitis sollemnitatibus fiunt, firmi sunt quasi a maiore natu facti.

3. lure *anglico,* minor quosdam contractus ipsi proficuos vel rationabiles et congruentes cum statu vel condicione sua facere potest. Ceteri vero contractus *absolute* nulli sunt nec rati haberi possunt. Beneficium autem fraudis minor numqnam consequatur.

•I. In *U. S. A.* temperatur rationabiliter principium olim admissum (pio omnes actus minorum erant nulli vel irritationi obnoxii. Nihil magis definitum dici posse videtur.

416. — 3. Uxores ex iure positivo. I. *lndicationex generaliore* Maior hic cernitur legum varietas. Aliae enim leges nullam contrahendi incapacitatem, *uxori propriam,* admittunt: aliae, mere ad firmandam auctoritatem mariti, huius assistentiam exigunt, dum aliae etiam debilitati sequioris sexus consulere intenderunt. Sed negatam mariti licentiam index plerumque supplere potest. Hodierna autem iurium propensio est ad generalem capacitatem restituendam. Immo quaedam leges ius agnoscere coeperunt uxoris gerendi rem familiarem, imputando sumptus in bona communia. Uxor autem quae separatam artem vel negotiationem exercere permittitur, iam dudnm plena in his rebus capacitate fruitur. Hodiernae quo pie leges uxorem iam habilem facere solent ad administrandas pecunias quas publicae areae parsimoniae commiserint. Nullitas vero contractuum interdum a solo altero coniuge, interdum a marito eiusque heredibus, interdum ab uxore, immo etiam ab huius heredibus opponi potest. Id ipsi uxori permittendo, legislator intentionem protegendi eius infirmitatem demonstrat.

II. *Variarum legum propria.* 1. Ius *latinum.* Neque in *Austria,* neque in *Helvetia* (?) neque in republica *Costarica* specialis incapaeitas uxoris sancitur. Recente autem lege 17 iul. 1919 est suppressa in *Italia.*

Codice *Helvetico,* non solus maritus, sed etiam, pro expensis cotidianis, uxor communitatem repraesentat (168). Codice vero *Braeilien^i* maritus, quaecumque fuerint pacta nuptialia, actus graviores in bona uxoris sine huius assensu facere nequit ; immo eius consensu opus habet ut donationes notabiles ex bonis communibus faciat (285). Rursus autem uxor etiam pro acti bus qnae bona sua attingunt generali vel speciali mariti licentia opus

Consensu tAxnen mariti opus babe: nt hereditati renuntiare postit.

habet (242), Nullitius actus indebite sine mariti consensu factus a marito opponi potest (252); quem autem maritus sine uxoris consensu indebite fecerit, uxor et etiam eius heredes impugnare possunt (239).

Attamen, apud plorasque gentes latinas, quaedam incapacitas subsistere pergit: ita in *Hispania, Hollandia, Lusitania, Ilumenia.*

In *Gallia* severitas Codicis civilis recentioribus legibus temperata est: v. g. lege 13 iul. 1907, completa per legem 8 inii. 1923, uxor permittitur gerere libere lucra et bona quae in exercenda professione a mariti professione distincta, obtinuit; — lege 12 mart. 1920 libere syndacatui nomen dare potest; deposita in arca parsimoniae habere et administrare potest: ac plenam capacitatem obtenta thalami separatione consequitur.

His etiam omissis, excepta capacitate quam ex pactis nuptialibus pro vario bonorum regimine haurit, auctoritate mariti indiget ad contrahendum. Ac licentia specialis et per se scripta esse debet, nisi agatur do exercenda professione vel de actibus qui scribi non consueverunt.

Licentia mariti qui nolit consentire vel qui sit incapax, a tribunali suppleri potest.

Actus sine debita licentia facti sunt vitiati nullitate relativa qua maritus, uxor, et utriusque heredes intra decem annos (art. 225) uti possunt. Acceptatio donationis est absolute nulla.

2. Codex *Germaniae* nullam statuit uxoris ineapacitatem. Maritus tamen rescissionem petere potest obligationis quae *personalem* uxorem operam postulet.

3. lure *Angliae* et *U. S. .1.* uxor diu absoluta incapacitate laborabat. Sod Act. 18 aug. 1882, plene capax facta est; atque etiam in Γ. S. A. incapacitas ita suppressa est ut omnes contractus non expresse statuto exclusos facere possit.

IV. — *De Consensu specialiter.*

zl. — Qualis consensus requiratur et quid efficiat.

417. — Consensus necessitas. 1. ('(intractus,quod probe notandum est, *voluntariam* dicit iurium commutationem; praeterea, nemo invitus ius saltem definitive acquirit. offerens vero ius aliquod transferre vult, non simpliciter amittere. Quare requiritur *consensus* internus verus, et *mutuus,* ita ut quod alter offert, idipsum altere.rpmse vel tacite acceptet. Namque in rebus favorabilibus, facile obtinet proverbium: «qui tacet consentire videtur ». Ut mutuus sit consensus, oportet ut ambae voluntates formaliter coniunctae sint, ac proin ut offerens suam voluntatem per se vel procuratorem alteri intimet.

2. Consensum istum non impedit voluntas obligationem *non ea sequendi,* bene vero voluntas non se *obligandi.* Si autem par-

tialis fuerit negatio, i. e. si quis respuat ex pluribus contractus obligationibus aliquam quam coniunctam esse ignorabat, voluntas *praevalens* indaganda est, et, secundum eam, de re indicandum.

3. lura positiva interdum exigunt ut consensus certa forma exprimatur, sive ad ipsum actus valorem, sive ut contractus probari possit. In priore casu habetur contractus sollemnis, quale est matrimonium in hire ecclesiastico; qualia, in iure civili, sunt pacta nuptialia et testamentum. In altero casu pactio valet sed iuridice demonstrari nequit. Sic nulla conventio de re quae 500 libellas valore superet per testes probari potest, secundum ‹ 'odirem *italicum* art. 1341.

418. — De initio obligationis, *Duplex quaestio* hic movetur. 1. *Potestne et quam diu vel pollicitans* seu proponens contractum. *pollicitationem vel acceptans acceptationem efficaciter revocaref*

Quaestio vix practica est quando contractus consensualis lit inter praesentes; qualis etiam esse censetur cum partes per telephomum paciscuntur. Responsio enim a praesenti simul datur et intimatur et responsione ilico data contractus perficitur. Nisi autem ilico detur, pollicitans consensum suum retractare potest: nec retractatio ista alteri damnosa existimatur.

Cum autem pactio agitur inter absentes, per litteras, per télégramme, per niincium, res propter damnum quod retractatio parti qui eam ignorabat vel non timebat afferre potest, minus perspicua evadit : et inter ipsos iurisperitos controvertitur, quando lex positiva rem explicite non definit.

Classica, diu recepta doctrina, ipsam essentialem contractus rationem allegabat ut *pollicitanti* permitteret revocationem ante alterius acceptationem, nisi diversam se obligandi intentionem manifestasset, et haec ab altera parte acceptata fuisset. Sic adhuc Pacifici-Mazzoni, op. cit., IV, § 47, qui tamen retractantem obligant damnis praestandis, si acceptans pollicitationem cuius revocationem ignorabat, inde laesus fuisset.

Hodie vero non pauci contendunt pollieitantem saltem implicite (nisi aliter ẽxpressi dixeiit), ipsa pollicitatione, obligatum esse ad exspectandam tempestive datam responsionem. Haec, nisi statuatur dies, inter praesentes ilico dari debet, inter absentes autem per tempus normalis exspectationis. (Cf. Colin et Capitant, op. c.. II. p. 270 ss.). Observes tamen pollicitationem non reputari perfectam antequam ad alteram partem pervenerit, ita ut

per telegramma quod citius, vel etiam cum litteris quae simul rum aliis, pollicitationem continentibus, pervenerint, pollicitatio nulla fieri seu revocari queat.

Acceptanti etiam plures eodem modo permittunt ut, antequam nuntius pervenerit, acceptationem efficaciter revocet. Aliter *per se* dicendum est si ab *expedita* acceptatione contractus perfectus censetur.

Quando absentes paciscuntur, Codex *Austriacus* § 862, salva expressa stipulatione, pollicitantem obligat ut intra 24 horas responsionem exspectet alterius partis (piae sit in eodem loco; si autem in diverso loco, per tempus duplum tempore necessario ad mittendam responsionem. Codex autem *Brasiliensis* (1681 -1086); *Germanicus* (130 et 145); *Helveticus* (C. *obi.* 3-10) sententiam (piam hodiernam dicebamus explicite sanciunt.

419. — 2. zl *quonam momento conti (totus censetur perfectus?* Sufficitne ad *perfectionem* contractus, ut acceptatio facta sit, an praeterea requiritur ut pollicitanti innotescat; immo sit ipsi per acceptantem vel mandatarium insinuata seu intimata!

I. Acceptationem mere internam non sufficere, per se liquet, eum consensus mere internus iuridieas hominum relationes mutare nequeat.

Sed, ex iure *naturae,* ab expresse vel tacite manifestata acceptatione (quod, inter absentes, intellegi potest de *expedita* acceptatione v. g. per officium postale), contractus est per se perfectus. (De hac re Carrière, *De Contractibus,* I, 31-34.) Per se. inquam, possunt enim partes mutuam obligationem differre, v. g. donec, instrumentum subsignaverint. Quam voluntatem satis facile habebunt, si ab initio voluerint contractum scribere. Quare Codex *Germaniae,* art. 154, in *dubio* partes (piae de conficiendo instrumento convenerint, ante confectum instrumentum non ligari declarat.

420. — II. Quid leges positivae statuant. 1. De iure *latino,* saltem *Italiae* et *Galliae,* non desunt controversiae quae theologum cautum in respondendo facere debent. Nec ipsae leges concordant. Omissis autem quibusdam contractibus, pro quibus, ut pro donatione, in iure. *Gallico* intimatio acceptationis explicite exigitur, distinguere solent pactiones *unilaterales,* quae ab acceptatione perficiuntur (Pacifici Mazzoni, IV. p. 161) et *bilah rales,* qnae non censentur perfectae donec ipsa acceptationis intimatio ad pollicitantem pervenerit. In qua re adhaerent sententiae ('. de Lr«o, *lust.* d. 22, n. 27.

Quod Codex *Hispaniae* art. 1262 explicite statuit· Verum attendendum quoque est ad leges et usus commerciales, quae magis expeditam negotiorum conclusionem ordinare solent. Codice *Brasilitnsi* contractus ab expedita acceptatione perficitur; utilis tamen est retractatio quae saltem einml cum acceptatione perveniat (10X6).

2. Ius *Germanicum* cum *Braziliensi* concordat (130. 151); explicite tamen excipit, si usus fuerit acceptationem notiiicandi.

3. Iure *Anglieo* significatio acceptationis perficiendo contractui necessaria censetur. Si tamen offerens expresse vel tacite admiserit ut alter per litterae officio postali commissas acceptaret. officium istud consideratur ut riiandatarius offerentis, ita ut a momento quo litterae acceptantis ei consignatae fuerint contractus sit perfectus; nec mora expeditionis vel amissio litterarum vices partionis allicit. — I. Idem valet in Γ. X. *A.* se<l qui ore offert non censetur tale mandatum officio postali dedisse. Quare, tunc a momento tantum quo scriptum responsum pervenerit, contractus erit perfectus.

Contractus tamen *realis* (mutuum, commodatum, pignus. etc.), a tradita re vel facta praestatione initium habet. Verum iam antea valebunt promissiones faciendi mutui etc., si in vera pactione sint contentae.

421. — Quid superveniens mors vel incapacitas efficiat? Si vel *offerens* vel *is cui contractus propositus est,* ante ❜ccepta tionem vel *moriatur* vel *incapa.r* liat, quid iuris de heredibus vel de iis qui incapacem personam repraesentantf

Ex *iure naturae,* heredes offerentis. non minus quam ipse offerens propositum contractum revocare possunt. Quid vero expresse vel tacite fecerint, examinandum est. Ex intentione quoque offerentis aestimandum est utrum heredes eius cui res proposita erat, contractum sua acceptatione perficere possint, an negotium ex toto instaurandum sit.

Codex ❜*anonica* nihil expresso de re statuit. Remittimur igitur ad ius naturale et, secundum c. 1529, ad ius civile vigens in regione ubi quaestio oritur. Logos positivae civiles quae negant obligationem ex ipsa pollicitatione, qua tali, manare, generatim statuent negotium morte vel incapacitate alterutrius finiri : sic de iure *italico* respondent Pa CIFICI-M \zzom. IV. p. 1G(); dum Codice *Germaniae* acceptatio morte vel incidente otlerentis incapacitate per ❜ (i. e. nisi contraria demonstretur pollieitantis \oluntas) non impeditur.

422. — Corollaria pro conscientia.

1. Parti quae iure positivo uti velit quo retractatio permittitur vel negatur, redi debebit. Cf. etiam Ball.-Palm., *Op. tluol.,* III, 639.

2. Qui per litteras offert quidpiam, etiam titulo gratuito, si explicite vel implicite responsum exspectet, non censetur se voluisse obligare, ante quam ipsi de acceptatione constet (Ball.-Palm., III, 638).

3. Cum contractus sit per se actus inter partes conclusus, si alterutra, infidelis, cum tertio contrahat, is uti poterit lege positiva quae posteriorem pactionem confirmet.

4. Merces quae in tabernis venales prostant, perpetuo offerri pro pretio ibi indicato censentur. Quare tabernam ingrediens emptor, ius habet ut merces proposito pretio ipsi tradantur.

Non ita constat, perinde dicendum esse de nuntiis quibus pro definito pretio, libri vel instrumenta offeruntur, ita ut contrarium nuntium utiliter non mitteretur nisi ante acceptationem. Caute igitur in his rebus agendum est.

5. Quamvis quidam, maxime ante Codicem, dixerint *promissiones* vel *donationes Ecclesiae vel causae piae factas* ante acceptationem valere, contraria sententia, iam ante Codicem, erat probabilior; quod multo magis nunc tenet, cum leges civiles de contractibus in rebus ecclesiasticis per se applicari possint. Quare qui, ante acceptationem, huiusmodi donationem revocaverit, practice, ad nihil tenebitur.

Quid si promissio vel donatio immediate sit Deo pro Ecclesia facta?

Non ideo Deus censetur voluisse rem in dominio suo quasi homo habere, sed huiusmodi promissio vel oblatio valet ut votum; istud votum tamen, ante acceptationem, reservatum non est, cum nulli sit ius quaesitum. Cf. Ball.-Palm., III. 634, (pii addit donationes huiusmodi in dubio censeri Deo esse factas.

B. — Quibus causis et quomodo consensus vitietur.

Tria consensus vilia numerari consueverunt: *error, metus, dolus.* (Notiones cfr. I, 54, ss.; 78 ss.; 86). Ilis effectus *laesionis* seu damni per modum appendicis addi potest. De singulis breviter.

423. — L De vitio erroris. 1. *Quotuplex error distinguatur.* a) *Principium.* Consensus errore maxime vitiatur, ita ut per se, veluti in primo rationis signo, omnis error quo consensus determinatus est contractum infirmet. Tollit enim voluntarium, et contractus est voluntaria iurium commutatio. Ipsa tamen securitas

quam contractus utrique parti dare debet prohibet ne ad omnem errorem attendatur; ita ut contrahentes beneficio plurium errorum, virtuali ratihabitione, renuntiare censeantur et renuntiare debeant. Quinam autem errores considerandi, quinam vero negle gendi sint, variis distinctionibus edocemur.

b) *Distinctiones.* Distinguitur error *Substantialis* et *accidentalis.* Prior essentiam contract us allicit : sive eius *naturam* (donationem i)ro venditione), sive eius *causam* (reddis pecuniam tamquam mutuo acceptam, nec mutuo data fuit), sive eius *obiectum* quod, per se vel propter partium definitionem, est *essentiale.* Quare qualitas quae primario intenditur, ad sic intellectam essentiam pertinet (dicitur redundare in substantiam). Ita si vinum quaeras pro sacrificio, aptitudo ad sacrificium erit essentialis. Alius error est *accidentalis.* Potest tamen *causam dare contractui,* si sine tali errore consensus non fuisset datus.

2. *Quid error operetur per se.* Error *substantialis* contractum per se dirimit ; non item error *accidentalis* (etiam si causam contractui dederit), nisi qualitati quae falso putatur adesse, consensus, ut *condicioni* sine qua non (contraho si talis qualitas habeatur), expresse vel tacite subieetus fuerit.

Si tamen error ille *causam dederit* contractui, *et ex dolo* seu fraude unius partis manaverit, altera pars arbitratu suo contractum rescindere potest.

Immo. etiamsi nulla fraus commissa fuerit, statim atque error vere causa fuit contrahendi, Lessius, *lust. c.* 17. n. 33 et S. Alph. L. 3, n. 715 potestatem faciunt parti quae erravit recedendi a contractu, modo, ut GÉNICOT, I, 589. 111 apte subiungit. alteram partem indemnem praestet.

Si error fuerit *vincibilis,* damna inde profecta erunt, pro gradu culpae, sarcienda!

3. *Quid error operetur ex iure positiro.* Leges positivae distinctionem erroris *substantialis* et *accidentalis* minime ignorant, sed varie describunt, et propter errores substantiales contractum vel pleno iure vel saltem post iudicis sententiam irritum faciunt.

Hodierni vero iurisperiti distinguere solent errorem quo omnis consensus ita excluditur ut contractus sit *absolute nullus,* ut si altera pars se dono accipere existimet quod altera pretio tantum cedere voluerit *(error in negotio)* errorem qui solam parit *anilitatem relativam,* quae iudicis auctoritate pronuntiatur vel admit titur. ut si erretnr in qualitate destinationi rei omnino necessaria.

[423.]

et errorem *quocum contractus subsistit.* Of. v. g. Colin et Capitant, I. 68; II, 277 ss. Plerumque error unius partis sufficit ad contractum infirmandum; fit tamen ut solus error mutuus ex aequitate attendatur, vel ut erranti rescissio non concedatur nisi cum obligatione praestandi damna quae temere errando alteri parti intulerit. (Cf. PaciFici-Mazzoni, II, § 137; IV, 49-54.) Non nulli errores, iuris potissimum, minus excusabiles indici videbuntur. In Γ. N. .4. error de iure alienigenae gentis errori de facto aequiperatur.

De errore haec statnit canon 101 : « Error actum irritum reddit, si versetur circa id quod constituit substantiam actus vel recidat in condicionem Mine </wrt *non ;* secus actus valet, nisi aliud iure caveatur; sed in contractibus error locum dare potest actioni rescissoriae ad normam iuris ».

('iiiusnam iuris? Iuris civilis vigentis in regione, ni fallimur, propter c. 1529, quo, in materia ecclesiastica, servanda dicuntur, nisi obstet ius divinum vel diversa iuris canonici dispositio, quae ius civile in territorio statuit. Antea autem canon 16, ὐ 2 haec monebat : « Ignorantia vel error circa legem aut poenam aut circa factum proprium aut circa factum alienum notorium, generarim non praesumitur ; circa factum alienum non notorium, praesumitur, donec contrarium probetur ». Verum haec contractus directe non respiciunt. Invat quoque istud ex iure *Ü.* 5. **J.** memoraro: Si propter errorem mutuum, vel dolum unius partis contractus cum vera partium intentione non congruit, tribunal contractum ad veram intentionem partium, ex aequitate rediget.

Quid singulae leges civiles disposuerint de effectu erroris, diutius persequi non videtur esse nostrum (J). Caput est ut pauca haec *pro conscientia* mente teneamus. Fas est secundum ius naturale effectus erroris aestimare. Fas quoque est, ei qui culpandae fraudis non est reus praesidio iuris civilis uti sive ad infirmandam sive ad confirmandam pactionem. Ac sententiae legitimae indicis obtemperandum est.

424. — II. De vitio metus. 1. *Distinctio.* Contractus dicitur fieri c.r *metu,* si absque metu non fuisset conventum; fit *directe ex metu,* si metus ad extorquendum consensum incussus fuerit;

:) Cf v g Cod. *Gallicum,* 1109-1110; *Italicum,* 1108-1110; *Austriacum,* 871-875; *Hei· •jeticum* tCod. obi.) 23-26; *Neerlandicum,* 1357. 1358. 1485; *Lutitanum^* 656-665; *Braziliensem,* 86-91 ; Codicem *Germaniae,* 119-122. Notabile est istud Codicis Germanici» Ab eo qui erravit damnum sarciendum esse alteri parti quae sine culpa fuit et damnum ⅋ passa est (ari· 122)

iit *indirecte ex metu,* si metus ob alium finem iniectus fuerit, ira ut contractus in se sit iustus (l).

2. *Effectue, attento iure naturae.* Omisso metu ita animum perturbante ut essentialem deliberationem auferat, et *metu ab in trinceco,* vel *ab extrinscco* sed *insto,* quo contractus non vitiatur, omnes primo auctorem iniusti metus obligant ad sarcienda damna. Deinde, si contractus Iit directe ex metu *ab extrinscco et iniusto.* alii iam permittunt ei qui metum sit passus ut rescindat contractum. modo metus *comparate* (respectu trepidantis personae) *ffrari* fuerit, vel, si *levis, causam* tamen *contractui dederit* et agatur de contractu gratuito vel qui, ut sponsalia, maiorem libertatem po stulet. Td statuunt ex aequitate. Alii negant contractum infirmari, nisi alter eontrabens fuerit ipse, saltem ut iniustus cooperator, culpandus delicti. Si is culpandus fuerit, faciunt contractum *re scindibilem* ad nutum illius qui timore est allectus; immo. non nulli saltem, *nullum,* modo metus fuerit saltem *comparate* gravis. — Metus qui *nec sufficiens nec necessaria fuerit causa contractu* hunc non vitiat, sed obligat ad damna reparanda. — Denique si contractus *indirecte* liat *ex metu,* contractus non est rescindibilis. nisi altera pars contrahens culpanda fuerit.

Solutiones istae innituntur hoc principio, voluntarium metu non tolli: aequitatem vero postulare, ut iuridici iniustae actioni» effectus, quantum lieri potest, restringantur.

3. *Lctjcs positivae.*

a) Quid metus *in iure canonico* operetur, diximus I, 81-84. Satis hic erit memorare invalidum esse votum ex metu gravi et iniusto («missum ; lenuntiationem officio vel beneficio ex metu gravi et iniusto factam; matrimonium quod quis eligere debuit ut se ex metu gravi et iniusto liberet; admissionem in noviciatum et professionem religiosam ex metu gravi factam. Cf. c. 185. 542, 1"; 572, § 1; 1307, $ 3. Nec obligatio coelibatus et horarum canonicarum contrahitur ab eo qui motu gravi coactus ordinem sacrum susceperit. nisi ordinationem, remoto metu, ratam habuerit (c. 211. ŭ 1).

b) Ius civile Latinum. Codex ei\ilis *Italiens* et *Gallicus* nullos vel resemdibilcs efficit contractus ex metu respective gmvi et iniusto initos. Ad persona <piae metum intulit non attendunt. Nec metum rex erentialem per se gravem aestimant. Cf. art. 1108.1111-1111 Cod. Ital., 1111-1115 Cod. Gall. Similes sunt leges *Anit ricae latinae,* v. g. Cod. *Braziliensis* art. 98-101 ; Cod. *Lusitani,* art. 666; leges *Xetrlandiai* (1359); *Helretiai* (C. obi. 29). Is Codex

p) V g. «4 placandum patrem, ob aliam rem graviter offensum et minitantem, quis oftei t se ut sponsum filiae.

tamen, si alter contrahens nullatenus culpandus erat, obligat partem quae inetum passa est et a contractu resilire velit, ut alterum contrahentem indemnem praestet. Codex vero *Austriacu* (870-875) non infirmat contractum ex metu factum, si altera pars nec complex fuit nec vim illatam cognoscere manifesto debuit.

c) Codex *Germaniae,* omissa distinctione metus gravis et levis, iis qui metum passi sunt actionem concedit qua, intra annum, a indice, si is aestimet partes metu iniusto permotas fuisse, actus nullitatem obtinere possit (art. 123. 121. 318).

d) In *U. X. A.* contractus ex metu *(durées)* sunt reseindibiles.

e) Iure *Anglico* sunt reseindibiles ad nutum partis quae metum passa est contractus, si metus ab altera parte agente vel complice incussus fuerit. Si altera pare culpanda non sit, ad solum metum quo ratio perturbetur attenditur. Contractus qui favent parti habenti auctoritatem in alterum, possunt, postulante hoc altero, annnllari, nisi pater vel Superior vel medicus, etc, demonstret plenam alterius partis libertatem.

425.— III. De vitio doli. 1. *Notio. Ilolum* Labeo definit: *omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam* (I. 1. § 2 I). De dolo malo, IV, 3).

2. *Effectus* ex iure *naturae.* Dolus contractum non attingit nisi errorem gignat; tunc saltem obligationem sarciendi damnum inducit.

3. Effectus ex iure *ponitivo.*

a) Lex *canonica,* c. 103, ὐ 2 idem quod de metu statuit do dolo.

b) Ius *civile latinant.* Codex .1 *imtriacun* (871-875), itiri naturae adhaerens, pro errore effecto et culpanda altera parte de dolo statuit.

Iure *Italico* (1115) et *Gallico* (1116), dolus nullam reddit pactionem quando culpanda est altera pars contrahens, et causam dedit consensui. In actibus iuridicis non bilateralibus v. g. in acceptatione vel repudiatione hereditatis, admittunt actum dolo determinante vitiari, quicumque sit reus. Si ambae partes usae sint dolo eiusdem efficaciae, « dolus inter utramque partem compensatur». (Colin et Capitant, I, p. 70; Pacifici-Mazzoni, II, § 138.) Similia habent Cod. obi. *Helvetiae,* art. 28; *Hollandiae,* 1361; et leges *Anu ricae latinat.* Attendendum tamen est utrum necne requiratur dolus ab alterutra parte effectus.

Nam art. 969 Cod. rei publicae *Argentinae* id fert « Dolus validitatem actuum inter vivos afficit sive a parte contrahente sive n tertio sit effectus ».

observes igitur propter dolum gravem, infirmari posse actum iuridienin etiamsi nullus error substantialis fuerit admissus.

c) Codex *Germaniae* idem quod de metu statuit de dolo.

d) In *Γ.* «§. **J.** parti quae alterius partis dolo decepta est ius resiliendi contractum conceditur.

e) \n» *Augliae* optionem nullitatis dat parti qnae alterius dolo ad contrahendum inducta est. Immo, in quibusdam contractibus qui dicuntur nberrimae tidei (v. g. assecuratio, venditio agri, attributio titulorum societatis industrialis) sola dissimulatio seu reticentia rei notabilis, quam altera pars ius habebat cognoscendi, facultatem rescindendi actum confert (Slater, *Manual,* I, p. 482).

426. — De Laesione. 1. Ex iure *naturae.* Laesio seu *damnum quod contractus atteri a()'ert,* errorem facile sequitur, sed vitium consensus in se non constituit.

2. Ex iure *pouitiro,* can. 1681, § 2, conceditur per biennium actio ei qui gravem ex contractu laesionem ultra dimidium ex errore passus est, ad obtinendam contractus rescissionem. — Leges civiles saepe tacent de laesione, vel in paucis tantum pactionibus, potissimum in venditione et hereditatum divisione, rescissionem, propter enormem laesionem, peraliquod tempus, in favorem venditoris vel heredum concedunt. In lure *U. S.* **J.** laesio non est per se causa rescissionis. In casu tamen extraordinarii damni, coniuncto eum miserabili partis laesae condicione, poterit index, ex aequitate, rescissionem concedere.

C. — Quomodo contractus interpretandus sit.

427. — Aequam faciendam esse contractuum interpretationem suadet ratio naturalis, legesque suis sanctionibus confirmant. Quare magis quam littera, intentio partium attendenda est ; — paciscentes existimantur tacite admisisse quaecumque, secundum usus vel leges vigentes, singuli contractus secum ferunt: sive ea noverint, sive saltem in confuso praeviderint huiusmodi consectaria ad legalem contractus ambitum pertinere: sic obligatio praestandi evictionem, quae venditorem tenet ; — quia propensiora sunt iura ad solvendum quam ad ligandum, in dubiis, regulariter pro debitore contra stipulatorem respondendum est. Cfr. Cod. *Italicum,* art. 1131-1139 ; *Gallicum,* 1156-1164; *Germanicum.* 157. 242.

V. — *De obligatione contractuum.*

A. — De obligatione principali.

428. — I. Quinam obligentur. 1. Contractus per se obligant solos contrahentes et qui eorum locum tenent : repraesentantes et successores. — Obligatio tamen esse potest stricte *personalis,*

quae ad heredes non transit. Quae transit, dicitur *realis,* et allicit patrimonium, lure quo in Belgio, Gallia, Italia utimur, personalis censetur quaevis *operae locatio,* obligatio contractus *societatis* et *mandati.*

2. Quando contractus dominium rei transfert, ex eo sequitui pro omnibus generalis obligatio servandi cuique sua. Attamen tertius qui bona lide accipit a donatore vel venditore rem corpoream vel titulum anonymum alteri promissum sed nondum traditum, huic praefertur; et contractus de re immobili, ante eius registrationem, nihil operatur nisi inter partes. Ita leges hodiernae statuere solent.

II. A quonam momento. Obligatio nascitur a momento quo contractus perficitur (cf. supra n. 419). Quamvis autem contractus eonsensualis a momento dati et accepti consensus perficiatur, etiam antequam, ad probationem eius, scriptura conficiatur, possunt tamen partes mutuam obligationem usque ad scripturam istam differre. Videndum itaque est utrum necne antea contrahere voluerint. In dubio potius pro libertate respondendum est. Et confecto instrumento potius (piam verbalibus declarationibus quae antea vel postea factae sunt obligatio aestimanda est. Immo Cod. *Austriacus* § ‹887 has neglegere iubet.

/›'. De variis stipulationibus secundabiis

429. I. Dc adiuncta condicione. 1. *Notiones,* ‹ 'ontra atque aliae stipulationes contractibus saepe adiectae, condicio ipsam consensus *substantiam* allicit. Haec est enim partium intentio, ut mutationem iuridicum. quae obiectum est contractus, eventui cuidam futuro et incerto subordinent. Ipse tamen contract us est perfect us; ab eo neutra pars, invita altera, recedere potest, vel ius alteri condicionale acquisitum deterius facere. Saepe, non tamen semper (ut si cuipiam pecunias promiseris si ad paupertatem redigatur), virtualem promissionem continet non impediendi effectum. *Proprie dicta* condicio eventum *futurum* et *incertum* signat ; et est *suspensira,* si obligatio; *resolutoria,* si obligationis exstinctio ab ipsa pendet. Suspensis a : dabo tibi centum si praemium obtinueris; resolutoria: quotannis tibi solvam centum nisi reditus mei infra decem millia decreverint — *Casualis* dicitur cuius impletio non est in arbitrio paciscentis; huic opponitur *potestatira. Pure* potestativa est: si voluero; *simpliciter* potestativa, quae volun-

tario paciscentis facto, necessario alligatur: si Parisios tetendero; *mixta,* cuius effectus a voluntate cum contrahentis tum alterius personae pendet : si talem domum emero. — *Possibilis* est (piae physice et iuridice fieri potest. Secus est *impossibilis.* Impossibilis est condicio de re vetita, ita facta ut ex ea pactio fiat turpis causae. Distinguas hic, praemium peccato promissum et poenam promissam post peccatum.

Latiore usu condicio signat *factum praesens* vel *praeteritum* sed partibus *ignotum* vel etiam *factum futurum certum.*

2. *Effectus. a)* Condicio *pure potestativa* nihil operatur. — ϐ) Condicio *de re praesenti vel praeterita,* obligationem statim perimit aut firmat. — c) Condicio de re *futura necessaria,* per se. pro non adiecta habetur. Interdum tamen, ex partium intentione, valebit pro *dic.* «Si pater morietur » saepe significat : « post patris obitum ». — Condicio de *re turpi* vel *impossibili,* actum iuridicum cui opponitur per se infirmat. Attamen, si partes rem impossibilem esse ignorabant, et ita in contrahendo affecti erant ut, detecto errore, absolute contraxissent, contractus erit, in foro interno, simpliciter validus.

Ex iure romano Codices *Italiae* et *Galliae* normam mutuati sunt qua condiciones impossibiles ve) illicitae, testamentis appositae, pro non adiectis haberentur (art. 849): quod ius Gallicum etiam ad donationes extendit. Verum multae leges modernae ius romanum minime imitatae sunt. Videndum itaque est quid singulae leges patriae statuant de condicionibus quae illicitae vel impossibiles censeantur. Sic Cod. *Bra Mensis,* art. 116, condiciones *physice* impossibiles pro non scriptis habet, dum statuit ut *iuridice* impossibiles actum cui adduntur infirment. Nec minus attendendum est quaenam condiciones moraliter impossibiles habeantur: puta condicionem « dummodo ne vidua alias nuptias fecerit ».

Dispositio qua condicio pro non adiecta habetur in conscientia observari potest, cum lex ipsum consensum supplere possit. Si tamen de contraria testatoris mente constiterit, exsecutio prohabiliter negari potest, utpote quae ex falsa praesumptione praecepta sit. — Hactenus dicta valent in iure *canonico,* propter c. 1529. Specialia tamen Codex disponit, extra contractuum materiam, de condicionibus in rescriptis (e. 39-41); in electionibus (c. 169); in electione per compromissum (c. 172. §3); in matrimonio (c. 1092. 2319); in dimissione beneficii (c. I486); in fundationibus (c. 1492); in renuntiatione parochiae (e. 2150).

d) Condicio *proprie dicta,* quae sit *suspensira : ante eventum.* suspendit obligationem principalem, obligat ad eventum exspectandum et ad abstinendum actibus qui obligationis obiectnni impossibile edicerent. Quare v. g. res condicionate promissa nequit absolute alienari. Nec ipse eventus *iniuste* impediri potent. Ilie intentiones partium consulendae sunt. Qui iniuste eventum impediverit, de damnis tenetur. — *Secuto eventu,* contractus in absolutum transit. In quibusdam Codicibus, v. g. *Italiae at Galliae,* censetur tunc ab initio talis fuisse, ita tamen ut partes, mutuo suo consensu, consectarium istud impedire possint. Verum ista retrotractio minime natura condicionis imperatur. Quare recentiores Codices *Germaniae* (art. 158), *Helvetiae (Cod. ob.,* art. 151-156) eam non admiserunt, ita ut ipsae partes voluntatem retrotractionis explicite declarare debeant; nec possunt ista voluntate iuribus tertiorum praeindicare (Cf. COLIN et CAPITANT, II, p. 164-167). — e) Condicio quae fuerit *résolutoria-* nullum contractus absoluti effectum impedit; adimpleta vero condicione obligatio perimitur, et resolvitur contractus quasi non fuerit. Itaque condicio ista, non quidem primum *ense* sed *resolutionem* contractus suspendit.

3. *Condicionis impletio.* Per se condicio in propria speciesen forma impleri debet. Aequivalens non suflicit, nisi mens condicionem ponentis diversam interpretationem ferat. Sic olini condicionem *si nubas* impleri censebant si puella monialis fiebat. Ille <pii condicionate debet, condicionem remittere potest.

Iure nostro positivo, in contractibus bilateralibus haec condicio resoIntoria subauditur: « si altera pars promissis suis non stet »; ita ut prior pars possit vel contractum urgere vel iuridiee eius resolutionem a indice (qui dilationem concedere potest) impetrare (art. 1165, Cod. *Italicus;* 1181, *Gallieux).* Idem statuit Cod. *Lusitauue,* art. 709; similemque facultatem dat Codex *Braziliensis,* aliter tamen conceptam, art. 1092.

430. — IL De die seu termino adiuncto. 1. *Notio. Dies seu* terminus est *eventus futurus et certus* (saltem certus *an,* licet non semper *quando'),* a (pio *non quidem obligatio sed necessaria exsecutio initium capit, vel* post quem *cessat.*

2. *Distinctiones.* Distinguitur dies *a quo* et dies *ad quem;*

Dies constitutus in gratiam *creditoris,* in gratiam *debitoris,* in gratiam *utriusque.* Praesumitur in gratiam debitoris appositus. Debitor qui non solvit (piando debebat dicitur esse in *mora.*

Dies ad *finiendam* et (lies ad *urf/endam obligationem* statutus, ita ut, adveniente die, debitor non liberetur sed sit culpandus.

3. *Effectua. Dies* ipsum vinculum non ponit incertum vel futurum, sed mere influit, in initium vel finem necessariae exsecutionis.

4. *Renuntiatio* vel *amissio.* Diei *renuntiare* potest is in cuius gratiam constitutus est. Immo, quandoque ipso iure *amittitur,* et solutio ante diem exigi potest, ut si (piis foro cedere cogatur.

N. B. — Iu nulla lege dies, postquam advenit, censetur retrotrahi ad momentum quo consensus datus est. Quare leges qnae ne in eolidicionibns quidem retrotractionein per se admittunt, diem *a quo* condicioni snspensivae ; diem *ad quem* condicioni resolutoriae aequiperant. Sic art. 162 Codicis *Germaniae.* Is habet quoque, in art. 186-193 de supputatione temporis normas qnae satis similes sunt normis postea in Codice canonieo, c. 31-35 appositis.

431. — **III.** De adiuncto modo. 1. *Modus* est *onus quoddam* Seu *gravamen illi impositum qui ius ex contractu acquirit.* V. g. mille tibi do, sed curabis ut quotannis quinque missae pro me celebrentur.

2. *Effectus* tum ex mente paciscentium tum ex lege positiva metiendus est. Onus enim interdum sine obligatione conscientiae: «do tibi centum, sed pro honesta recreatione»; interdum sub obligatione merae fidelitatis : « do tibi centum, sed studebis ». constitui potest. Cum ex intentione beneficentiae quidpiam promittitur vel datur, addito modo qui sit in utilitatem promissarii. is plerumque nulla obligatione, saltem iustitiae. tenebitur. — Ali «piando est stricta obligatio *iustitiae* observandi modum, ita tamen ut, eo violato, stipulatio principalis nihilo minus consistat, et, pro neglecto modo, mere satisfaciendum sit. — Interdum, violato modo, ipse actus principalis revocari censetur: modus tunc desinit in condicionem resolutoriam donationis, legari, etc. Cf. Molina, *lust.,* I. d. 208; Lugo, *lust.,* d. 23, n. 111. — Videndum (piid iura ferant, quid partes voluerint.

Modus accessorius *turpis* aut *impossibilis,* nisi ut condicio imponatur, considerato iure nat orali, pro non adiecto habetur, et actus simpliciter Armatur.

Istud valde pro *conscientia* notatu dignum est. valere posse, immo per se non infirmari donationem vel legatum factum sub modo <pii non impletur. Firmitas ista magis absoluta modum a condicione distinguit.

432. — IV. De adiecta causa. 1. *Notio.* Sub *causa* dicitur fieri contractus *quando Unis ob quem quidpiam datur, promittitur vχ\)\l-*cite adiungitur : « Do tibi centum ut libros emas, quia pauperes».

2. *Effectus* iuridici ut in *modo* aestimandi sunt. Principalis intentio stipulantis sub causa attendenda est.

Sic princeps qui famulo pecuniam dat ut fumulus equo insidere possit, si sibi ornatum famuli equitantis quaesierit, ad equum habendum obligavisse famulum censebitur ; secus si mere commoditati famuli consulere voluerit. Hinc licite sibi retinet pecuniam datam ad rhedam sumendam pro negotio in loco distanti peragendo, qui, se prix ans illa commoditate, pedes iter fecerit. Verum votum paupertatis obstabit quominus religiosus, simili ratiocinio usus, pecuniam cui sic parcit aliter expendat.

433. — V. De adiecta demonstratione. 1. *Notio. Demonstratio* habetur *quando,* praeter necessariam obiecti indicationem, *accuratior descriptio qualitatis rei quantitatis additur.* \. *g.* vendo tibi hunc agrum, qui centum ingeris constat.

2. *Distinctio* et *effectus.* Pro mente paciscentium, descriptio potest esse *demonstrativa* aut *ta.rativa.* Si demonstrativa fuerit: nec falsitas contractui nocebit, nec defectus supplendus estant excessus demendus. Si taxativa fuerit, error saltem corrigendus est. vel corruit contractus, si inde consensum in idem obiectum defuisse apparet.

Taxative facta censetur designatio ab eo qui promittit mille francos qui in tali capsa continentur ; demonstrative voro ab eo qui vendit talem agrum, eumque tot ingeris constantem describit. Verum a<l leges positivas attendendum est.

434. — VI. De adiecta disiunctione. 1. *Notio. Sub disiunetione* contrahitur, *eum quaedam optio inter duas praestationes relinquitur.*

2. *Distinctio.* Optio in gratiam *debitoris* et etiam in gratiam *creditoris* statui potest. Quando in gratiam debitoris est statuta, obligatio *facultative* ab *alternative* distingui debet.

3. *Effectus.* Obligatio *facultatira* dicitur, quando de una sola re fuit stipulatio facta, sed debitori integrum est alteram in locum rei promissae substituere. Tunc, pereunte re promissa, sine culpa et mora debitoris, nihil debetur.

Quando de utraque re *disiunctiva* stipulatio facta est, obligatio dicitur *alternati ra.* Tunc obligatio non perimitur nisi ambae

res, sine culpa debitoris et antequam in mora fuerit, perierint. Attamen in promissione *gratuita,* sicut etiam in *roto,* interitus unius rei potest exsecutionem contractus vel voti gravem seu onerosam reddere, ut promittens a contractu recedere possit. Si optio in gratiam *creditoris* statuta fuerit, pereunte una re. creditor vel alteram rem vel pretium rei quae perierit per se petere potest.

Debitor damna pro culpanda mora secundum regulas generales sarcire debebit,

435. — VII. De adiectis confirmationibus. Ad firmandam vim pactionum stipulationes principales muniuntur vel *iuramento promissorio,* vel *clausula poenali,* vel *arrhis.*

1. De *iuramento promissorio* supra actum est. n. 193-204.

2. *Clausula poenalis* seu *modus poenalis* seu *stipulatio poenae,* ad contractum addi potest: *a)* ad sollicitandam eius exsecutionem, licet nullum ex mora vel omissione oriatur damnum: *b)* ad aestimanda in antecessum et mutuo consensu, damna quae sive exsecutionis defectus sive mora allatura esse praevideantur.

Poena prioris generis non contrahitur sine culpa: et quidem theologica, nisi partes aliam mentem aperuerint. Secundum communiorem sententiam, non debetur nisi petatur, et quidam permittunt ut solutio usque ad indicis sententiam differatur.

Altera poena, si moderata appareat, debetur in conscientia quotiescumque damna sarcienda forent; nec iam ad damna vere secuta attendendum est, cum aleatoria aestimatio facta sit.

Si promissa fuerit pro exsecutionis omissione, creditor exsecutionem loco poenae urgere potest.

3. *Arrhae* designant res quasdam ab una parte alteri traditas occasione cuiusdam contractus, sive in *argumentum* facti contractus: arrhae *probatoriae;* sive ad *firmandam* eius obligationem sanctione perdendi arrhas: arrhae *confirmatoriae;* sive ad locum dandum paenitendi et resiliendi contractum: arrhae *paenitentiales.*

VI. *Obligationum exstinctio.*

436. — Obligationem ex contractu exstinguunt:

I. Solutio debiti. 1. *Quid sit.* Solutio, hic *generaliter significat* omnis rei debitae praestationem, seu *obligationis exsecutionem.* dum *strictius* est *praestatio pecuniae debitae.*

2. *Quisnam solvere possit.* Solutio debitorem *capacem* supponit. Cum agitur de praestanda re, solvens debet esse rei *dominus et* capacitatem eam alienandi habere. Alienae rei traditio est. per se, *absolute* nulla (salvis dictis de acquisitione per possessionem bonae fidei, ex lege positiva); traditio ab incapace fac:a, est nulla *relative,* ut supra n. 415 indicavimus.

Solvere autem potest quilibet capax, cuius intersit: v. *g.* emptor domus obnoxiae hypothecae, tideiussor; immo quilibet alius, si agitur de praestatione sine intuitu personae quaesita.

3. *Cuinam solutio facienda sit.* Solutio per se facienda est creditori capaci, (pialis non est minor natu, vel personae (piae incapacem repraesentat. Atque, in iure *Gallico,* solutio facta ini nori natu est simpliciter nulla, sine laesionis consideratione. Leges quoque definiunt quomodo renitenti creditori solutionis acceptatio imponi queat.

4. *Quid solvendum sit.* Solvi debet id quod debetur. Et qui dem: *a)* salva peculiari stipulatione, *totum simul,* non per partes successivas. Sunt tamen exceptiones isti regulae. Sic, in iure *Gallico* et *Italico,* dividendo hereditatem, dividuntur debita inter heredes, qui ergo singuli partem tantum debiti solvendam habebunt; *compensatione* (de qua statim) pars debiti exstingui potest; demum ipse index beneficium partialis exsecutionis debitori prudenter concedere potest. Cf. Colin et Capitant, II. p. 76 ss. Pacifici-Mazzoni, IV, p. 530 ss.

b) Praestatio debet esse, pro natura rei et contractus, *quantitatis promissae* vel *caloris promissi.* Cum solvenda est pecunia, leges positivae statuere solent numerandam esse summam debitam sive moneta metallica, sive « valoribus » quos lex monetae aequiperaverit. Observes tamen de moneta metallica, monetas infra 5 libellas ita excudi (ne nimis facile alio transferantur) ut verus metalli valor valore nominali longe superetur. Quare creditor ultra definitam lege summam (puta 5 vel 50 libellarum) pecuniam ex aurichalco, vel nickel, immo argenteas unius vel alterius libellae monetas, in solutum accipere minime cogi potest. Valores qui monetae aequiperantur solent esse schedae bancariae; interdum etiam, ut in Italia, tituli crediti publici.

5. *Hodierna difficultas.* Verum hodie, in non una regione, ius exigendi immediatam conversionem in monetam metallicam, quod schedis est inscriptum *(pagabile a cista, al portatore),* suspenditur. Uniusmodi suspensio naturam schedae prorsus mutat: antea re-

praesentabat monetam veram metallicam, eiusque valorem possidebat, immo non raro, propter facilitatem translationis, maioris fiebat quam moneta metallica; nunc, repraesentat creditum ab omnibus qui schedas banearias possident rei publicae coacte concessum. Valor autem crediti fiducia qua debitor fruitur mensuratur. Haec iam propter ipsam coactionem minuitur. Addas facultatem quam habet res publica infinite augendi sua debita, multiplicatis schedis bancariis, ita ut mox valor verus istarum schedarum longe haereat infra valorem inscriptum, dum antea cum hoc valore congruebat. Brevi verbo, scheda debiti « ad latorem », evasit moneta proprie dicta, sed cartacea.

In hoc rerum statu, gravis nascitur *quaestio conscientiae, utrum necne fas sit debita vera exstinguere, computando pro vero, valorem nominalem schedae mensa ri-ae inscriptum.* Hoc si facere sinit lex, sinitne etiam conscientia?

De qua re haec dicenda nobis videntur.

1. Si debita *recens* sint contracta, responsio affirmativa facile dari potest, cum in iisdem quibus natum est adiunctis, debitum solvatur. Nullus itaque est cui causa sit querelae.

2. *Argentarii et campsores,* cum in suis negotiis cotidianis solutiones ad normam legis seu valoris nominalis factas recipere debeant, possunt quoque in suis solvendis debitis stare lege positiva. Sin minus, in certam ruinam incurrerent. Quare is modus agendi, aestimatione communi, quae insta pretia regit et definit, ipsis conceditur.

Quid autem de *privatis virisf*

a) In primis secernere oportet in adauctis hodie omnium rerum pretiis, incrementa quae *verae rerum caritati* et incrementa quae *corruptae monetae* tribuenda sunt. De solis posterioribus incrementis solliciti sumus. Etsi enim, propter maiorem rerum ea ritatem, eadem verae monetae summa minus quam antea sit utilis, non ideo tamen, considerata sola institia. maior erit solvenda, quia circumstantia ista est extrinseca pecuniae quae solvitur. Addas satis notum esse, pretia non raro variare, ita ut. in fa ciendis pactionibus, partes aleam istam tacite admiserint; ac prae tereh, in cotidianis negotiis, plerique in vendendis rebus vel in locandis operibus reperiunt unde emptiones cariore pretio faciendas aliquo pacto compensent.

Consulto tamen diximus, «considerata sola institia ». Aequitas enim et gratus animus interdum suadebunt ut diversimode agatur. Ponas aliquem

qui, benefica intentione, domum religiosorum exsilio multatorum emerit, simul religiosis promittendo ut si patriam repetere contigisset, eandem domum eodem pretio redimere possent. Eritno aequitati et gratitudini consentaneum. ut religiosi domum suam recuperent, tradita benefactori pecunia cuius praesens utilitas sit valde deminuta?

Immo. in casibus non praevisae et nimiae variationis pretii, ipsa iustitia naturalis postulare potest ut vel contractus rescindatur vel. sive amicabili transactione, sive etiam indicis auctoritate (si lex id indici permittat), ad aequitatem redigatur.

b) Verum, neglecta iam ipsa caritatis rerum consideratione, examinemus difficiliorem casum de solvendo debito, v. g. de reddendo aere alieno in regione ubi iam sola moneta papyracea tradi consuevit, dum debitor pecuniam metallicam vel huic aequivalentem acceperat.

Si inter pecuniam metallicam, v. g. auream, et papyraceam, discrimen non est nimium, lex potest communi paci et facilitati commercii consulere statuendo planam regulam solutionis secundum valorem nominalem: publica utilitas aliquo detrimento privato redimi potest. Verum ultra fines quosdam rationabiles, ista legis potestas extendenda non videtur. Non magis enim quam iure praescriptionum legislator possit malam fidem veluti praemiari, potest regulis solutionis cives bonis suis spoliare. Neque mens legislatoris esse potuit, ut qui pecuniam veri valoris dederit. contentus esse debeat recipienda moneta papyracea quae moraliter nullum valorem habeat ut in pluribus regionibus hodie accidit.

Inter casus autem quibus fere ad nihilum valor decrevit et casus quibus moneta eiusdem mansit valoris, plures intermedii sunt de quibus minus manifestum erit quid iustitia exigat. Ut aliquam normam suggeramus, nobis videtur id statui posse: observandam esse regulam iustitiae naturalis, (piae obligat ad solvendas res eiusdem valoris, quando solutio debiti antiqui facta secundum valorem nominalem, creditori afferret damnuiû ultra quartani partem.

Nec iuvat obicere, fieri posse ut debitor sit etiam creditor cui minor valor ab aliis rependatur. Non enim quia furtum patiaris tibi liceat furari.

Practice tamen ratio haberi potest eorum qui benigniorem sententiam proferunt, saltem quando moneta papyracea notabilem valorem retinet. Tunc nulla obligatio ut vere certa imponi po-

terit. Si autem quispiam velit moneta quae hodie moraliter nihil repraesentat solvere debitum pecuniarum aurearum vel aequivalentium, nimis manifesta nobis videtur iniquitas quam ut illa, extra extraordinarios casus, tolerari possit.

Illud demum praeteriri nequit, leges de debitorum solutione fere non loqui nisi de monetis aureis et argenteis, ita ut hodierna adiuncta intentione legislatoris minime comprehensa videantur. Inde leges istae minus securos efficiunt qui iis uti velint ad extraordinaria lucra contra naturalem aequitatem facienda.

437. — II. Novatio, i. e. *prioris debiti in aliam obligationem translatio et transfusio* (L. 1. D. *De Novat.* XLVI. 2). Trifaria» rationis esse potest, prout mutatur *obiectum* (loco bovis solve 400). *debitor* (loco Titii solvet Sempronius), *creditor* (quod mihi debes, solve Caio).

Is est effectua novationis ut. ex novo titulo, qui priori substituitur, iura et ofticia metienda sint. Simili modo, quando de re litigiosa insta sententia pronuntiata est, iam non tituli qui in controversiam veniebant consideranda eunt, sed in eorum locum tamquam solus validus et efficax titulus successit sententia: *haec hu dixit.* Quare sententia, ut aiunt, novationem efficit. Ac simili modo, quando, propter aequale dubium facti, rem dicimus inter dnos qui de iure suo dubii haerent esse dividendam, certum iustitiae principium de servanda aequalitate inter personas eliminat et perimit rationes probabiles propter quas quis dixerit: fortasse unus minus habet quam quod non debebat. Quod suum est, nec plus nec minus, vi huiusmodi novationis, uterque obtinet.

III. Remissio debiti facta a creditore capaci.

IV. Compensatio, « quae est *debiti et crediti inter se contributio* » (L. 1. I). XVI, 2). Habetur *legalis,* quando ob debitum similis rei, liquidum et exigibile, quo creditor tenetur, ambo debita soluta reputantur. *Facultativa* et *iudiciaria* exsistet (piando deficiente aliqua legis condicione, privata pactione vel indicis auctoritate fit « debiti ad debitum contributio et in vim solutionis comparatio » (Lexicon Calvin).

V. Confusio, quae habetur eum *personam creditoris et debitoris unus idemque sustinere deberet:* v. g. si debitor heres fiat creditoris. Nam nemo sibi quidpiam ex iustitia debere potest.

VI. /Xmissio rei certae quae habetur. Rei certae, impiam; nam genus numquam perit. Si culpa debitoris res perierit, vel debitor fuerit in mora, vel si contraxerit obligationem praestandi

casum fortuitum, saepe, ex iure saltem positivo, damna sarcienda erunt.

VII. Rescissio contractus.

VIII. Condicio resolutoria quae advenerit. Tunc res reponuntur « in statu quo ante », quasi obligatio numquam exstiterit.

Huc pertinet optio (piam ius positivum dat in contractibus bilateralibus, contra partem quae promissis non stetit, ut dictum est n. 428, fine.

IX. Praescriptio liberativa. Cf. supra, n. 400, ss.

N. B. Interdum causae exsistunt ob quas, sive ex iure naturae, sive ex iure positivo, exsecutio non quidem omitti sed differri possit. Cf. dicenda de restitutione.

438. — Quaeres quid efficiant adiuncta quae, praeter expectationem. advenerint vel recesserint?

Ilaec errorem *praecisionis* demonstrant. Quare quae de errore dicta sunt huc prudenter transferri possunt.

Stando *iure naturae,* si integra sit causa, vel si reficiantur damna, revocatio consensus admitti poterit ubi adiuncta rationabiliter valeant pro tacitis condicionibus, vel eorum falsa praevisio saltem causam dederit contractui. Gratuitus contractus facilius (piam onerosus dissolvetur. Sponsalia tamen quae ex mutuo amore manare debent et vinculum indissolubile praeparant, facilem propter adiuncta retractationem postulant, quamvis sit onerosa pactio.

Contra, consensus in contractum quo status de se firmus et perpetuus inducitur, maxime absolutus esse censetur.

Verum, probe distinguas voluntatem *quae nunc mutatur,* a voluntate *quae numquam fuisset* si tale quidpiam cognitum vel praevisum fuisset. Praesens voluntatis mutatio iuridice inefficax est. Cf. Li'go. *Just.* d. 22, n. 90.

Ex *iure positivo,* mutata adiuncta nihil per se operantur, si excipias donationem, ut proprio loco explicabitur.

Articulus II. — De variis contractibus specialiter.

I. *De simplici promissione.*

Freqnentissimus promissionum usus, multitudo et varietas dubiorum quibus locum dant, demonstrant quantum oporteat ut argumentum do promissionibus theologi» morali sit vere familiare. Quare accurata eius expositio ipsa nostra scribendi intentione postulatur.

439. — I. Notiones liminares. Tria, in primis, distinguenda sunt: *propositum, promissio fidelitatis, promissio iustitiae* seu contractus promissionis. *Propositum* mere est *decretum coluntatis* quo, respectu alterius, nihil de voluntatis libertate detractum est; *promissio,* suscepta respectu alterius obligatione a proposito dit fert. Alteri autem mere *fides* obligari potest vel *ius* concedi ad promissam praestationem. Fides, hic. dicit qualitatem quae hominem dignum efficit cui credatur et fidatur. Qui fidem obligat vult ut alter cui promittit, ipsi credat et fidet: tunc, commercium inter homines, quod mutua fuie nititur, exigit ut alter, dicta exsequendo, alterius deceptionem vitet. Haec est obligatio *fidelitatis,* quae non est gravis.

Qui vero *ius* alteri concedit, libertatem suam alienavit, i. e. libertatem aliter faciendi alienis manibus permisit. Haec est obligatio *iustitiae,* cui. promissionis exsecutione, sub gravi vel levi satisfaciendum est. secundum materiae capacitatem et partium intentionem.

Promitti vero potest factum vel omissio, vel res. Inde distinguitur promissio *personalis* vt *reads.* Personalis est facti proprii; realis est rei, vel etiam facti quod, a quo sit praestitum, non refert.

II. Definitiones. 1. Simplex promissio contuse describi potest: *deliberata alteri scienti et non renitentifacta pollicitatio gratuitae et alteri utilis praestationis.*

Confusam dicimus descriptionem, quia contractum promissionis a promissione ex fidelitate obligante non discernit.

Deliberata esse debet, quia, sicut dictum est de voto. n. 209, promissio semi-deliberata nullam obligationem inducit: ea deliberatio requiritur quae ad mortaliter peccandum sufficiens est.

Alteri scienti: quam diu alter ignorat, ne fidelitatis quidem obligatio suscepta est. Haec enim obligat ad non decipiendum alterum; sed qui pollicitationem ignorat, nullam ex mutata intentione deceptionem pati potest.

Nec renitenti. Qui enim positive abnuat pollicitationem, nullam exsecutionem exspectat, nec proin decipi potest.

Gratuita dicitur, quatenus non fit propter alterius promissionem vel debitum.

Alteri utilis. Ipsa enim lex naturae, positivo suo vetito, infirmat promissionem alteri damnosam: prorsus autem futilem non sancit.

Inter damnosas promissiones, etiam inhonestas et illicitas ponere debemus.

Divinae autem sanctitati repugnat ut vinculum iniquitatis agnoscat.

Immo *prodiga* promissio, qua talis, ita illicita esse censetur ut probabiliter non obliget (S. Alphonsus, L. 6, n. 851, contra bUGO, *lust.* d. 18, n. 60. 61).

Stando iure naturae, alter cui promissio utilis esse debet potest esse contrahens vel etiam tertius. Etenim, vinculum caritatis eflicit ut quod iit proximo etiam mihi factum censeri debeat.

Praestatio promissa potest esse realis vel personalis.

2. Contractus promissionis describi potest: *deliberata et gratuita alteri acceptanti facta concessio iuris ad utilem obtinendam praestationem.* Contractu enim ius transfertur. Quia autem nemo nisi volens ius acquirit, obligatio ante alterius acceptationem non nascitur. Quando autem per litteras facta promissio censeatur perfecta, vidimus supra, n. 419. 420.

Leges positivae, cum ad generale proximitatis vinculum non attendant, sancire non solent promissiones quae non sint alteri contrahenti utiles. Verum ista utilitas poenali adiecta clausula vel donatione promittenti facta creari potest. Nec *directe* leges considerant promissionem ex mera fidelitate.

440. — III. Promissionis obligatio. 1. Quod *ad naturam obligationis: a)* stricta iustitiae obligatio non est praesumenda; facilius in promissionibus mutuis et in promissionibus scriptis quam in gratuitis verbalibus habetur; *b)* si definitae promissionis exsecutio, iam ipso momento quo promittitur, necessaria videatur ad vitandum notabile damnum, etiam verbalis promissio existimabitur obligare ex iustitia: ut si determinatam summam alicui sumptui faciendo promittas. Verum etiam tunc vis promissionis rationabiliter et potius strictius est sumenda. Qui. v. g. promiserit pecunias definitas pro institutione cuiuspiam invenis, nisi expresse plus promiserit, non censetur se obligasse ad solvendas istas pecunias per plures annos (donec institutio sit completa); *c)* promissio parum definita vel «piae responsum urbanum esse potest, ne sub fidelitate quidem obligabit promittentem. Tanquerey, III, 678.

Quaeres utrum obligatio fidelitatis *ratione damni* ex inexsecutione secuturi in obligationem iustitiae converti queat. Sunt qui

istud affirmare videantur. Sic autem dicendum arbitramur. Ficte data fides, cum praevisione huiusmodi damni, esset factum damnosum cuius consectaria reparari ex iustitia deberent. Si autem sincere meam constantiam interposui, alter qui ea innititur novit me posse sine iniuria intentionem mutare. Si istud ipsi noceat, sibi imputet fidem (piam mihi adhibuit. Non ideo mea obligatio mutatur. Verum, postquam voluntatem mutavi, debebo ex iustitia alterum certiorem facere, si meum silentium causa foret damnosae deceptionis. Hoc respectu etiam index fori exterioris indicare potest de promissione qua mere fides alicuius obligata sit.

2. Quod *ad obligationis gravitatem,* haec per se levis est si obligatio est fidelitatis; sed etiam quando est iustitiae. materiam gravem aestimant quadruplo maiorem materia gravi furti.

Sola obligatio iustitiae compensationem permittit occultam.

441. — IV. Obligationis cessatio. 1. Praeter generales modos quibus obligatio contractus aufertur, notandum est obligationem gratuitae promissionis cessare propter incommodum qnod. si praevisum fuisset, promissio non fuisset facta. Iterum hic, damna (piae inde fortasse promissario obvenient promittenti imputari nequeunt; aequum tamen est, ut. in pensando incommodo, gravis damni quod alter patietur rationem habeat.

2. *Mortuo promissario,* exstinguetur promissio si intentio promittentis solum promissarium respiciebat ; contra autem, si ipsi familiae beneficus esse voluit. — Mortuo autem *promittente,* promissio facti personalis evasit impossibilis, et ideo aufertur. Promissio autem *realis,* si fuerit iustitiae. patrimonium ac proin heredes onerat. Secus si fuerit fidelitatis, nisi promittens *absolute* voluerit ut quae promissa sunt exsecutione compleantur. Tunc enim censetur praestationem promissario legasse, ita ut heredes promissionem ex iustitia implere debeant. Legatum istud, quod ad pias causas, propter formam canonicam valere poterit, erit tamen, ex lege positiva civili, infirmum, nisi testamento formae civiliter idoneae contineatur, vel nisi ipsa lex transmissionem obligationis ad heredes sanciat. Sic temperandum diximus qnod Lugo, *Tust.* d. 23, n. 98, nimis absolute, nostra sententia, dicit de translatione ad heredes omnis promissionis realis.

Quomodo, si ante acceptatam promissionem promittens vel promissarius moriatur, res se habeant, dictum est supra, n. 421.

3. *De hire positico* id solum notabimus, non uno iure iain sanciri ut promissio etiam ante acceptationem pollicitantem teneat. Cf. dicta supra n. 418; cf. quoque Pa o if ic i-Ma zz o n i, IV, p. 252, nota *b),* Co l in et Ca pit a n t, II. 270.

Laborant quoque iurisperiti in explicanda certa obligatione quam pariunt promissiones palam factae per nuntios ephemeridum vel similem modum, atque etiam tituli ad latorem, quia pollicitatio facta sit personis non determinatis. Cf. Pa c if ic i-Ma zz o n i, IV. p. 78 ss.

Codex *Brasiliensis* deputat titulum VI obligationibus quae ex declaratione unilaterali oriuntur. Caput I agit de titulis ad latorem: c. II de promissa mercede (cf. art. 1505-1532).

4+2. — V. Corollaria. I. Nisi promissio *ex iustitia* facta fuerit, promissarins, nec vivente promittente, nec post eius mortem, occulto sibi satisfacere potest. Si tamen promissor morte praereptus luerit post absolute factam promissionem, promissarius qui rem sibi promissam occulto sumpserit a restitutione videtur excusari posse, propter probabilitatem quam S. ALPIL L. 6. n. 720 ascribit huiusmodi sententiae. Cf. Ae r t n i.l s-Da mex, I, 881. Ratio tamen non est petenda eo quod omnis promissio obligaret ex iustitia (quam opinionem S. Al ph. immerito, l. c. ascribit I.a v ma x n) sed potius quia Lv GO et plures post ipsum, admittunt obiectum absolutae promissionis esse a defuncto virtualiter legatum.

2. Ne propositum cum promissione; intentionem donandi vel legandi, cum donatione vel legato confundamus. Famuli domestici, non raro, quibusdam benevolis eri sui verbis freti, sibi ius esse existimant sive exigendi ab herede, sive sumendi quod titulo legati obtenturos se esse sperabant. Sed, nisi dominus verbis formaliter vel aeqnivalenter dixerit: «hoc, tuum est», «tibi hoc do», nullam donationem fecit qua ipsi ius acquirerent; nisi dixerit absolute « volo ut post mortem talis pecunia vel talis res tua sit sed mere hoc vel simili modo locutus sit : « tui non obliviscar; eris contentus ». ne informi quidem testamento niti possunt ut sibi quidpiam occulto ut rennineratorium sumant. Quare famulus cui erus intentionem legati manifestaverit, nullum ius habet si erus, inopinata morte praereptus, nullum testamentum fecerit. Nec famulo aflirmanti absolutam defuncti voluntatem donandi vel legandi, heres credere debet; immo, cum non agatur de pia causa, legatum quod non sit testamento formae civilis contentum, neglegere potest.

Secus tamen dicendum foret si famulus, verbis domini fretus, nullam \el imparem tantum pro labore sno mercedem postulasset vel acceptasse!: tunc enim servitia quasi condicionale gratuita fuissent. Atque omnino decet ut heres, secundum praesumptam vel saltem rationabilem defuncti voluntatem. hdelia obsequia aequa renumeratione compenset.

II. *De Donatione.*

De donatione valent quae supra de promissione gratuita moniiimn». argumentum esse de quo theologus moralis tam saepe consulitur ut istud probe nosso debeat.

443. — I. Notiones. 1. *Definitio. Donatio* est *contractus gratuitus quo alter, donator, ex intentione liberalitati8, alteri, donatario, rem suam quod ad dominium, sine ulla restituendi obligatione, concedit.*

Contractus est minus proprie dictus, si ita contractum definieris ut obligationem parere debeat, et lex translationem dominii per solum consensum admittat. Tunc enim donatio ius transfert, sed nullam obligationem per se gignit nisi communem istam reverendi ius acquisitum. Quare in quibusdam Codicibus, v. g. in *Gallico* (893) et *Italico* (1050), extra contractus posita est.

Concessione rei iam a donatore possessae donatio proprie talis distinguitur a variis actibus quibus quispiam alterum ditiorem efficit, sed sine deminutione patrimonii, ut puta per renuntiationes gratuitas, (piae etiam donationes *indirectae* vocantur. Cf. statiin infra.

\ erbis *sine ulla restituendi obligatione,* donatio distinguitur a *mutuo,* quo etiam res propria traditur in dominium, sed cum obligatione restituendi eam vel aequivalentem.

2. *Dirisiones.* Pro varia causa, donatio distinguitur *inter viros* et *mortis causa; simplex* et *allectiva* vel *remuneratoria.*

Donatio mortis causa est *contractus, ad mortem usque revocabilis, quo tantum post mortem donatoris res donatario addicitur.* Differt igitur a testamento, solum quatenus est contractus, ac proin acceptari debet; differt vero a donatione irrevocabili quam quis moriens alteri fecerit; immo a donatione inter vivos sub condicione suspensiva : *si moriar,* vel resohitoria : *nisi concalescam.*

Donatio *allectira* fit sub spe alterius actionis vel praestationis. Est tamen absoluta. Quare, spe frustratus nihil repetere potest.

Donatio *remuneratoria* causam iinpulsivam habet in alterius benefactis. Quare aequitate commendatur et favore legis magis protegitur.

Pro *forma exteriore* distinguitur *aperta* et *dissimulata* sub alio contractu oneroso; *directa* et *indirecta;* verbalis seu scripta et *brevi manu.*

Quando iura, ut ius *Gallicum,* admittunt ad valorem donationis dissimulatae sutlicere ut forma contractus onerosi vestiatur, oportet ut exterior species sit contractus onerosi. Sic, qui mere scribat in charta: « Valeat pro contum libellis » *(lion pour cent francs)* quas dare sic velit, instrumentum conficiet informe, cum nihil de onere dicatur ; sed, ut condicioni formae satisfaciat, addendum est : « agnosco a me deberi Titio centum libellas ». Cf. Colin et Capitant, III, p. 770.

Indirecta donatio iit. quando quis alterum gratis ditiorem efficit aliter ac subtrahendo rem patrimonio suo. Id iit, renuntiando. in gratiam alterius, hereditati vel legato; remittendo debitum; stipulando aliquid pro tertio; transferendo alteri titulum crediti, proprio nomine inscriptum.

Donatio *brevi manu* iit quando res mobilis alteri gratis traditur possidenda sine distincta pactione.

Observes autem traditionem quae in donationibus brevi manu est essentialis, fieri posse formaliter vel virtualiter, sive confirmando possessionem quam donatarius iam habebat, sive demonstrando rem quae datur, si non facile loco moveri possit, sive tradendo claves arcae ubi servatur; sive eam alio modo sub potestatem donatarii redigendo (Cf. Aertnijs-Damen, I, 888, nota).

Pro *varia amplitudine,* distinguitur donatio *absoluta* et *condicionata; pura* et *mixta modo,* seu onere quod donatario imponitur.

444. — II. Capacitas et facultas donandi et accipiendi. 1. Ex iure naturae *valide donat* qui. compos sui, habet vel habere potest id quod dare intendit: *licite* donat qui honesta causa movetur. et, vitata quoque prodiga dissipatione rei suae, nullum alieno iuri praeiudicium irrogat.

Nequit itaque sine iniuria debitor has donationes facere quibus impar solvendo fiat. Qui debitorem ad tales donationes faciendas induxerit, iniustitiam istam participat. Quid autem de iis qui, conscii praesentis vel futurae impotentiae debitoris, dona ista simpliciter acceperint t Res controvcrtitnr. Sunt, fortasse plerique, v. g. Aertnijs-Damen, I, 884, qui id vetant. Quia debitorem in actione iniusta adiuvent. Attamen, quia debitor manet dominus rerum suarum, quia patrimonium sed non singulas res creditoribus obligavit, mere uti videntur alterius peccato ad lucrum in se ho-

neetum. Nullum ius in re violant. Acceptatio, ut talis, non eat ininata. Nec officium positivum habent impediendi offectum actionis initiatae ecu peccati debitoris, quod debitor iam solus commisit. Ideo videntur per se excusari posse. Neque, per se obstat caritas, quae cum gravi incommodo non obligat. Sic Molina, *luat.* d. 328, n. 15 ; LESSIUS, *hint.* c. 20, n. 168 ; d'Annibale, II, 123.

Multo minus quis impeditur recipientia *donatione inofficiota,* i. e. qua legitima liliorum laeditur. Quam diu enim vivunt, parentes legitimam istam ex iustitia observare non debent; nec contra ipsam pietatem peccabunt, si rationabilem causam habeant eam neglegendi, praesertim cum plureleges libertatem parentum nimis coartent. Severius igitur, nostra sententia, Aertnijs-Damen, de gravi peccato damnant parentes qui legitimam graviter laedant.

Verum creditores et lilii protectione iuris civilis uti poterunt ad impediendum effectum huiusmodi donationum.

Tutoribus et *praelatis* non aliae, ex bonis quae administrant, largitiones permittuntur nisi *remuneratoriae* moderatae, et *eleemosynae* secundum facultates et naturam communitatis. Atque Constitutiones a praelatis observandae sunt (cf. c. 537).

Nec *maritus* solus facere potest donationes ex bonis communibus (piae lege positiva ipsi prohibentur.

2. *Capa.r recipiendi donationes* est per se quicumque est compos sui. Et cum agitur de causis piis, capacitas personarum ex iure canonico aestimanda est.

III. Nulla peculiaris forma ex iure naturae praescribitur. Nec traditio est necessaria. Non tamen perficietur donatio antequam sit acceptata.

S. Alpiionsus, L. 3, n. 726 refert, ex Salmnnticensibus, donationem ad pias causas seu ecclesiae factam a quocumque particulari, nomine istius acceptari posse ; quasi a gerente negotium pro ecoleeia, ut habet Aertnijs-Damen, I, n. 891. Advertimus tamen negotiorum gestionem tunc tantum locum habere, quando dominus ipse per se agere nequit. Praeterea, ut ab aliquo, nomino alterius, donatio acceptari queat, opus est ut donator velit cum isto negotium peragere. Quare, non videtur quis nomine ecclesiae donationem acceptare posse nisi quando donator ipsi offert rem nomine Ecclesiae acceptandam. Casus erit, v. g. religiosi, vel parochi, cui aliquid intuitu religionis vel paroeciae gratis possidendum offertur.

445. — **Adumbratio legum positivarum.** De solis legibus civilibus agimus, quia c. 1529 vult ut, in materia ecclesiastica, eum iisdem effectibus serventur quae ius civile in territorio do contractibus statuerit, nisi statut i iuri divino contraria sint aut nisi aliud iure canonico caveatur. Nulla autem

canonica dispositio specialis occurrit nisi c. 1513, $ 1 : « Qui ex iure naturae et ecclesiastico libero valet de suis bonis statuere, potest ad caneas pias, sive per actum inter vivos sive per actum mortis causa, bona relinquere ».

1. *Notio donationis.* Inridica donationis notio donatione quam directam vocavimus circumscribitur, ita nt, nisi aliud expresso caveatur, dispositiones peculiares non sint ad renuntiationes et alias donationes indirectas traducendae. Ut limitatam istam rationem signiticarent, quidam Codices eductionem rei e patrimonio donantis in ipsam definitionem introduxerunt hoc vel simili modo : « Existimatur donatio contractus quo quis, liberali intentione, *ex suo patrimonio,* bona vel utilitates ad alterum acceptantem transfert» (art. 1165 Cod. *Brasiliensis').* Cf. Cod. *Germaniae* art. 516: *l/elcetiae* Oblig. 239.

Praeterea, quando, ut saeptae hodie, ius reale solo consensu non transfertur, contractus donationis est potius contractus quo donator se obligat ad gratis transferendum ad alterum quidpiam quod in suo patrimonio exstabat. Sic, v. g. in *Hollandia.* Cf. Duijnstee, n. 238.

2. *Donatio mortis causa* a plerisque iuribus non agnoscitur, sive eam formaliter excludant, sicut Codex *Italicus,* 1050; *Gallicus,* 893 ; *Necrlandicus,* 1703; *Mexicanus,* 2601; sive eam legato assimilant, ut *Austriacus,* 956; Gcr*manicus,* 2301 ; *Hispanicus,* 620 ; *Lusitanus,* 1157; *Perurianus,* 628 ; sive eam silentio praetermittunt, ut *Brasiliensis, Helreticus.* — Iuribus *Angliae* et *Γ.* J. admittitur.

3. *Forma donationis.* Donatio, in non paucis legibus, est contractus sollemnis, ita ut plures instrumentum publicum exigant : sic Cod. *Italicus,* 1056; *Gallicus,* 931 ; *Ncerlandieus,* 1719. Sed, dummodo partes sint capaces, donatio pallio contractus onerosi obtecta valere dicitur. Cod. *Brasiliensis,* 1168 coli, cum 131, *scripturam* exigit, sed potest esse privata, quando donantur res mobiles vel rem immobilem quae non superet « un conto di reis » (milies milia reis).

Forma requisita et sufficiens ad donandas *res mobiles,* est etiam saepe *traditio.* Donationes brevi manu indefinite admittuntur in *Gallia ;* in *Austria,* 943; in *Hollandia.* 1721; solae modici valoris, in */talia:* quae limitatio expresse habetur in Cod. *Brasiliensi,* 1168. Cod. *Germanicus* exigit promissionem donationis (piae actu publico (coram indice vel notario) sit facta, sed ita nt exsecutio defectum sanet (518).

4. *Capacitas personarum.* Per se, solus donatarius donationem acceptare potest. Excipe tamen personas quae minores vel interdictos repraesentant. Plures leges, ut iam vidimus, sinunt ut etiam minor acceptet donationes nullo onere gravatas. Donatarius debet saltem esse conceptus; et si nascatur non vitalis, donatio corruit. Attamen permittunt interdum ut donatio fiat filiis nascituris immediate ex persona vivente (C. *Ital.* 724. 761). Praeter absolutas incapacitates, distinguuntur relativae, v. g. inter coniuges, inter tutorem et pupillum, donec rationes redditae fuerint. Notarius nequit esse

doiiaturiue in instrumento quod ipse scribit (Cf. Cod. */tai.* 771. 772). Memoranda est incapacitas. qua. in non nullis legibus, v. g. in Cod. *Galliae,* 909; *Hollandiae,* 953; medici, pharmacopolae et ministri cultus (i. c. tum confessarius tum qui ultima sacramenta conferat) nequeunt, donationes vel legata a persona quam curant, durante eius ultimo morbo, recipere, nisi sint proxime couiuncti vel nisi donationes sint remnneratoriae. In pluribus legibus, tilii illegitimi, quando concurrunt cum legitimis, nihil ultra id quod lege ipsis destinatur accipere possunt. Ac severior est prohibitio pro tiliis spuriis vel adulterinis. — Demum personae morales, generaliter ion possunt accipere donationes sine assensu potestatis publicae. Quaedam tamen, v.g. syndacatus, non raro benignius tractantur. —Observes autem, vi c. 1513, capacitatem dandi ad pias causas ex iure naturae et ecclesiastico aestimandam eese.

5. *Obiccta donationis.* Generaliter, per actus inter vivos, bona futura dari nequeunt. Codice *Brasiliensi* invalida est donatio universalis bonorum nisi donator sibi suflicientem sustentationem reservet (1175).

6. *Condiciones impossibiles et illicitae* in Cod. *Gallico,* 900, pro non scriptis habentur; dum in Cod. *Italico,* 1065, donationem infirmant. Neque eaedem condiciones ubique ut licitae vel illicitae habentur. Peculiari modo attendendum est ad condiciones quae ordinem moralem vel religiosum spectant, ut si exigatur institutio in definita religione. Condicio huiusmodi interdum est inetlieax, interdum valet, interdum a indice corrigi potest.

7. *Revocatio.* Per se donationes sunt irrevocabiles. Causae tamen revocationis Codicibus inseruntur. Frequentissima est peculiaris ingratitudo; frequens, nativitas liberorum donatoris qui nullam prolem habebat (Haec causa non admittitur v. g. in Cod. *Canadensi ().)* Codice *Germaniae·*, 528, admittitur etiam superveniens indigentia rei familiaris. Huiusmodi revocationibus excipi consueverunt donationes remnneratoriae. Permittitur clausula qua. si donatarius vel ipse solus vel ipse cum liberis ante donatorem moriatur, dona ad donatorem redeant (Cod. *Italicus,* 1071).

8. *Collatio.* In pluribus legibus donationes factae censentur tamquam anticipata legata, ita ut capitale donatum in massa hereditaria computari debeat. Cf. dicenda ubi de hereditate agitur.

446. — Effectus legum istarum in conscientia. Leges istae, quatenus iustae sunt, conscientiam obligant, ita tamen ut donec index intervenerit, possit quis dare et accipere secundum normas inris naturalis. Nec quae acceperit manifestare debet. Legitime tamen interrogatus, iuramentum sincerum per se emittere debet.

447. — Quid autem si *forma civiliter inepta* donatio ad pias causas sit f

Ne ulla ansa sit confusionis, memoramus nos, hoc loco, non de testamentis vel legatis, de quibus diversimode dicendum erit,

sed de solis donationibus quae per contractum fiunt, sermonem habere. Itaque :

1. Quia c. 1513 explicite permittit ut qui capacitatem naturalem et ecclesiasticam habent, bona sua sive per actum inter vivos sive per actus mortis causa bona relinquant, nullitas inde petita quod lex civilis donationes mortis causa non admittat, non videtur in conscientia urgeri posse.

2. Ve'uim quia c. 1529 vult ut, in materia ecclesiastica serventur quae ius civile in territorio statuit de contractibus, existimamus, donec nulla authentica declaratio intervenerit, non posse inquietari qui non se putent obligatos donatione—contractu in quo substantialis forma civilis desideretur. Sunt tamen qui putent. ex mente legislatoris, ad ipsam formam extendi posse et deberi quod c. 1513 statuit de capacitate personarum: haec, in causis ecclesiasticis, secundum ius canonicum aestimanda est. Cf. Du ijn st ee, n. 242.

N. B. Probe distinguendae sunt condiciones valoris et condiciones iuridicae probationis. In foro conscientiae omnino exsistit donatio valida sed cuius probatio iuridica non habetur.

III. *Commodatum et Precarium.*

448. — I. Notiones. Commodatum (prestito di uso) est *contractus quo res aliqua, quod ad solum usum, gratuito conceditur, ad certum aliquod tempus, explicite vel implicite determinatum.*

Precario res eodem modo gratis utenda concedit ur, sed donec concedens eandem explicite vel implicite non repetat.

II. Obligationes. 1. *Commodans* rem tradere debet nullo affectam vitio damnoso de quo commodatarium non moneat. Debet usum permittere per totum tempus promissum, et expensas, urgentis necessitatis factas ne res interiret, commodatario refundere.

Si, praeter exspectationem, ipse re indigeat, ex iure naturae potest se in aequali causa commodanti praeferre. Hoc plura iura sanciunt ; sed ita non raro, ut index de suborta necessitate arbitrium gerat. Sic <'od. *Gallicus,* 1889; *Italicus,* 1816; *Brasiliensis,* 1250.

2. *Commodatarius* res commodatas, diligenter ut suas custodire debet, expensas conservationis rei ferre, ad solum usum expresse vel tacite conventum rem adhibere ; eandemque, in tine

commodati cum fructibus et incrementis reddere. Eam alteri utendam dare per se non potest.

Obligatio praestandi culpam, tum propter moram in restituendo, tum propter violatas obligationes suas, legibus positivis iit strictior, ita ut interdum ipsum casum fortuitum praestandum habeat. Sic Codex *Galliae,* 1882; *Italiae,* 1810; */irasiliensis.* 1253, eum casu fortuito obligant, si, in clade qua alterutra perire debebat, ipse rem suam rei commodatae praetulerit.

In iure *Gallico,* 1883; *Italico,* 1811. praesumitur casum fortuitum in se suscepisse, si, initio commodati, valoj. rei aestimatus fuerit.

Obligationes istae post sententiam indicis conscientiam tenebunt. Antea regulae generales de praestanda culpa observandae, sunt. Cf. infra, ubi de delicto et quasi-delicto.

IV. *Mutuum et Usurae.*

449. — 1. De Mutuo. 1. Notio, Mutuum est *contractus realis quo rei alicuius fungibilis dominium a mutuatote in mutuatarium transfertur, cum obligatione restituendi eandem rei similem specie et bonitate.* Si contractus est realis, a traditione rei fungibilis initium habet. Nihil autem impedit quin antea partes convenerint de mutuo faciendo: quae esset promissio mutui.

Quid sit res *fungibilis* dictum est n. 384. Plerumque autem mutuum lit de rebus quae primo usu consumuntur; inter quas est pecunia, quae, quamvis non pereat in se, perit tamen eam expendenti; aliquando tamen fructuose.

Quia dominium ad mutuatarium transfertur, ipse periculum rei sustinet : res perit domino.

2. Obligatio specialis *mutuantis* nulla est : mere debet revereri ius in re quod alteri concessit. Exceptis quibusdam casibus, ipsa lege praevisis, ut si debitor solvendo liat impar, solutionem ante tetnpus exigere non potest.

Sed, quia ‡aepi in utriusque utilitatem dies est constitutus, non debet anticipatam solutionem accipere.

In tine mutui, *mutuatarius* eandem rem quantitate vel qualitate reddere debet.

Quid, si res, interea, pretio auxerit vel decreverit? Ex iure naturae, intentio partium consulenda est. Si principalis fuerit consideratio *materiae,* i. e. si propter utilitatem intrinsecam res

tradebatur et reddi debet, quantitas eiusdem mensurae et qualitatis restituenda seu solvenda est; si contrahentes potius ad pretium respexerint, seu de valore solliciti fuerint, quantitas eiusdem pretii erit restituenda. Quare, ut ait AKRTNIJS-Damen, L 905, pecunia reddenda est secundum valorem quem habuit quando mutua data fuerit. Quid igitur, si lex civilis ut Cod. *Italiae* art. 1821. 1822. vel iurisprudentia, ut in *Belgio* et in *Gallia* (cf. 0'OLIN et Capitant, II. 80 et 641) sufficere declarat ut eadem summa numerica, neglecta valons consideratione reddatur? Quaestionem sv.pra, ubi de solutione, examinavimus et solvimus.

Quid vero, si, cum mutuo dati sunt tituli *ad latorem,* lex vel tribunalia permittant ut reddantur tituli eiusdem valoris nominalis?

Quia iam alia ratio est possidendi titulos quam pecuniam; quia, ab initio partibus notum erat titulos interdum valore plurimum augeri vel minui, arbitramur hic simplicius stari posse iuris positivi statutis, cum partes censeantur se aleae commisisse.

3. *Lege ponitirae* satis inter se concordant, cum agitur de metallis vel mercibus, ut iam ex ipsa definitione mutui statuant requiri et sufficere nt eadem quantitas, eiusdem speciei et qualitatis, restituatur.

I>e pecuniis fatemur leges nobis non ita perspicuas videri, si Codicem *Italicum* excipias. Cf. Cod. *Aimtriacum,* 98S, qui videtur tamen idem quod Italicus statuere; Cod. *Branilieneem,* 917 et 1258; *Neerlandirum,* 1793; *Germanicum,* 211 et 607; *Hinpantoum,* 1751 coli, cum 1170; *Helveticum,* 312; *Mexicanum,* 2690, etc. Praeterea, non contemplantur casum quo moneta papyracea sit substituta monetae verae seu metallicae. Etenim inter monetas metallicas unius temporis et alius, non est magnum valoris discrimen timendum.

4. Contractus mutui est natura sua *gratuitus;* permittunt tamen leges hodiernae ut accedant stipulationes fenoris vel usurarum, de quibus statim.

5. Obligatio dandi mutuam pecuniam vel rem usu consumptibilem. Proximi necessitas gravem potest efficere obligationem, ex caritate, dandi mutuum. Raro tamen aberit grave incommodum excusans; excipe si ad breve tempus alter opus habeat pecunia quam facile restituet.

Consilium beneficentiae istud est, ut distinguamus mutuum quo proximo probo et idoneo via artem honestam et fructuosam exercendi paratur, et mutuum quod indigenti tribuatur qui iam

obaeratus debitor esse videtur. Mutuum invalidai: artis causa prudenter concessum inter optimas et utilissimas beneficentiae operas ponendum est; mutuum vero debitori obaerato datum solis creditoribus prodesse solet, nec raro, inter benefactorem et obligatum discordiam seminat. Quare satius tunc est minus quidpiam titulo eleemosynae apertae vel colore mutui obtectae largiri, (piam vere mutuari pecuniam «piae, mutuatario inutilis, mutuanti moraliter certo peribit.

450. — II. De usuris. 1. *Notio.* Usura, sensu, *latiore,* est *quidquid, ultra sortem, a creditore accipitur. Strictiore* sensu designat *auctarium post sinyula intervalla creditori solvendum.*

2. *Normae.* De hac re haec tenenda sunt, quae fusius in *Quaest. de iustitia* proponuntur.

a) « Nihil lucri, ratione ipsius contractus, percipi potest » (c. 1543).

b) Semper licuit, praevia facta pactione, compensationem tituli *extrinseci* stipulari. Phires numerantur: damnum emergens, lucrum cessans (ex amissa pecuniae possessione), periculum sortis, vel difficultas istam recuperandi, poena conventionalis, et etiam, secundum S. Alph., diuturnum tempus ad quod pecunia cedatur.

c) Perseverante vero praesenti societatis condicione, licet *communiter* (et numquam est contra iustitiam commutativam) *pecuniam sub moderato fenere credere.* Quare hodie obsoletae sunt quaestiones de *censu personali,* de *trino contractu* et de pactionibus quibus palliatae usurae petebantur. Nec de liceitate *Montium pietatis, arcarum parsimoniae,* hodie disputandum est.

Ratio est, quia hodie, propter generalem facilitatem negotiandi vel commutandi pecuniam in res frugiferas, 'et utilitatem conciliandi sibi fidem oeconomice, ipsa possessio pecuniae habet valorem qui fenere compensatur.

Insta feneris taxa ex communibus iusti pretii regulis aestimanda est.

Communie «pes lucri quam in regione negotiatio aftert, deducto pretio laboris et industria quae ad illud lucrum communiter adhibenda sunt, *abχtructam* iustitiae normam suppeditat. *Concreta* desumitur ex opinione communi, ex praxi timoratorum in definita societate.

In solita taxa ordinarium sortis periculum et lucrum cessans computantur. Quare ob extraordinaria tantum adiuncta periculi, damni emergen-

tis, etc. quae aliunde non compensentur, maiore taxa peti potest. In adjunctis vero quae periculum sortis vel commodum debitoris (ut si debeat rogatus, post breve intervallum, pecuniam restituere) imminuent, taxa iuste pro rata minuitur.

Et quando, non ex necessitate sed ex spe lucri vel propter positivam utilitatem quispiam pecuniam quaerit, augmentum teneris quadam tacita societate explicari et iustum fieri potest.

Nec *per se* illicitus est moderatus *anatocismus* (usurae usurarum). Lege nostra *Italiae, Galliae,* possunt partes pro usuris annuis iam debitis, vel posteriore pactione, vel iudiciaria auctoritate usuras obtinere (art. 1232).

De usuris *moratoriis* leges adeundae sunt et principia generalia de clausula poenali applicanda sunt.

3. *Hodierna peccaminosae usurae ratio.* Peccatum usurae a nostris societatibus minime exsulat. Verum, nisi agatur de prodigis liliis familias qui se manibus quorundam feneratorum sine scrupulo conscientiae tradunt, in pluribus regionibus non tam aperta foeneratione quam occulta peccatur. Haec palliata usura potissimum locum habet in venditionibus cum *credito,* i. e. in quibus instrumenta laboris vel mobilia emuntur, permissa solutione per partes et post intervalla. Facile tunc emptores, crediti spe delusi, durioribus condicionibus quae ipsis imponuntur non advertunt. vel existimant iisdem commode satisfacere posse. Sic accidit ut explicita pactione, nisi partiales solutiones statutis diebus fierent, ius darent venditori recuperandi rem venditam et servandi receptas pecunias. Sunt tamen, etiam in Europa, regiones in quibus 20 et 30 p. c. tamquam usurae exiguntur. Extra Europam autem, v. g. in Sinis, in ludiis usura mordax plurimos debitores occidit, cum non minus quam 60. 100. 200 p. c. exigantur. Ibi re vera locus foret severissimis istis reprehensionibus SS. Patrum Ecclesiae quas rettulimus *inQuaestiones de Justitia,* n. 359, ss. Signum autem *illicitae usurae* hoc nobis videtur esse, si tantum fenus exigitur in regione ubi fit contractus, quantum ex fructuosis negotiis generaliter obtineri nequit. Etenim, secundum regulam abstractam iiistitiae. fenus infra istam quantitatem manere debet cum fenerator fenus sibi sine labore comparet. Aliud signum habetur, si debitores res suas post aliquod tempus venum dare coguntur. Huiusmodi exactiones in primis graviter caritatem offendunt. Melius enim est, si debitor non sit solvendo, ipsi mutuationem negare quam, ut obiciebant SS. Patres, beneficii specie

summam crudelitatem obtegere (cf. *Qnaestionex de Iwditia,* η. 359). Sed etiam iustitiae adversantur. Neque obicias propter periculum sortis multo maius fenus peti posse. Solent enim huiusmodi feneratores suis iniquis condicionibus debitorem ad impotentiam redigere, ut dein ex divenditis eius bonis maius sibi lucrum comparent. Igitur facultate ista ipsum periculum sortis abunde compensatur.

•t. Ius positivum. 1. Canon 1543 istud habet: « In praestatione rei fungibilis non est per se illicitum de lucro legali pacisci, nisi constet ipsum esse immoderatum, aut etiam de lucro maiore, si iustus ac proportionatm-tituhis suffragetur ». Lucrum itaque legale praesumitur instum.

2. *LcejU viriles. a)* Si, ut in C. *Helvetico (Obi.* 313) negotia mercatoria excipias, hanc mutui rationem conservant, qua mutuum est per se gratuitum: fenus non debetur nisi sit stipulatione promissum. — *b)* Satis diu ipsae leges statuebant fenus maximum, ultra quod fenus valide promitti non poterat. Hodie fere ubique licet partibus de maiore fenore convenire. In *Gallia* tamen subsistit adhuc theoretice lex 3 sept. 1807, quae vetuit ne privata pactione graviores usurae quam 5 p. c. in re civili. 6 p. c. in re commerciali promitterentur. Lege autem 12 iau. 1886, lex ista est in re commerciali abrogata. Demum lege 18 april. 1918, etiam in re civili, lex 1807 suspensa est ad finem usque belli et per spatium saltem quinque annorum a fine belli. l'leraeque tamen leges ideo statuunt fenus legale, ut definiatur quaenam usurae sine pactione interdum solvi debeant, v. g. a debitore in mora. Excessus autem alia varia ratione coercere cogitant v. g. infirmando actus in quibus quis aliena necessitate, levitate aut simplicitate abusus sit ut nimium lucrum faceret (art. 138 Cod. *Germaniae)',* aut permittendo ut debitor possit ante diem contractum aes alienum solvere si fenus maius (piam legale promissum sit. Codice *Germaniae,* art. 217, iam post sex menses mutuo acceptam pecuniam reddere potest, si ultra 6 p. c. postulata fuerint, dummodo sex mensibus antea, creditorem certiorem fecerit. In *Italia* idem potest post quinque annos, «pii ultra interesse legale (I et 5 p. e.) solvere debeat. Ibi etiam, ad valorem obligationis debet scripto promitti fenus maius legali (1831) — *d)* Intéresse legale, intra i et 6 p. c. ut plurimum continetur. 1'leruniquein re commerciali, intéressé legale uno p. e. intéressé legale in re civili superat. Statuitur, v. g. 5 in re civili, 6 in re commerciali. In *Brasilicnsi* Codice, taxa 6 p. c. sino discrimine ponitur. — *c)* Aliae leges (v. g. *Brasilienst-)* permittunt anatocismum, sou usuras usurarum: aliae, plures, vetant Ue, exceptis rationibus currentibus *(Conto corrente)* in argentaria, in antecessum promittantur. Sic C. *Helveticus,* 313. Sed sive singulis annis, sive, ut in C. *Austriaco, §* 998, post duos vel plures atinos, licet, nova pactione, fenora iam debita in capitale frugiferum convertero.

Etiam sanctiones *poenales* in plurimis regionibus latae sunt contra nimias usuras: v. g. in C. *Belgii* et *Galliae,* contra eos qui solent artes istas exercere.

In *Anglia,* postquam, anno 1854, leges contra usuras ab Eduardo Confessore latae abrogatae Mint, nova lex, mini 1900 *(Money lenders Act)* recursum aperuerunt ad tribunalia, quae possunt debitores nimiarum nsuraruin onere isto liberare.

In *Γ. S. A.* intéressé legale variat (in 32 .Statibus est 6 p. e.) inter 5 et 8 p. c. In octo Statibus nulla limitatio usuris conventis ponitur, dum in plorisque statuitur fenus maximum quod exigi pactione possit : i. e. 6 p. c. in 12 Statibus; 7 in 2; 8 in 8; 10 in 12; 12 in 7; 15 in 1 Statu. Sanctiones variant : hic fenus tantum, ibi. tantum summa capitalis; ibi. in Arkansaset New-York. capitale et fenus ab exactoribus nimiae usurae amittuntur.

5. *Remedia contra mordaces usuras.* Alicuius efficaciae sunt leges: maioris vero inores; maxime autem expedit ut quae, in definita societate, sint peccaminosae usurae, aperte doceatur, et simul instituta erigantur, ubi utiles pecuniae modico tenere obtineri queant: hoc modo ipsa occasio et tentatio abutendi proximi necessitate minuuntur. Sic, opera Fratrum Minorum, saec. XV, in Italia orti sunt sic dicti *Montes pietatis* ad opitulandum pauperibus. Judaeorum exactione oppressis, per pecuniam mutuam dandam contra pignus acceptum. lidem religiosi controversam Montium causam acriter propugnarunt et vicerunt in ('. Lateranensi V (1512-1517), ita ut *Inter multiplices* sollemniter fuerint approbati. Hodie fere ubique Montes isti reperiuntur publice administrati. Etsi utiles, immo necessarii dicendi sint, non omnem tamen reprehensionem effugiunt. Pauperes, non semper probi et sobrii, ibi deponunt etiam res sibi vel familiae necessarias quae ipsis ad usum personalem datae erant. Post annum circiter, si pecuniae restitutae non fuerint, res istae sub hasta veneunt, saepe pro pretio inaequali, ita ut mutuatarius maiore quam ante miseria laboret. Praeterea vitium istud commune est omnis philanthropiae «officialis»; eius ministri conducti ad *functionem* istam exercendam, animo saepe carent quem caritatis officia post niant : et cum obligati sint, nullum gratum affectum in animis pauperum excitant; nec ad varios casus modum suum agendi attemperare noverunt.

Longe, pro societate, utiliores sunt·, arcae, maxime privatae originis, quae passim constituuntur ut ad usus fructuosos pecuniam modico vel saltem non nimio tenere credant. Missionarii itaque, in regionibus ubi usura vorax saevit, neophytus «le crimine monere non neglegant; et institutis socialibus *prudenter* erectis malum extenuare et paulatim auferre studeant. Hac etiam ratione propagationem evangelii mirifice iuvare possunt.

V. *Census.*

451. — I. Notiones. 1. *Dejinitio.* Census, in genere est *annua pensio, alteri solvenda, quae aliquod bonum immobile, rei aliquod capitale, vel aliquod patrimonium gravat.*

Is cui pensio solvenda est, seu *creditor,* est *eensualista ;* debitor pensionis *censuarius* vocatur.

2. *Distinctio.* Distinguitur census *perpetuus,* census *temporarius,* qui potissimum est *vitalicius.* Est *redimibilis,* >i censuarius, soluta quadam sumina, se onere pensionis solvendae liberare potest; secus est *irredimibilis.*

3. *Constitutio.* Obligatio nasci potest titulo *oneroso,* maxime per contractum, et titulo *gratuito,* per donationem vel legatum, ut cum testator heredes obligat ad annuam pensionem personae bene meritae solvendam. Non raro, ubi civiliter fieri potest, census ecclesiae vel causae piae legatur.

4. Contractus census est *contractus quo censuarius se obligat, sive in perpetuum, sire in definitum tempus, sire per vitam definitae personae, ad solvendam censualistae annuam pensionem.* Si ob rem sibi traditam se obligat, res ista repeti nequit, et sic a contractu mutui, contractus census distinguitur.

Olim summa potius solvebatur ut quis ius acquireret percipiendi annuam pensionem e re iam a censnario possessa, vel etiam ex labore fructuoso quem facere censebatur. Consus iste, qui dicebatur *personalm,* ut a *reali* (ex agro) secerneretur, in suspicionem incurrebat palliatae usurae. Ac re vora, modus iste fructuose collocandi pecuniam, si labor personae non orat vero fructuosus et redemptione census restituendum erat capitale, facile tegebat mutuationem pecuniae sub fenore. Hodie veni, eum generaliter liceat pecuniam sub moderato fenero credere, contractus iste inter privatos obsolevit.

Moderni autem Status, praeter aes alienum quod forma etiam privatis solita contrahunt, saepe hac ratione sibi necessarias pecunias comparant, ut venales creent titulos crediti publici ad latorem, qui ementibus ius dent ad annuam pecuniam ex reditibus Status percipiendam. Quando ius istud per se est *perpetitum,* eum numquam emptor restitutionem pecuniae suae exigere possit, vera census perpetui constitutio habetur, t ensus tamen iste redimibilis est, quatenus Status sibi ius reservat se onere liberandi solvendo summam quae titulo inscribitur eiusque valor nominalis dicitur. (Ponas titulum 100 lib. pro quibus receptis, Status solvat singulis annis Obligationem redimet solvendo 100.) Saepe autem ab initio statuit ut intra certum temporis spatium, ut puta 00 annorum, debitum eius exstinguatur. Tunc, qnot-

annis, numero definito sorte designantur tituli quos solutione exstinguet *(Rendita ammortizzabile, rentes amortissables).* Qui pro constituto hoc censu titulos emunt re vera mere pecuniam feneratieiam Statui crediderunt, quamvis nomen census conservetur.

452. — II. Census perpetuus et vitalicius. 1. Non omnes leges privatam census perpetui constitutionem admittunt. Sic perpetuitatem ipsa contractus census definitione Cod. Brasiliensis 1124. excludit. Aliae leges, ut Cod. *Gallicus* et *Italicus* admittunt censum perpetuum, sed eum faciunt essentialiter redimibilcm a cvnsuario. Sic etiam census fundiarius Cod. *Germaniae,* art. 1199. Convenire tamen possunt in iure *Gallico* ut non possit redimi ante decem annos, vel, in iure *Italico,* ante triginta annos, si res immobilis tradita fuerit, vel sine praevia quadam monitione.

2. Dum rarus est usus alius census, frequentissimus est census *vitalicius.* Is constituitur ad vitam alicuius personae,quae plerumque sed non necessario est ipse *censualista* seu creditor. Immo ad vitam plurium personarum constitui potest, ita ut totus debeatur donec ρmnes obierint. Census iste non est redimibilis. Potest constitui titulo gratuito vel oneroso ; et tunc est contractus aleatorius, qui iustus erit si. computata probabili spe vitae per (piam debetur, summa pensionum capitale et huius fructus, quotannis pro rata decrescentes, adaequet. Practice, indicio peritorum standum erit, nisi ambae partes, consciae suae, ignorantiae, sponte se maiori aleae committere voluerint.

Cum constitutio census vitalicii fiat interdum ad spoliandos heredes, bene intellegitur cur Codex *Rraeilienni»,* art. 1125, nullam declaraverit constitutionem census in gratiam, non tantum personae iam defunctae, quod tnanitestum est, sed etiam personae quae intra triginta dies a celebrato contractu moritur ex morbo quo iam tum laborat.

VI. *Emptio-venditio.*

Contractus emptumis-venditionis antonomastice contractus commutativus vocari potest, ad quem alii omnes aliqua ratione redigi possint. In contractu isto examinando, theologus moralis a *iure positivo* quaerit potissimum quo modo, quo momento dominium rei venditae transferatur, et quisnam casus fortuitos praestet ; *iustitiam* autem *naturalem* interrogat do obligatione emptoris solvendi iustum pretium ; de obligatione venditoris tradendi rem promissam ; demum de fraudibus quae possunt stricte esso iniu-

rioHiie vol hoIi porrectae et commendandae honestati adversari : nullam enim fraudem, sive circa pretium, sive circa rem, laudabilem et commendandam oeac liquet.

A. — Generalia.

453. — I. Notio. Emptio-venditio est *contractus bi-lateralis, consensualis, quo alter se oblipat ad tradendam rem pro definito pretio quo solvendo alter tenetur.*

Definitio ista notionem exprimit omni legi communem. Completa eat .si, ut in iure *Gallico, Italico,* ipsum rei dominium solo consensu inter part»* transferri potest ; si autem, ut pleraque iura recentiora habent, dominium solo consensu non transfertur, addi debet: · quo alter, venditor, ae obligat ad tradendam rem eamque in alterius dominium transferendam ». Cf. art. 133. Cod. *Germaniae.*

II. Elementa. Contractus iste tria necessario continet: *consensum, rem, protium.*

1. Quia contractos est consensualis, solo *consensu perficitur.* Praeterea, quando venum datur res propria et corpore determinata, regulariter, in iure *Gallico* et *Italico,* dominium ipso consensu transfertur. Quando res est genere tantum definita, vel ius obstat, quo minus sido consensu dominium transferatur, effectus contractus tunc ad reciprocas obligationes reducitur.

Iure *Gallico,* venditio rei alienae est nulla, cum nequeat tunc transferri dominium. Verum partes possunt venditionem aliter concipere, more, ut aiunt, romano, quo casu, mere obligatio suscipitur etliciendi ut res promissa in dominium emptoria perveniat.

2. *Item* quam debet venditor tempestive tradere tenetur; si mittenda est, sumptus]>er se emptori imputantur. Emptor *pretio* solvendo tenetur.

III. Evictio. Venditor praeterea *evictionem* praestare debet, nisi aliter convenerit.

Evictio habetur quoties emptor a possessione totius rei venditae vel eius partis, iuridice turbatur. Venditor ea praestanda obligatur si evictio causam habet vitium iuris quod venditor transferre debebat, nec evictio vitari potuit, v. g. monendo de lite mota venditorem qui medium habebat repellendi actorem.

IV. Ordo exsecutionis. Quisnam prior obligationem exsequi debeat, nisi pactione sit definitum, non constat. Si vero una pars non praestat quod debet, altera pars potest vel resilire a contractu vel exigere ut reficiantur damna.

λ'. Casus fortuitus. *Casum fortuitum* praestat iure Gallico et Italico emptor a perfecto contractu: res perit domino. In iure *Germanico,* pars cuius praestatio impossibilis evasit excusatur quidem, sed nihil iam petere potest ab altera parte, nisi haec culpanda fuerit. Si tamen, v. g. pro re quae casu periit, compensatio data fuerit, hanc tradere debebit alteri parti id petenti et propriam obligationem exsequenti. Ergo de casu fortuito iura positiva consulenda sunt.

B. — Obligationes venditoris.

454. — Summa obligationum. De *re, renditor* obligationem contrahit *manifestandi eius vitia,* eam *tradendi* et praestandi *evictionem.*

1. *Manifestare debet* ex ipso *naturae iure: a)* defectus *substantiales,* cum occultos tum quos emptor, ex imperitia sua, perspicitur ignorare: error enim de his defectibus contractum irritat. Substantiales sunt defectus qui rem faciunt nocivam vel notabiliter inutilem emptori, attenta quoque qualitate principaliter intenta; 6) defectus *accidentales* de quibus in genere vel in specie interrogatur. Iterum intellegas defectus (pii, per se vel ex emptoris condicione, hunc latent. Effectum talis erroris cf. supra ii. 423.

Manifestare *non debet* vitia accidentalia de quibus non interrogatur. modo ne eadem fraudulenter occultet, neve pretium nimium postulet. In genere interrogatus, defectus parvi momenti (piorum ignoratio nec contractui nec pretio causam dare videtur, silere potest. Nec manifestare debet defectus de quibus protestatus est se nolle quidpiam spondere; in foro nostro civili tamen, protestatio illa nihil operatur quod ad defectus occultos venditori notos.

Ex iure *positivo* reticeri non possunt vitia occulta *redhibitoria,* seu quae utilitatem rei ita deminuunt ut emptor non emisset nisi forte minoris. Quaedam leges catalogum taxativum de his vitiis, quod ad certa animalia, exhibent.

2. *Bern* tempestive, ut diximus, sed, per se, sumptibus emptoris, emptori *tradere* debet. Ob omissionem vel moram venditori imputabilem, emptor damna repetere potest et praeterea, vel exsecutionem pactionis urgere vel rescissionem contractus postulare.

3. De *evictione* modo n. 453 egimus. Partee obligationem praestandi evictionem intra certos limites augere, minuere, vel etiam tollere possunt.

455. — Fraudes et mendacia. Merces per se tradendae sunt *rente* et *purae*. Ad receptos tamen proborum usus licet se accommodare. *Iniuria* committitur: *a)* si res adulteratae vitio *substantiali* infectae sint; 6) si ex contractu specialis obligatio tradendae rei purae suscepta erat : c) si pretium iniquum postuletur. — Simpliciorem tamen honestatem pro viribus commendemus.

Consueta mercatorum *mendacia* vel periuria de pretio quo ipsi res sibi compararunt, «le propositionibus sibi factis, non existimantur *efficaciter* damnosa fuisse, eum parva tides iisdem adhibeatur.

Magis quam in qualitate, fraus in quantitate et mensura est iniuriae damnanda.

Qui autem artibus huinsmodi emptores alliciunt aliis eorundem rerum mercatoribus indirecte nocent. Suntne tamen ipsis iniuriosi ? Quidam istud attirmat. Verum, cum nulla relatio iuridiea inter ipsos et alios mercatores intervenerit, id negandum arbitramur. Ad positivam legem spectat fraudulentas aemulationes *(concorrenza sleale, concurrence déloyale')* reprimere vel cohibere. v. g. actione collectiva qua mercatores alios emptorum deceptores vel publicae potestati deferre vel de damnis coram indice agere permittantur.

Mercator qui rem alii iam addictam alii tradit vel alio nomine in tabulas publicas refert, iniustitiam committit. Emptor autem bonae fidei uti potest lege positiva quae non raro ei cui res est tradita vel cuius nomine est inscripta dominium addicit.

C. — Obligatio emptoris.

456. —I. Potissima, imino per se unica emptoris obligatio est solvendi pretium iustum quod inter partes convenit. Itaque de difficili iusti pretii argumento agendum est. Quae vero hic definimus complenda sunt per ea quae in contractu locati-conducti addenda erunt.

Pretium autem nihil aliud est quam *calor rei pecunia expressus.*

Porro distinguere soient pretium *legale, vulgare, conventionale,* quibus addendum putamus pretium *monopolio* impositum. De singulis enucleate dicendum videtur.

457. — De pretio legali. Pretium legale dicitur quod ipsa lege est *directe* taxatum. Directe, inquam, quia indirecte in pretia rerum influere legislator artificiis fiscalibus potest: ut si, imposito portorio, exportationem quarundam rerum intra tales limites contineat, ut in suo territorio abundanter praesto sint.

In adiunctis ordinariis, non iam solet legislator directum pretium, vel unicum, vel minimum et maximum statuere; lege autem definiri consuevit quid plures officiales, puta notarios, pro instrumentis conficiendis vel scribendis petere possint; vel quo pretio societates quae vias ferreas exercent personas vel merces transvehere debeant. Officiales, societates istis definitionibus stare debent. nisi constet pretium esse iniquum vel ei consuetudine derogatum sit. — Immediatam autem conscientiae obligationem e legalibus mercium taxationibus minus absolute et universaliter colligere possumus. Interroganda enim est communis persuasio de mente legislatoris et de aestimationis aequitate. Ratio vero discriminis inter has taxationes et priores haec est, quod qui ministerio officialis utuntur vel se aut merces viae ferreae committunt, tacite pretium legale promittunt nec de alia pactione cogitant; dum in emendis mercibus, privatae pactiones fieri solent.

458. — De opportunitate taxandi lege pretium mercium, in praesenti societate nostra, disputatur et dubitatur. Satius fortasse est ut legislator indirectis mediis utatur urgendi aequa pretia rerum communiter utilium, ut si prudentibus arbitris committat, post stata intervalla, definitionem aequi alimentorum pretii, et divulgatione sententiae dirigat conscientiam publicam, qua emptores et mercatores ab iniquis vexationibus protegantur.

Cum ipsae res necessariae rariores futurae esse videntur, ita ut fames timenda sit, oportet etiam ut legislator impediat ne res istae a paucis divitioribus coemantur.

459. — II. De pretio vulgari. Vulgare pretium multis emptionibus et venditionibus obtineri consuevit. Aestimatione communi regitur. Haec, quodnam sit aequum pretium non tantum

declarat, sed etiam causa proxima est *valoris* rerum, seu aptitu dinis qua, in quadam societate, res cum aliis rebus communiter commutari queant. Ipsa tamen aestimatio non est, saltem ex toto, arbitraria, sed obiectiva utilitate rem comparandi, qualis comma niter percipitur, determinatur.

Cognito vulgari pretio, novimus pretium quod, salva iustitia, etiam invito emptori imponi potest; novimus quid emptor, nisi specialia adiuncta ipsum excusent, ex iustitia solvere debeat. Praebet ergo normam iustitiae in contractibus servandam. Contra autem ac pretium legale, quod unicum esse solet (etsi ipsae leges mere minimam et maximam pretii rationem statuere possunt) *vulgare pretium* dividitur in *infimum* seu pium, *medium* seu mo deratum, et *summum* seu rigorosum. Haec in morali aestimatione sunt, ita ut in alimentis communibus et rebus necessariis, summum pretium ab intimo minore distantia separetur. Aestimatio autem consideratur *loci* et *temporis* ubi lit venditio, ita ut, mutato loco seu mercatu, ipsa pretia crescere vel decrescere possint. Hodie, pro commeatuum facilitate, amplior (piam olim regio pro uno mercatu habenda est.

Quonam autem pretio, *summo, medio,* an *infimo* res compa- retur, privata pactione delinitur, in qua, salva saltem iustitia. utraque pars suae utilitati consulere non vetatur.

Id tamen observes: etiam intra limites iusti pretii, iniustus fuerit, (pii mediis iniustis, ut iniquo pondere, sparsis falsis notitiis, summum iustum sibi compararet.

Porro *ultronea oblatio* rerum quae non sunt ita communes ut fere continuo emantur et vendantur, *usus* iam factus rei, aestimationem istam mutant. — In rebus non novis, (piae ex mei alii valore potissimum pretium hauriunt, v. g. in argentea supellectile, manupretium *{mano d'opera, façon)* vix iam consideratur. Contra, ob rerum *penuriam* vel insuetam emptorum *multitudinern,* pretia rerum crescunt. Sed. in communi alimentorum penuria, caritas graviter offendetur ab iis qui, augendo talium rerum pretia, ex aliena miseria lucrum maius quaerere student. Quare commune odium in ipsos incurrit. Immo cum copia est mitioris pretii, possunt ne. salva iustitia. pro rebus quibus omnes opus habent talia pretia postulari (piae easdem plerisque inaccessibiles faciant, id merito du bitari potest. Cf. n. 464. Ac iustitiam procul dubio violant, qui easdem apud se accumulando et abscondendo, falsam creant harum rerum raritatem, et sic ipsam communem aestimationem decipiunt.

460. — Justae exceptiones. 1. *Viliora pretio* sine iniustitia *emi* possunt: *a)* res quae emptori minus utiles sunt ita ut vere in gratiam venditoris emat. Verum hic caveas ab oppressione pauperum; *b)* res magna copia coemptae: commodo quod venditori procuratur imminutio pretii compensatur; c) res tradendae tempore «pio minus valebunt; d) res quarum pretium ante diem solvitur.

2. *Afaius pretium* postulari potest a venditore: «) cui privatio rei sit peculiariter damnosa vel ingrata: de qua causa emptor monendus erit, ne decipiatur; /›) qui res minutatim vendit, propter maiorem laborem, etc.; c) qui, assentiendo dilatae solutioni, pecuniam indirecte credit.

461. — In iusto autem pretio non veniunt *munera famulis* largienda, nisi recepti usus id probent ut domino imputentur; vel *impendia* quae ob sibi *peculiarem* causam venditor facere debuit: vel *specialis emptoris utilitas.*

Hic tamen fructuosam a sterili utilitate distinguas. Si ex empta re emptor magnum lucrum reportaturus videtur, potest tunc venditor quasi pro socio admitti velle, et anticipatam (piandam communis lucri solutionem in pretio computare. Et ipse emptor quidpiam gratitudinis titulo sponte offerri non prohibetur. Praeterea, propter liberalis oeconomiae errores, iit ut non pauci ex speciali emptoris utilitate lucrari velint, et auctores quidam, sicut Gousset, illud non plane improbent. Quare ut sic fiat, non est suadendum, sed quod factum est tolerari poterit.

462. — Venditio rei quae vilescet. Quam diu aestimatio communis vigeat, res valorem suum servat. Quare, sine iniustitia. secundum talem aestimationem res vendi poterit ab eo (pii mox vilem futuram praevidet vel novit. Magistratus autem qui noverit propter praeparatam legem pretia quaedam notabiliter mutatum iri, si de re secreto tegenda « amicum moneret, iniuste, ait Lehmk. 1. 1328. secretum violaret ». Haec intellegimus dc iniustitia (pialis est omnis transgressio officii munere impositi. Haec erga rem publicani committitur. Verum estne iniustus erga alios privatos cives quibus notitia amico data indirecte nocebit: id multo minus constat. Atque excusari facile a culpa posse videtur (pii monuerit amicum misericordia dignum, cuius ruinam impedire voluerit.

463. Usus iniqui pretii. Si malis aliorum artibus pretia iniqua procurata sint, laudari nequit qui his scienter frui velit. Quod plerique injustitiae damnant. Aliqui tamen, ut d'Ann. II. 425. 29. benignius respondet. Artes huiusmodi saepe exercentur in « titulis » societatum argentariarum vel industrialiurn. Verum ipiia haec a vulgo ignorantur, qui titulos pretio Bursae emunt et vendunt, aleae se committunt quae usu hodierno non improbatur.

464. — Pretium suminum rerum necessariarum. Ipsa primordialis lex qua privatae possessiones ad bonum commune referendae sunt demonstrat alimenta et res communiter necessarias. non posse, propter earum raritatem praesentem vel praevisam. tali pretio venales prostare, ut venditores immoderata lucra faciant, sed multitudo hominum iis privetur vel ad egestatem redigatur. Sicut salarium quoddam est minimum iustum. sic, pari ratione, est rerum necessariarum pretiupi summum, ipsa iustitia statutum. Verum istud adhuc nimis multis ignoratur, quam ut possimus inde debitum strictae iustitiae et restitutionis imponere iis (pii. nulla fraude vel vi usi. oblatis pretiis a divitioribus, res istas vendiderunt ; immo. nisi lex modum statuat ipsi copiae (pia tales res a singulis possideri possint, coemptiones a divitioribus vel a proxenetis impediri non poterunt, ita ut pretia moderata servari iam parum hominibus modicae condicionis profuturum sit.

465. — III. De pretio conventionali. Deliciente pretio legali et vulgari, restat ut *libera* pactione statuatur *conventionale.* Casus erunt: *a)* si. consciae ignorantiae suae dc vero pretio, ambae partes quasi *in aleam* ire voluerint; 5) si pretium petatur *affectionis,* ut cum (piis rem vendere sincere nolit et quasi praemio ad assentiendum adducendus sit; c) si res agitur quae, ne quidem peritorum indicio, communem valorem obtinet, sed incerta libidine vel affectione aestimatur, modo etiam tunc intra limites rationabiles sistatur. Quia autem, in rebus voluptariis, vigentes usus verum valorem creant, iit ut res quae antea valore destituebantur, iam communiter aestimentur. Et (pii perfecta illa honestate frui voluerit quae animum omni scrupulo vacuum esse sinet, ignorantia alterius partis uti nolet ut rem multo viliore pretio sibi comparet, vel multo maiore vendat. Saepe bona

lides ementium in his turbanda non erit; recta, tamen principia £ inculcentur.

466. — IV. De pretio monopolii. 1. *Notio et origo.* Monopolium habetur quando quarundani rerum venditor unicus est vel iit, et ideo arbitrium pretii gerit. Variae est originis et rationis.

Monopolium *naturale* oritur ex ingenitis qualitatibus personae, vel etiam ex detecta qualitate rei possessae, quae qualitas diu latebat. Non raro dotes ingenii et fortuitus casus simul causae fuerunt inventionis.

Monopolium *artificiale* resultat vel e lege quae, sive fisco, sive personae privatae, physicae aut morali, quaedam reservavit; vel ex artibus quibus earundum rerum artifices vel mercatores mercatui, ut aiunt, dominantur, ita ut etiam alios vel perire vel iisdem legibus stare cogant.

Cum libera aemulatio concordatis inter earundem rerum confectores vel venditores magis ac magis supprimatur et vera creentur monopolia ad statuendam, secundum propriam utilitatem, quantitatem rerum efliciendam et pretii rationem, re vera ratio pretii vulgaris desinere incipit.

Regulae de monopoliis applicandae sunt. Ilae volunt ut pretium statuatur quod, sine monopolio iustum foret; vel ut ex labore honestum, secundum statum et condicionem operantis, lucrum percipiatur. Honestum est. quod honestam eflicit sustentationem, addita summa pro moderato profectu vel progressu.

Etenim moderatum quidem sed non immensum lucrum labori humano regulariter offertur. Quare lucra immensa per se suspecta eunt iniustitiae nisi positivo explicari queant sive «) venditione in alia regione ubi propter cambii inaequalitatem vel aliam causam multo carius veneunt; sive *h)* quadam inventione qua quis longo minore pretio conficere potest res quam communiter conficiuntur; sive c) speciali arte et industria qua. v. g. propter accumulato coemptas merces, multis sumptibus parcitur.

Dum ante aliquot annos confectores et niercotorcs certabant de rebus viliore pretio cedendis, non raro merces infra iustum solvebatur operariis; nunc nutem emptorum qui res ad usum personalem conquirunt iura frequentor violantur.

467. — Potissimae iniustitiae hodie consist tint in variis abusibus monopolii cuius per symlaeatus occasio datur. Etenim: a) mercatores qui res emunt ut eas divendant pretium exigunt

sine ulla proportione cum labore et expensis; *b)* incrementum salariorum allegatur ut multo magis augeantur pretia. Si v. g. mercedes 5 p. c. augentur, pretia crescunt 10 p. c. Nullus tamen accessit titulus lucri pro domino negotii; c) studiosis venditionibus et coemptionibus aestimatio communis in Bursis vitiatur, et obtinetur ut « actiones » seu « obligationes » societatum supra vel infra verum valorem aestimentur; 4) negotiatores qui lucrativae negotiationi operam dant pretia rerum, quam maxime possunt, augent, dum pretii quod ipsi solverunt et speratae venditionis rationem habere deberent. In rebus (piarum facilis, immo certa est, venditio emptoribus qui brevi vel statim pretium solvent. lucrum non videtur 10 vel 12 p. c. superare posse.

Legale enim fenus negotiatorium 6 p. c. *s*uperan non solet. Fenus autem istud nobis revelat oommunem aestimationem fructus ex negotiationibus sperandi, dempto tamen valore operae personalis et periculi a suscipiente negotium assumpti. Quare, in negotiatione non periculosa, t vel 6 p. c. tribuimus labori (piando honestum negotiatoris lucrum 10 vel 12 p. e. aestimavimus.

/>. — DE QUIBUSDAM VENDITIONIBUS SPECIALITER.

468.— I. Facultatem redimendi rem venditam venditor sibi reservare potest. Verum, cum facultas ista (pacte de *réméré)* rem ponat in incerto statu: quod commercia impedit, non potest nimis diuturna esse.

Quare Cod. *Gallicum* et *Italica)*· reservat ionem talis factae ad solos quinque annos (Cod. *Ital.* art. 1516; *Gall.* 1660); Cod. *HraeilicMi*·· ad tres annos i,11 **I**1-li 13); **J***uelriacux* pro solis rebus immobilibus et per vitam venditoris (1070); *Germanicum* ad tres annos pro rebus mobilibus, ad triginta pro immobilibus (503): *Hiapaiiieun* (1508) ad decem annos; ,V< *t chtiiilieu»* ad quinque annos (1556) permittunt. Cod. *Lueilaiius* pactum non admittit (1587).

469. — 11. R.es ad gustum venditae, (him res venduntur (piae, ut vinum, oleum, gustari consueverunt, venditio, in plu ribus legibus, nisi res gustata et probata fuerit, non perfecta een. setur. Huic tamen facultati emptor renuntiare potest ; quod fecisse plerum pie censetur (pii mercatori mandaverit ut rem ad ipsum mittat, ('clerum hodie potius exemplar mittitur; quod si probatum sit. iam suiliciet ut res tradita eum exemplari concordi — Cf. Coi. *Iirasiliensein,* 11 111 118; *Gallicum,* 1587 ; *(1er-*

manicum, 495-496; *Hispanicum,* 1453; *Neerlandicitm,* 1499. Praesumptio ista non legitur in Cod. **J** *ustriaco* et *Helvetico,* sed expressa pactio fieri potest.

470. — III. Auctio seu venditio sub hasta est *species venditionis qua bona voci praeconis subiciuntur et ultimo vel primo licitanti addicuntur:* ultimo, si pretia usque maiora proponuntur; primo licitanti, si praeco, farta aestimatione summi pretii, successive pretia minora proponant donec unus assentiatur. Ilastatio voluntaria vel coacta esse potest.

Per se speciem praefert cuiusdam *aleae* seu concursus honeste instituendi: tunc iustam esse censetur pretium quod honestis artibus procuretur.

Verum recepti hodie mores non unius regionis contractum illum satis adulterarunt, ita ut artes, minus in se probandae, admittantur,sed. cum ex utraque parte frequententur,iustitiaeaequalitas istarum artium compensatione restituitur.

Iure quo utimur, in auctionibus *voluntarii* vitia redhibitoria praestantur, et rescissio ob laesionem conceditur : venditori, antequam res addicta fuerit, rem sibi retinere fas est, si pretium displicuerit ; praemium promitti consuevit licitatoribus; et fas est licitari sino animo emendi, dummodo periculum rem acquirendi vere sustineas et pretium solvere possis et volis. — Nemo eum damnat qui alium mere *rogat* ne socum concurrat in aliqua licitatione. *Pactio* vero de illa re a pluribus non permittitur nisi inter personas coniunctas. Sed cur laedas iustitiam stipulando quod honesto rogare possis non apparet. Qui autem omnes emptores sic arcuerit, sibi creat monopolium, de quo dicendum est ut supra. Immo, quando venditori integrum est rem suam servare, pactio huiusmodi ne caritatem quidem per se offendit. Rursus tamen, quia auctiones emptoribus magis prodesse solent, et ad contrarias industrias compensandas, tolerari posse videtur ut a venditore *ficti licitatore* mittantur (ad stimulandos veros) et vitia occultentur. Sic Aertny S, III, 190. — Itaque *iniustae artes* hac fere commemorandae sunt: *a)* rem *addictam* non tradere, aut aliam minus bonam, in locum rei expositae sufficere; *b)* fraude vel violentia alios a licitatione avertere, vel pretitun oblatum non solvere, vel ficte licitari cum periculum rem acquirendi subire nequeas aut nolis: r) ex parte otlicialis qui auctionem dirigit, id de industria etlicere ut amici rem viliore pretio emant.

471. — IV. Venditio per proxenetas. *Proxeneta* ille est; qui pro alio rei emendae vel vendendae curam suscipit.

Qui tale munus habitualiter gerunt leges et usus proborum observent. Sic argentarii, eampsores, quibus interdum nulla me-

lior regula suppeditari potest nisi ut fraudibus abstineant, sui clientis utilitatem promoveant, et moderata mercede contenti sint.

Qui viliore pretio emerit vel carius quam mandans iam permiserat huius rem vendiderit, per se egit pro mandante, cui proin lucrum istud codero debet. Excipe si lucrum speciali industriae suae tribuendum sit; si benefica intentio mandanti supponi possit; si exiguum lucrum tacite remissum censeatur; si ita ferat usus receptus, vel aliunde tacitus consensus appareat; si adhibita diligentia, nec pretio maiore apud alios reperto, rem serio, ac, proin suo periculo, emat, et dein, occasione data, carius vendat. Quae praxis periculis plena videtur, quamvis apud campsores sit frequens. Si quae vero mercatores *intuitu proxenetae* de pretio remittunt, is illa sibi retinere potest. Quod iis proxenetis continget quos, ob professionem suam, allicere, mercatorum interest. Cautius respondendum est de deminutione quam mercatores famulis concedere videtur.

Proxenetae etiam sunt bibliopolae qui ab auctoribus vel editoribus libros recipiunt ut. sine ullo periculo proprio, eos venales exponant et in catalogo suo nuntient. Foedere inter se facto accidit ut minimam istam operam suam valde caro promittant, ita ut v. g. dimidiam tantum partem pretii catalogo inscripti pro singulis libris a se venditis reddere debeant. Ita fit ut ad scriptorem, qui plus omnibus laboravit, minima lucri pars redeat, et ipsum libri pretium notabiliter augeatur. Remedium iterum a societate inter scriptores inita, quae simul diffusionem librorum curet, quaerendum videtur.

472. — Corollaria vel scholia'

1. Qui alteri ignoranti cedat pretio ordinario *nomen* i. e. creditum privatum (non titulos qui in Bursa aestimantur) cuius debitorem novit non esse solvendo, vitium substantiale occultat, ita ut sit iniustus (Lessus, *luet.* cap. 21, n. 81).

Quid autem si lego positiva, ut v. *g.* art. 1542, C. *Italici,* 1694, *Gallici,* do sola veritate nominis respondero debeat? Leges huiusmodi intellegimus hac mente factas ut, seclusa pactione, aleam transferant ad emptorem, non autem ut satiaro velint iniustitiam venditoris qui rem nullo pretio dignam pro pretio cesserit. d'Annibale tamen 11, 466 non ausit « contra ius apertissimum alicui hanc sententiam obtrudere ».

2. Inventor *legali monopolio* frui potest ut maiore pretio quam per se aestimaretur inventionem suam vendat. Insta enim est causa sic inventiones fovendi. Hic tamen quoque valet illud : « Ne quid nimis ».

3. QuandO magna rerum coemptione *privatum monopolium* inducitur, pretium quidem, salva iustitia (sed non semper salva caritate) augeri poterit, non ultra summum tamen quod cum vera rerum copia congruat.

I. Jeridc *pactione* quibus eiusdem mercis venditores vel artifices paciscuntur de non vendenda merce vel locanda opera infra certum pretium, possunt esse omnino honestae, ut si hac ratione aequas sibi condiciones procurent. Sed caritati adversaretur conspiratio non vendendi infra summum istum pretium res quibus multi indigent.

Nec per se hodie reprehendendi sunt operum publicorum redemptores qui, facta pactione, mutuas suas aestimationes inter se comparant ut rem suscipiendam cedant uni qui partem maioris pretii quod obtinebit aliis tradere debet. Lucrum quidem indo non parum augent, sed, dummodo intra limites rationabiles se contineant, magnitudo et difficultas talium operum hodie huiusmodi lucra postulare videntur. (Sic, recens, in Hollandia, ipse magistratus publicus causam istam aestimavit.)

473. — Quaeres de natura et de inviolabilitate sic dictae proprietatis litterariae, industrialis, artisticae, etc.

1. Leges solent actionem civilem concedere auctoribus, inventoribus. etc. saltem si quaedam legum praescripta observaverint: contra omnes (pii, sine ipsorum licentia, opus eadem vel alia lingua typis vulgaverint, machinam imitati sint et venalem fecerint, musicalem operam repraesentaverint, etc. Privilegium istud non est tamen perpetuum sed permanet v. g. per vitam auctoris et quinquaginta annos post auctoris mortem. Pactis vero internationalibus protegi consuevit, ita ut etiam in aliis gentibus auctor diffusionem libri sui, machinae suae etc. impedire possit.

2. Quia in eo consistit ut auctori opus suum divulgandum reservet, sic dicta *proprietas* non est re vera nisi quodpiam monopolium.

Quia autem sine lege positiva reservatio ista prorsus frustanea foret, et per se impeditur ipsis conatibus quos auctores faciunt ut opera sua innotescant et in multorum manibus sint; existimamus ius suum, ceterum diu ignoratum, non esse naturale sed in ipsa lege fontem suum habere. Quamquam valde aequitati consentaneum est ut etiam pecuniaria mercede opera auctoris vel inventoris retribuatur.

3. Quocirca, ultra ipsam legem positivam, nullum iustitiae oflicium vetat emptorem libri vel machinae, quin quemlibet honestum rei acquisitae usum faciat.

Satis communis opinio leges de huiusmodi proprietate ut immediate ligantes conscientiam perhibet. Nulla tamen certa ratio a nobis perspicitur cur de istis legibus severius (piam de aliis pronuntiemus, et maiorem obligationem inde colligamus (piam

permittendi ut auctores et inventores iure suo utantur. Confli niamur facili ellicacia huiusmodi protectionis legalis in foro ex terno; confirmamur crescente in dies extensione huiusmodi pro- prietatis, ita ut re vera arbitrarias et multis incommodas prohi- bitiones creet.

Ipsa illa studia usque maioris emolumenti pecuniosi perci- piendi ex rebus (piae bene merent ibus nobilius praemium honoris et gloriae conferunt, num adeo laudanda et commendanda sunt

Verum ex ipsa lege naturae opus pulchre scriptum vel utile inventum auctori tribuit inviolabilem famam, quae iniusto laede- retur ab iis (pii ementito nomine opus ederent vel inventum di- vulgarent.

474. — **Statuta legis canonicae.** 1. Vi c. 1530, ad alienandae res ecclesiasticae immobiles aut mobiles quae servando »ervari possunt, requi- ritur: aestimatio rei a probis peritis scripto facta: et, vi c. 1531. $ 1. res alienari minoro pretio non debet quam quod in aestimatione indicatur: — 2. insta causa, i. e. urgens necessitas vel evidens utilitas i.celesiae, vel pietas: — 3. licentia legitimi Superioris, sine qua alienatio invalida est. Et cum agitur de rebus pretiosis vel de rebus quae valorem 30.000 libel- larum vel francorum excedunt, legitimus Superior est Sedes Apostolic Praeterea, nisi aliud circumstantiae suadeant, alienatio fiat per publicam licitationem aut saltem nota reddatur ; et res ei concedatur qui. omnibus perpensis, plus obtulerit; pecunia ex alienatione percepta caute, tuto et uti- liter in commodum Ecclesiae collocetur (c. 1531, § 3).

Ad cavendum utilitati ecclesiae, Codex exigit specialem Ordinarii loci licentiam ut immobilia ecclesiae bona vendi aut etiam locari licite possint propriis administratoribus eorumquc coniunctis in primo aut secundo con- sanguinitatis vel atHnitatis gradu (1510); ad eliminandam simoniam, vetat in venditione aut permutatione rerum sacrarum ne ulla ratio consecrationis vel benedictionis in pretii aestimatione habeatur. — « Administratores possunt *titulo» ad latorem* quos vocant, commutare in alios titulos magis aut saltem aeque tutos ac frugiferos, exclusa qualibet commercii vel negotiationis specie, ac do consensu Ordinarii, dioecesani Consilii administrationis alio- rumque quorum intersit » (1539. $2). Cf. do his sanctionibus. *Epitomr iuri- canonici,* II, n. 849-864.

475. Causa praesentis mali. « Emptio et venditio videtur esse introducta pro communi utilitate utriusque. dum scilicet unus indiget re alterius et e converso, sicut patet per Philosophum *(Poli-I.* L. 1, c. (i a prine.). Quod autem pro communi utilitate inductum est, non debet esse magis in gravamen unius quam

alterius ». Verum hodie immoderata lucri fames ab ista sapivn· tissinia ratione omnino recessit, et, nimis saepe ℮mptio venditio desinit in duellum in quo alter alterum vincere et opprimere contendit.

Ob hanc causam omnia confuse pervertuntur, et ipsae notiones iusti et iniusti in mentibus contrahentium extenuantur, nequidquam protestante sensu communi, qui etiamnuni quadam infamiae nota facilis et nimii lucri captatores insignit.

Delinite tamen quempiam restitutione damnare saepe dillicile erit : a) propter rerum obscuritatem vel complexitatem; /›) propter ignorantiam vel errorem communem (pii sinit ut homines conscientiae suae permittere possimus; c) propter excusationes necessitatis se conformandi modo generali. Plures coguntur synducatui nomen dare et pretio quod rectores statuerint merces vendere. Tunc qui non fuerint pretii objective iniqui auctores ab iniustitia excusari posse videntur. Hi ergo potius ad largas eleemosynas faciendas excitandi erunt. Conscii autem auctores iniqui pretii tam graves, tam multis damnosas iniustitias committunt. ut quantitas restituenda proprias facultates excedere videatur. Restat tunc ut. servatis quae statui modeste servando necessaria sint, reliqua omnia pauperibus vel piis operibus tribuant.

Parum etiam ellicaees erunt privatae monitiones, ita ut magis eilicax' remedium quaerendum sit e contrariis emptorum consociationibus (piae frena cupiditati negotiatorum iniciant.

\ II. *!›e Permutatione et ('ambio.*

J. De Permutatione.

476. Permutatio est *confractus consensualis, bi lateralis, i/uo alter alteri rem pro re rei in dominium transfert rei transferendam in dominium promittit.*

Prout ius admittit translationem dominii persolum consensum, vel praeterea exigit traditionem aut inscriptionem in tabulis, contractus transferet vel non transferet dominium.

Iterque paciscens evictionem alteri praestare debet.

Iure ecclesiastico, speciales cantiones statuuntur de permutatione beneficiorum. Nulla valide fieri potest sine episcopi vel ipiasi-episeopi, vel Vicarii generalis instructi mandato speciali consensu. Cf. e. 1487. 1488 et *Epitome,* II. 810.

/>. D I·'. ‹ \ M BI‹ ·.

477. — Cambium est *contractns quo campsor, ralenti cam psario pecunias permutat cum lucro aliquo praeter sortem.*

De sola pecuniae mutatione dicitur; et distinguitur *manuale.* seu minutum, cum pecunia praesens altera praesenti commutatur; *locale* seu *traieoticium,* quando pecunia, uno loco accepta, alio loco restituenda est. Quod cum plerumque liat perscriptum mandatum, dicitur cambium *per litteras (campsorias).* Est denique *temporale,* (pio pecunia praesens datur pro pecunia post certum tempus in eodem vel alio loco solvenda. Erequens est usus iste in argentariis (piae, retento fenere, negotiatoribus debitas pe cunias ipsis in antecessum solvunt *(sconto).*

Quia cambium, praesertim temporale, palliatae fenerationi locum dabat, solebant theologi varias de variis cambiis quaestiones sub respectu usurarum movere, (piae nunc penitus obsoleverunt.

Verum hodie, post bellum, instabilis cambiorum ratio inter varias gentes alios immensis lucris ditavit, dum alii inde magna detrimenta fortunarum passi sunt. Iniustitia notandi sunt deceptores (pii fraudibus cambia vitiant.

478. — Corollaria vel scholia. I. Qui pecuniam accepit ad alienum debitum solvendum, *peeiiniain* islam *in aliam leyalem permutat' per m poti a.* dummodo non tantum suo lucro, sed etiam suo periculo id faciat.

Quid, si de *stipendii» missarum* agatur? Ilie varii casu- distinguendi videntur. *a)* Titius mandatum accepit ut e Gallia in Italiam ferret stipendis missarum, sibi in francos soluta. Postquam in Italiam advenit, cum statim posset summam qualem acceperat tradere celebrantibus, sic potest eam in monetam italicam convertere et pecunias italiens sic obtentas solvere pro missis. *Sie obtentas,* inquam, ne proin eum luero ex mutatione percepto. Pari ratione possit ipso quasi agere eampsorem pro istis pecuniis, sperando post aliquod tempus maius lucrum. Sed non possit, hae facta formali vol virtual) conversione, si ape sua doiectus sit eandem pro irrita habere : suo periculo egit, ac proin tot dare libellas debet quot, die huiusmodi conversionis. obtinuerit vel obtinuisset. />) Titius, *suscepto onere celebrandi* missas, eum videret pecuniam Gallicam infra Italicam haerere, timens maius damnum, eam in Italicam convertit. Vorum, cum mutatae sint vices, quaerit utrum nocue possit missas istas aliis celebrandas committere tradendo pecunias Italicas? *Hesp.* Pecuniam Gallicam tamquam suaai convertit: suo egit periculo. Hebet igitur tradere vel pecuniam Gallicam vel pecuniam Ita-

licam, se<l observando, in conversione, quanti valeant· valore relativo monetae Gallicae, die quo missas aliis tradit. — o) Cains, suscepto mandato transmittendi stipendia missarum, ac timens ne relativus valor acceptae pecuniae decresceret, eam in aliam convertit. Sed contra accidit: pecunia valore crevit. Quaenam stipendia Solvere debet? Quia bona tide negotium istud utiliter pro ecclesia agere voluit, satis est ut tribuat pecunias conversione obtentas.

2. Quid si ab ignota persona tibi *falxa moneta* est obtrusa?

Ihxp. Proprie falsa moneta, v. g. plumbea argentum imitans, vel falsae schedae nummariae nullo pacto ab eo qui eas ex ignorantia acceperit, iterum expendi possunt. Furtum quod pateris nullam tibi licentiam dat furandi. Si vero moneta agitur vera sed quae legali cursu sit privata, videndum est utrum necne *ile facto* dari et accipi consueverit. Si, de facto, communiter recipiatur, eam expendere licebit.

Is autem qui monetam non receptam dederit, quamvis malo egerit, saepe tamen a restitutione excusabitur, quia de damno illato non constabit. Alter enim quam pecuniam acceperit iam forte expendit. Nullo pacto autem suadendum est ut monetae adulterinae dono dentur mendicis : sic tacite ad fraudes invitarentur.

VIII. *De Locatione-Conductione.*

Post contractum venditionis, tractatio contractus locati-conducti, qno mere pretium usus pro pretio substantiae petitur et solvitur, diu satis expedita fuit. Verum recens quaestiones, ut aiunt, sociales, sive de pactionibus inter magistrum operarum et opifices, sive de ipsa plebis habitatione, rem fecerunt valde implexam, quam paucis tantum attingere in hoc opere licebit.

J. — Notio generalis.

479. — Definitio. Locatio-conductio est *contractus consensualis, synallagmaticus, quo quis, pro certo pretio, quasdam rei rei personae utilitates per certum tempus promittit.*

Solo consensu perficitur, quamvis, in foro externo, eius probatio non qualibet ratione semper fieri permittatur.

Distinguitur locatio *rerum* et locatio *operum* vel *operarum.* His posterioribus vocibus,quibus duas species statim designamus, utimur ne, quod hodie invisum foret, locationi rerum locationem personarum iuxtaponere cogeremur.

/>. — De Locatione rerum.

480. - 1. Notio. *Locatio rei,* sive immobilis sive mobilis, dici potest *venditio utilitatis;* cui regulae venditionis rerum aptantur, si quasdam iuris positivi sanctiones excipias.

II. Mutuae obligationes. *Locator* edicere debet ut conductor re locata, toto conductionis tempore, in bono statu, cum utilitate et commodis quae habebat dum pactio facta est. pacifice uti possit. *Evictionem* et *vitia,* saltem occulta, praestat. Minores reparationes conductori, maiores locatori incumbere solent.

Conductor more boni patris familias re locata uti debet et in eum usum in (piem fuit destinata. Praestat rei custodiam. Suo tempore pretium solvere et pactis stare debet. Interitu rei. saltem si tota perierit, non autem, per se. morte partium contractus dissolvitur. Verum quid iura positiva statuant observandum est.

II. De contractu isto varia theologo morali utiliter atten duntur.

1. Locatio rei. quamvis, in iure *Italico* et *Gallico,* nullum ius in re conferat, nihilominus, legis dispositioni conductori tribuit *ius utendi independent* a persona in cuius dominium res venerit. I. e. successores, etiam qui titulo particulari partibus succedunt, pactionem antea factam exsequi debent.

2. De *tempore ad quod* res locatur haec notentur. Tam iure canonico (piam non uno iure civili, locatio ultra novennium simplicem administrationem excedit (cf. can. 1541. §2. 3°: art. 1572 ('od. *Italici').* — Leges non raro tempus maximum statuunt nitra (piod vel quaedam res vel servitia personalia promitti nequeant.

Sic, iure *Italico,* pacta de colendis campis incultis ad centum annos fieri permittuntur ; res \ ero immobiles per se in tempus maius triginta annis locari non possunt. Domus tamen ad vitam conductoris et duos praeterea annos locari possunt. — Locatio autem ad novem annos non raro ita tit ut tertio et sexto anno integrum partibus fiat a contractu resilire, modo in tentio tempestivo intimata fuerit. .Secus, adveniente die, contractus re ipsa continuat. — Si nulla dios statuta sit, natura rerum et consuetudines observandae erunt ut notum fiat ad quem terminum locatio protrahatur. Stipulatio tacitae renovationis contractus, si voluntas contraria non fuerit, quodam tempore ante diem *ad quem* manifestata, omnino admittitur. Immo. si conductor non fuerit de relinquenda re monitus, usumque pacifice continuat, tacita censebitur facta nova conductio, iisdem, quibus ante, legibus, non tamen per se ad idem tempus, sed potius quasi sine die. Sic in iure *Italico* art. 1592. 1593, statuitur.

lura positiva interroganda sunt do facultate quam habeat locator rem conductam altori locandi; et de tributis quae ab utraque parte ferenda sint.

3. Non potest colonus vel inquilinus, pro libitu, consuetam rei immobilis *destinationem mutare :* ut si praedium in agrum vel

tabernam in domum privatam convertere velit. Sed utriusque partis consensus est necessarius.

4. Si ipse comi netor, assent iente domino negotium inceperit, et sic paulatim procuraverit ut emptores certarum rerum illuc se conferrent, inclinant hodiernae leges ut cum, adventante die digrediatur, ius obtineat cuiusdam compensationis, pro va lore qui industria sua rei conductae accreverit. Ius istud dicitur agnitio *proprietatis commercialis,* quam cum sic dicta proprietate litteraria, artistica, comparamus.

5. ‹'um saepius iam eveniat nt plures inquilini, varias partes eiusdem domus habitent, lit ut praesumptione interdum satis arbitraria, lex definiat obligationem praestandi casum incendii inquilinis communem. Sic in iure *Italico* et *Gallico,* (Cf. Cod. *Italici* art. 1589. 1590; *Gallici* 1733. 1734 ut 5 ian. 1883 correctus est.)

Si domus *assecurata* fuerit, qui rem assecuravit et dominum fecit indemnem, succedit in eius iura contra eos qui damno causam dederint.

6. Plures leges solent domino rei immobilis concedere *pignus legale* in mobilia quae inquilinus in rem conductam intulerit. Ita lit ut venditor mercium non possit, sine assensu domini, recuperare merces quas tabernario vendendas commiserat.

7. Cum *locatio agri* aliquid aleae contineat, nulla propter insuetam sterilitatem, ex stricta iustitia, remissio pretii conductori deberetur; aliquam tamen ex aequitate concedere leges solent. Cfr. art. 1769. 1770 Cod. *Gallici.*

Frequens est in Italia usus locandi fundos rusticos ea lege nt fructus inter locatorem et conductorem dividantur *(mczzadria, manneria, colonia).* De qua pactione cf. Cod. art. 1647-1661. Speciales quoque pactiones solent fieri ‹le locandis armentis vel gregibus *(locazionc a noccida o noccio).* Cf. art. 1665-1696.

8. Si *incrementa rerum omnem exspectationem exsuperent.* ita ut pretium locationis omnino fiat, et quidem magna quantitate, infra iustum, praesertim si solvatur moneta ficticia, ipsa iustitia et principia de insto pretio exigere videntur ut colonus aequa proportione promissam a se pensionem adaugeat.

9. *Cum* in pluribus civitatibus, *habitacula difficile reperiren-tin',* in non una natione leges latae sunt quae locatores impedirent ne conductores expellerent, vel pretia ultra quandam quantitatem augerent. Quae leges non paucos habuere obtrectatores et reprehensores, ita ut de ipsa legum iustitia dubitatum sit. Quia tamen res istae solent esse valde obscurae et leges recta

intentione promulgatae sunt, inquilini quibus favent iis stare pos. sunt, nec locatoribus ius occultae compensationis adesse videtur. Praesumptio est pro legislatore. Haec querelis non destruitur.

('. — Locatio operis.

481. — I. Notio. *Locatione operis conjiciendum opus directe promittitur.*

Qui vero, pro certo pretio, opus perficiendum suscipit est *conductin'* (seu *redemptor, susceptor, appaltatore, entrepreneur)* operis, quod altera pars *locare* censetur.

Leges positivae distinguere solent contractum *recturae,* contractum perficiendi opus *c.r materia* quam *locator* suppeditaverit, et contractum perficiendi opus et simul *subministrandi* necessariam *materiam.*

Cum agitur de vecturis, solent satis severe urgere obligationem quam habet Susceptor talis negotii bene custodiendi res sibi commissas et prospiciendi earum integritati.

Conductores operis facta operariorum quibus utuntur praestant.

II. Mutuae obligationes. 1. *Conductor* integrum opus, intra constitutum tempus, statuto pretio, etiam, per se. si materia et operae cariores evaserint, sicut promiserat, conficere debet, et quidem propriis operis, si opus peritiam requirat.

2. *Locator* opus confectum recipere et promissum pretium die statuta solvere debet.

Quid, si conductor (seu redemptor operis) de damnosa sibi pactione conqueratur ?

Ipsi non facile credi debet. Impendia tamen extraordinaria, quae ex casu plane inexspectato facienda fuerunt, ipsi compen sanda sunt. Pleraeque leges: ('<>×1. *Italicus,* 1643; *trailicus.* 1793; *Lrasiliensis,* 1246; *Lusitanus,* 1401; *Hispanicus,* 1593, expresse statuunt propter incrementa rerum et salariorum vel etiam praetextu *mutationum,* de quibus non fuerit facta scripta pactio, nullum pretii supplementum conductori solvendum esse. *Helveticus* tamen Codex Obi. 373 admittit ut propter non praevisa adiuncta index aequam compensationem statuat vel rescissionem contractus permittat.

Si autem *erronea* computatio facta fuerit, ita ut nullus pro pretio convento rem perficere potuisset, et res valorem suffieien-

tern habeat pro domino cui opus conficitur, pretium conventum videtur ita augeri debere ut conductor saltem infimum iustuin percipiat. Non nulli tamen isti aequae solutioni aleatoriam contractus naturam opponunt, quo strictum ius compensationis excludi videatur.

Potius distinxerim inter errorem materialem qui circa praesentia elementa versetur, ut puta de mensura aedificii, de praesenti rerum pretio, et errorem praevisionis de elementis futuris. Priora, non vero posteriora, videntur aleae esse extrinseca.

III. Specialia notanda. 1. Plures Codices morte conductoris contractum dissolvunt, ita ut locator tantum pro rata solvero debeat quod ipsi incoepto opere utile sit. Sic Cod. *Italiens,* 1642; *Gallicus,* 1795. 1796; *Lutitantis,* 1403; *Helveticus,* 379; *Ncerlandicus,* 1648; dum melius, nostra sententia, Cod. *Aiistriaeus,* 1162; *Hispanicus,* 1595, id statuunt tantum quando peritia personalis requirebatur.

2. Non paucae leges permittunt ut locator operi renuntiet, dummodo impensas retundat et solvat conductori quantum intersit (proin etiam lucrum cessans). Cf. Cod. *Italicum,* 1641; *Gallicum,* 1794 ; *Brasiliensem,* 1247; *Hispanicum,* 1591; *Neerlandicuni,* 1647; *Lusitanum,* 1102. De modo computandi quod intersit, cf. *Brasiliensem* Cod. art. c. et *Germanicum,* 649.

3. Redemptores aedificii secundum plures leges, debent securitatem qualitatis per plures annos praestare: per decem, ex Cod. *Italico,* 1611; *liai, liro,* 1792; *Neerlandico,* 1615; *Hispanico,* 1591; per quinque annos, ex Cod- *Brasiliensi,* 1245; *Lusitano,* 1399.

4. Ab aliquot annis utiliter statutum est, ut in operum redemptionibus stipulatio congruae mercedis infimae operariis solvendae statueretur. — Do pactionibus inter operum redemptores cf. supra, n. 472, 4.

5. In ipsis magnis officinis, et in exercendis venis carbonariis, fit ut partiales quaedam locationes operis operariis offerantur.

6. Hic per se etiam de advocatis, medicis et aliis qui utilem operam promittere solent dicendum foret. Codex *A u,striacus* eos in § 1163 commemorat; in § autem 1164-1171, iuridicas auctoris et editoris relationes definit. De advocatis et medicis commodius in capite de muneribus agetur.

/>. — De Locatione operarum.

482.— Generalis conspectus argumenti. Civilis Codex *Galliae,* locationi operarum duos solos articulos deputabat: altero, 1780,principium libertatis sanciebat: « Solum ad tempus vel pro negotio definito, operae promitti possunt», dum minime prohi-

bebat quin conductor seu erus se obligaret ad operarium vel famulum per totam vitam servandum. Altero articulo. 1781, fidem adhibendam dicebat eri seu domini assertioni de mercedis quantitate, de solutione mercedis anni superioris, et de partialibus solutionibus anni currentis. — Posterior iste articulus deinceps in Gallia et alibi suppressus est, ita ut totum istud negotium uno articulo in Cod. *Italico,* 1628; in *Gallico,* 1780; quattuor vero articulis in Codice *ll ispanico* (1583-1587) et *Argentin»* (1623-1626) contineretur. Mox autem Legislator diligentius de operis locandisconducendis statuere debuit. Plures leges, *sociales* ut aiunt, ad Codices accesserunt; vel, sic in *Holla/ndia* lege 13 iul. 1907. novae sanctiones in ipsum Codicem insertae sunt, ita ut non minus quam 77 ampli articuli cum nova sectione Codici additi sint. In Codice *Germaniae* locationi operarum *(Diensi rertrag)* art. 611-630. deputatur proprius titulus quem excipit titulus *Werkrertrag* (631-651) qui de promisso opere seu de locatione operis agit. *Helveticus* Codex obi. ipse distinguit *Dienstvcrlrag* (319-362). *Werkverlrag* (363-379) et *Verlagsvertrag* (380-393) de editione librorum. *Brasiliensis* Codex, sub generali titulo de locatione, distinguit locationem *rerum* (1188-1215); locationem *operarum.* 1216-1236; locationem operis (1237-1247), quam susceptionem operis vocat. Capitibus autem separatis agit de editione operum scientificorum, litterariorum, etc. (c. 9, art. 1346-1358); et de seeniea exhibitione (c. 10. art. 1359-1362). *Mexicanus* vero distinguit praestationem servitiorum professionalium quam art. 2406-2415 et dispositionibus de mandato regit, et contractum de operis vel de opere. Operas distinguit domesticas (2434-2457), diurnas (2458-2468): ab opere faciendo in genere (2469-2509), separat vecturas (2510-2531). institutionem teclinicam (2532-2539) et hospitium (25 io 2544).

De quibus legibus *haec observanda sunt.* Dum Codices non nulli commune nomen locationis-conductionis conservant, alii, melius, isto nomine abstinent, cum diversi contractus de operibus fieri possint. Alii Codices magis confuse de omni genere operum et operarum agunt, dum alii, melius, varia genera accuratius distinguunt. Cum iure *Romano* alii, v. g. *Mexicanus* Codex, otlieia nobilioris rationis specialibus normis subdunt, alii. v. g. Codex *Germanicus* et magis explicite *Brasiliensis* omnia communiter considerant.

483 — Varia ratio contrahendi de operibus. Variis modis una pars operam suam, retributionem operae altera libere promittere potest. Etenim :

1. Fieri potest pactio sui generis, magis *familiaris* seu *personalis,* qua persona modo generali operas condicioni et capacitati suae consentaneas promittit, quatenus in familiam adsciscitur alterius qui priori necessaria et convenientia personae et familiae directe providet. Pecunia, si suppletur, talis esse censetur quae permittat ut nunc, attento victu, tecto et rebus suppeditatis; postea vero, supposita sufficienti operositate, persona ista secundum statum suum cum suis vitam agere possit. Γη tali casu, qui operas praestat se sub alterius ductu ponit, alter autem seu erus necessitatibus famuli prout sunt in concreto prospicit. Proin pro varia valetudine, numero filiorum, si agitur de personis nuptis, ista provida sollicitudo variabit. Vi huiusinodi contractus, personae omnis cultus socialis apud reges et principes hospitabantur, et simile relationum genus adhuc non est infrequens inter famulos domesticos et caput familias.

2. Potest, sine stricta commutatione, promitti *stipendium congruentis sustentationis,* quod ad communes necessitates illius qui operas promittit exigatur. Quae necessitates variant pro loco quem, ex genere operarum, pollicitator in societate obtinet. Id potissimum usu venit cum utilitas praestita oeconomicum ordinem transcendit.

3. Potest inter operarios et magistros operarum quaedam societas iniri sive *completa* sivi *incompleta ;* sive *manifesta,* sive in ipsa mercede *latens,* Completa est societas, quando omnia hiera pro rata contributionis, inter operarios et magistros dividuntur; incompleta est. si operarii mere ad quandam lucri communionem, arbitrarie statutam, admittuntur. Manifesta est. ubi quid quisque recepturus sit ex considerato negotii eventu definiatur, praesertim si ab ipsis operariis quidpiain supplendum sit cum res secus acciderint. Salario autem societas obtegitur, si merces quidem stabilis operariis promittitur sed quae in antecessum ex adiunctis ipsius negotii cui operam dant prudenter aestimetur. Tunc operario socio duplex securitas praestatur: solutione summae stutae eripitur periculo amittendi quasi sortem suam *(capitale-lavoro'),* et pro lucro incerto, minus sed certum percipit. Ambo vero haec in salario iam definito computata sunt.

Demum, ratione contrahentium, iam distinguere oportet contractus *singulares* et contractus *collectivos.* qui inter magistros

operarum et collegium opificum deliberantur et conveniunt, ita ut immediata obligatio in personam moralem cadat.

In praesenti, de sola locatione-conductione agimus ; et cum antea de aliis mutuis operariorum et magistrorum officiis et de ipsis operistitiis egerimus (cf. n. 329-334). satis nobis erit normas iustae mercedis paucis adumbrare.

484. — De iusto pretio locatarum operarum. 1. *Xotio contractus.* Hac pactione, operarius operas suas *locat* ait ri (pii eas stricte *conducit:* quod antiquissimi usus comprobarunt, et proin dignitati humanae non adversari demonstratur. Quamquam contractus cuiuspiam societatis eidem dignitati magis consulit, cum tiat inter personas quae, etiam post contractum, agunt ut aequales.

2. *Mercedis aestimatio, a)* Istud in primis tenendum est. Justitia commutativa hoc vult et simul nihil plus exigit (piam ut valor laboris pretio compensetur. Qui valor, cum non variet pro persona laborante, aequali compensatione dignus est. sive de viro caelibe sive de patre familias agatur. — /›) Verum divina Providentia hunc labori valorem minimum intrinsecum tribuit quo tini cui per se destinatur plerumque sufficiat. Qui finis est ut homo validus et communi peritia praeditus possit, secundum condicionem suam, decenter vivere et suo tempore familiam fundare. Quare ille valor per se ab operarum conductore compensandus est. Atque ex ratione allata, debitum iustitiae commutativae demonstratur.

Quidam tamen solam iustitiae legalis obligationem appelhint. Verum hi confusa istius iustitiae notione laborant. Cum enim iustitia legalis actus urgeat virtutis specialis, haec in casu. esse non poterit nisi iustitia commutativa. quod asserimus, vel caritas, quod nimis parum esse satis constat.

Ipse autem *ralor intrinsecus* habet ne causam suam *proa imam* in necessitatibus patris familias? Sunt qui hoc modo ratiocinantur. Sed nonne istae necessitates commutationi (piae Iit inter laborem et pretium manifesto extrinsecae demonstrantur ? Nonne tunc, pro debito obiectivae rationis succedet logice debitum subieetivae aestimationis, quod pro numero filiorum et aliis adiunctis variabit? Nonne tunc magistri operarum intererit ut potius eaelibes aut operarios sine prole conducat Î

Haec omnia autem vitantur, si mere in communi operariorum condicione *indicium* videris veri valoris laboris humani. Sci-

licet sicut, per se sufficiente ad alendos infantes copia lactis ubera matris implevit, Providentia divina eam dedit labori humano fertilitatem, ut operarius viribus suis bene utens, sibi suisque in adiunctis normalibus providere posset. Hanc ingenitam fertilitatem operarius cedit dum operas locat. Hanc ipsi compensare debet magister officinae, solvendo salarium quod, computata fructuosa opera uxoris et filiorum grandiusculorum et ante seposita parsimonia, operario et familiae ordinariae ad honestam sustentationem qptis esset.

Ordinariam autem familiam, non eam vocamus quam artes neo-malthusianae ad unam vel alteram prolem reduxerint, sed ea est ordinaria familia quam ex observatis legibus matrimonii opifex, in definita regione, plerumque alendam haberet. Uniusmodi familiae alendae, sive adsit sive non, salarium impar esse in adiunctis normalibus non potest.

c) Itaque salarium iustum quo, in adiunctis normalibus, operae ex iustitia compensandae sunt componitur *salario familiari absoluto* et praeterea *quantitate quae secundum communem aestimationem addenda est.* attenta generali rerum prosperitate.

485. — Quaeres quid putandum sit de supplementariis peculiis quae patribus familias promittuntur. Quonam titulo solvendae sunt?

1. Provisio ista hodie sociali utilitate, immo sociali necessitate, summopere commendanda est. Ipsa autem utilitas vel necessitas socialis fontem non adeo nobilem et felicem habet. Cohaeret enim cum generali et usque crescente propensione imputandi Statui vel collectivae sollicitudini onera quae antea singuli libenter ac non sine aliqua gloria assumebant, et exigendi mercedem pecuniariam pro omni praestito beneficio. Fructus est quoque, saltem indirecte, propagationis neo-malthusianae. Haec enim multiplicavit operarios caelibes vel sine prole. Et cum ex egoisticis studiis delectationum materialium manaret, operarii, nobiliore sollicitudine liberati, lautius vivere coeperunt et generalem efficere modum vivendi quem patres familias imitari non possent. Hinc patres familias despectui et irrisioni haberi coepti sunt. Hinc ipsae artes neo-malthusianae adauctae sunt. Hinc fecunditas. quae ipsis litteris sacris celebratur, non iam ut benedictio et causa nobilis laetitiae sed ut ingrati oneris impositio magis magisque aestimata est. Gravibus istis malis socialibus

arcae constitutae ad subsidia familiaria tribuenda, ex parte mederi cogitant: quod sane maxime, laudandum est.

2. Quod ad titulum quo solvuntur, *Legislator* quidem, propter bonum publicum, statuere potest ut ex summa salariorum reservetur sufficiens portio qua familiis magis numerosis congrua alimenta non desiderentur. Tunc maxime id potest quando, nt hodie, caelibatus multorum vel violatio legum matrimonialium, occasio fuerunt cur coeperint opifices non pauci vitam nimis lautam agere, et irridere patres familias quibus luxus iste non est pervius.

Seclusa lege positiva, non potest officinator ex insta mercede aliorum quidpiam subtrahere ut det patribus familias. Sed, cum nullo modo cogatur operarios in societatem lucri admittere, possit ex lucris perceptis alere areas quibus subsidia familiaria rependantur.

Itaque, per se seu citra pactionem, institutio subsidiorum familiarium non iustitiae sed caritatis et interdum aequitatis lege regitur. Fit autem debitum iustitiae commutativae si. quod optandum est, ingreditur pacta quae sive collectiva sive singulari ratione cum operariis conveniunt.

+86. — Corollaria et scholia.

1. Qui sine iusta causa famulum vel operarium ante diem statutam dimiserit, tenetur damnis, aestimandis plerumque ex eo utrum necne aeque boni famulatus occasio adfuerit. Quando autem sine cuiuspiam culpa exsecutio contractus abrumpitur, res cx aequitate et usibus receptis aestimanda est.

2. Iniustus quoque per se est operarius qui ante diem operas praestare omittat. Verum, cum ipsa pactionum obligatio intra rationabiles limites contineatur. nimia exsecutionis difficultate excusatur operarius quando plerique operas ex condicto interrumpunt.

Ac fieri potest ut particulares obligationes inter magistrum operarum et operarium susceptae tacitam sibi annexam ferant condicionem : nisi collectiva sive operariorum sive officinatorum demonstratio exsecutionem impediat.

3. Nisi quaedam societatis ratio intervenerit, salaria non ex stricta iustitia sed ex sola aequitate, propter extraordinarium operis lucrum augenda sunt.

I. Sine *iniiutitia,* non possis mercedem infra iustam intimam deprimere, eo quod velis viliore rerum pretio de aemulis triumphare, vel eo quod in machinis comparandis, in exstruenda officina, plus aliis impendere debueris; vol quia ex caritate miseros operarios conduxeris, dummodo hi tibi utilem

operam navent. Verum, iustitiam non offenderis minoris mercedis promissione, si operarii vel famuli, ex caritate assumpti, tibi ex parte saltem superfluam operam praestent ; vel si secus moderatam proprii laboris retributionem obtinere nequeas: te enim aliis praeferre licebit. Fit quoque ut operarii qui iam aliunde congruos reditus habent hos, locando operas extra tempus, aliquando augere studeant, ideoquo operas offerant stipendio quod insto minus est. Spontaneam eorum oblationem, vel *liberam* acceptationem recusare non cogeris.

Omnia autem onera specialia, praetor laborem, congruo retributionis augmento compensanda sunt,

Mimis quoque salarium rependi potent, si defectus ille aliis condicionibus compensetur: ut· in famulis domesticis contingere saepe solet.

5. Ratio contractus de operis conducendis et locandis, continuis mutationibus ordinis socialis subioitur. Sic iam minus in potestate oilicinatonun positum est ut, etiam adventante die. operarium arbitraria voluntate dimittere possint.

6. Non minus quam ordinis plebei, patribus familias medii ordinis consulendum est. Immo ab aliquot annis eorum condicio peior et molestior facta est quam sors operariorum mechanicorum.

IX. *De Societate.*

487. — L Notiones. Societas (contractus) genitaliter definiri potest *contractus quo duo rei plures se obligant ad finem quempiam communi opera consectandum.* Finis tunc esse potest, oeconomicus vel ordinem oeconomicum transcendens.

Verum in iure latino nomen societatis ad conspirationes in quibus finis oeconomicus seu utilitas pecuniaria intervenit reservare consueverunt. Societates (piat finem immediatum habent pietatis, religionis, aut etiam, ut plures volunt, voluptatis (v. g. ad ludos quosdam exercendos) iuridice non sunt societates sed dicuntur potius *associationes,* et pactiones quibus locum dant ad contractus innominatos referuntur. Iuridice, itaque, satis communiter :

Societas (contractus) est *contractus consensualis synallagmaticus, quo duo vel plures se obligant ad rem vel operam conferendam in communionem usus vel principaliter lucri.*

In communionem *usus,* ut si plures coloni conveniant de communi usu equorum vel machinae.

In communionem *lucri,* (piando simul negotium lucrativum exercere proponunt. Tunc singuli quidpiam contribuunt seu in communi ponunt, sive industriam, sive pecuniam, sive aliam rem,

sive creditum, sive ipsum nomen, sub spe lucri quod inter socios partiendum erit.

488. — II. Divisiones. 1. Pro *caria comprehensione*, distinguitur societas *universalis* vel *particularis*, prout (piandam sive rerum sive operarum universalitatem, vel certa tantum negotia complectitur.

2. Pro *genere actuum* distinguitur *mercatoria* et *civilis*.

Mercatoria ad actus qui negotiatorii perhibentur, civilis ad alius generis actus principaliter initur et socios inii nite obligat.

Mercatoriae proprio Codice mercatorio, vel peculiaribus legibus, civiles Codice civili regi consueverunt. In iure *Italico* ('t *Gallico*, societates civiles non sunt personae iuridicae nisi, ubi copia habeatur, formam societatis mercatoriae induerint.

3. Pro *varia sponsione* seu *patrimonii obligatione* societates *mercatoriae* ita constituuntur ut vel omnes socii patrimonium infinite et in solidum obligent: societas ista in iure *Italico* et *Gallico* vocatur *in nome collettico, en nom collectif;* vel quidam infinite obligantur, dum alii certam tantum vim pecuniae committunt: haec iure *Italico* et *Gallico* vocatur *in accomandita, en commandite;* infinite obligantur *accomandatarii, commandité* (unus vel plures), intra limites tantum contributae pecuniae, *aceomandanti, commanditaires;* vel nullus socius infinite obligatur: haec est societas *anonyma*, Regula enim est iuris Italici et Gallici, ut socii quorum nomina in titulo sociali exprimuntur obligentur in infinitum. Societas anonyma peculiari quadam denominatione (ut puta *Fiat)* designatur (cf. Cod. commere. *Ital.* 76, *Gall.* 19).

In *Anglia*, practice omnes societates socios non infinite obligant *(limited liability);* in *partnerships* tamen *General partners* infinite. *Limited partners* pro contributione obligantur.

In *I* . 6'. .1. societates ad quattuor genera ascribuntur: *('or parafions* (personae morales quae publica auctoritate creantur), *unincorporated associations*, (pine non sunt personae iuridicae. *partnership*, quae similis est nostrae societatis nomine *collectieo* agentis, et *joint-stock company*, quae quodammodo intermedia est inter *corporations* et *partnerships*.

4. Pro *ratione eum tertiis* potest esse *manifesta* vel *occulta*.

Sub alio respectu, societas distinguitur *cooperatiea*. quae has notas proprias habet, ut salvo societatis pacto, numerus sociorum ct capitale mutentur (v. g. pro capitali stabili indicatur capitale

minimum), iura autem extraneis cedi nequeant. (Cf. Cod. couunerc. *Italicum,* art. 219 ss.).

Demum qui partem capitalis habet dicitur *actionarius* (azionista), qui mere mutuam pecuniam dedit dicitur *obligatorius*. Quare actiones inter societatis bona *(actif, avoir social),* obligationes inter debita *(passif)* computantur.

E lege positiva et e pactione colligendum est quaenam iura in administrandis rebus communibus singulis sociis competant, et quinam societatem obligare possint.

Quamvis vario nomine utantur, iura positiva satis inter se concordant. Dc notione societatis, qualis in Codicibus civilibus traditur, id observandum occurrit. Dum ibérique Codices, *Gallicum* (1832) imitantes, intentionem utilitatis pretio aestimabilis, ut essentialem ponunt (sic *Argentina#,* 1648 ; *Hispanicus,* 1665; *Italicus,* 1697; *Lusitanus,* 1210; *Mcxicanus,* 2219; *Necrlandicus,* 1655); non nulli Codices recentiores, generaliore ratione, mero aliquem tincni communem nt obiectuni societatis indicant. Sic Codex *Germanicus,* 705; *Helveticus,* 530; *Brasiliensis,* 1363.

489. — Regula iustitiae est aequalitas, hic definienda (seclusa donandi intentione) ex geometrica proportione inter contributiones et lucra. Per se commune est periculum. Sed,*stando iure naturae,* potest socius se onere isto liberare, dummodo ex maiore contributione vel minore lucri parte inaequalitatem compenset. Quomodo lucium aeque dividatur, id communi aestimationi et prudentum arbitrio linquendum est, cavendo ut pactio libere facta sit. Nihil repugnat quin contributo labori sicut contributae pecuniae pars lucri obtingat. Societas *leonina,* qua solidum lucrum uni ex sociis addicitur, iniusta est et nulla.

Quando nihil aliud delinitur, partes aequales inter socios fieri consueverunt.

Dc aequalitate in dividendo lucro et damno, satis fuse agit LUGO, *lust.* ‹l. 30, u. 10 ss. Cum res istae sint in morali existimatione, consentiunt auctores difficile damnari posse partitionem quae libere convenerit ; dummodo tamen, ait o'Annibale, 11, 175 (13), seclusa intentione beneficentiae, unusquisque, si res bene cesserit, saltem pretium quod rem vel operam locando obtinuisset, percipere possit.

Verum in magnis incoeptis pauci res arbitrio suo constituunt, dum plerique ipsas societatis condiciones ignorant. 1'1 ures igitur occasiones ditescendi sine causa vel ultra causa emeritum offeruntur hominibus parum timoratae conscientiae.

Quam multa iniuste liant quis dicere poterit? Saltem inculcemus principium istud universale, ius lucri ad valorem contributionis attemperandum esse ; nec nomine ideo dato, vel aliis modis apertis vel dissimulatis commendari honeste posse societates quarum sors vel cognoscitur labilis vel simpliciter ignoratur.

X. *Dc Mandato et Negotiorum gestione.*

490. — I. Mandatum *est contractus consensualis quo alteri id suscipienti aliquid gerendum committitur* (art. 17<S7 Cod. Ita).·. — Differt a *procuratione,* qua mere facultas alicui fit aliquid pro altero faciendi. — Est *per se* gratuitum. Promissa mercede, differt a locatione operis, eo quod mandatarius agit pro altero. Mandatum semper revocari potest; sed valide agit mandatarius qui finem mandati ignoraverit. Cessat quoque alterutrius morte vel interdicto.

Quia mandatarius non agit proprio nomine, iuridica capacitas, quam habere deberet ut nomine proprio contraheret in eo non requiritur. Sic minor mandatarius esse potest (cf. ('OLIK et Capitant, II, 710).

491.— IT. Negotiorum gestio est veluti praesumptio mandati, qua (piis utiliter suscipit gerenda negotia alterius qui nec verbo expresse nec tacite, silentio mandatum dare visus est. Dominus, cuius opera utiliter gesta est, impensas necessarias vel utiles refundere debet et rite factas pactiones servare : et. probabilius, ex iure naturae congrua mercede laborem agentis compensare. Iura positiva adeunda sunt.

Ratihabitatio, qua quis probat quod alter pro se fecit, mandato, in iure, aequivalet.

XI. *De Deposito et Sequestro.*

+92. — I. Notio. 1. Non omnis qui rem quampiam niteri custodiendam tradit proprie contractum depositi facere intendit. Potest enim, fisus probitate et prudentia alterius, mere materialiter rem alteri committere sine ulla huius peculiari obligatione praeter eam quam omnis homo habet non furandi. Uniusmodi depositum ipse religiosus acceptaro potest, illaeso paupertatis voto; dum contractus depositi, sine facultate Superioris non videtur valide vel licite a religioso celebrari posse. Controvertitur tamen num acceptatio depositi voto paupertatis adversetur. Id atlirmat Molina, Dc Contractibus, d. 525,n. 3, propter susceptam obligationem. dum G£n'liot-Salsmans, 11, 93, partes negativas probabiles habet, quia depositarius « nullum actum dominii in rem depositam exercet ». Magis efficax arbitramur argumentum Molinae, qnod ratione Gknicot minime attingitur.

I. Contractus depositi est *contractus realis quo alter rem pretio aestimabilem custodiendam tradit alteri qui se obligat ad*

eam custodiendam earnque in propria specie restituendam, (’f. Cod. *Italicum* art. 1835 j *Gallicum,* 1915.

IT. Distinguitur 1. depositum *voluntarium* et depositum *necessarium,* quod non praeviso eventu quis facere cogitur. Vocatur interdum *miserabile.* Onus probationis pro hoc deposito levatur.

Ad depositum necessarium accedit depositum quod viatores apud publicos hospites facere censentur rerum quas secum tulerunt. Hospites simul has res habent oppigneratas, et securitatem de earum integra restitutione praebere debent. Earum obligatio tamen temperatur vel condicionibus quibusdam snbicitur si nimiae pecuniae afferantur.

2. Depositum esse potest rei ordinariae, vel rei *litigiosae.* Sequestratio est species depositi, *quo res litigiosa, sice privata competitorum voluntate sive iudicis auctoritate tertiae cuipiam personae, quae ipsa sequester appellatur, custodienda committitur.*

III. Obligationes. Depositarius rem diligenter custodire debet. Ex sola expressa vel saltem praesumpta deponentis voluntate re deposita uti potest. Si usus rei eonsumptibilis permittitur, depositum vocatur *irregulare,* et sola facultate quam dominus habet rem ad nutum repetendi differt a *mutuo.* Liquet rem domino petenti restituendam esse. Atque a sensu cuiuspiam perfectioris honestatis alienum videtur ut quis se ex re deposita compenset. Stricta tamen prohibitio iuris naturalis non demonstratur. Iura positiva id solum concedere solent, ut depositarius ius retentionis exerceat ad ea obtinenda quae deponens per occasionem rei depositae ipsi solvere debeat.

XII. *De .4ssecuratione.*

493. — Notio. I. Assecuratio est *contractus aleatorius quo quis, ob certum pretium, se obligat ad praestandum alteri casus quosdam fortuitos vel praevalentis vis.*

l ypis impressa formula quae ineunda hac pactione adhiberi consuevit italic·· vocatur *polizza,* gallice, *police d’assurances;* pecunia post stata intervalla solvenda pro assecuratione, *premio, prime.*

II. Distinguitur: 1. ex maxime vario *eventu* pro quo securitas promittitur : pro casu incendii, grandinis, pestis, naufragii, tuiti, infortunii, senii, aegritudinis, mortis vel etiam vitae ad certam aetatem.

2. Ex *obiecto* assecurato, assecuratio *realis,* sive rerum sive animalium, et *personalis,* seu personarum.

3. Assecuratio personalis alia fit *singulatim,* alia *collective;* alia personae quatenus talis est *nomine,* alia quatenus pertinet ad hanc vel illam classem *socialem :* haec vocatur *socialis:* sir non una habetur assecuratio operariorum.

Specialiter memoranda est assecuratio *vitae* quae, ab Italo argentario Tonti. saec. XVII. eius inventore, dicitur interdum *tontina,* quamvis hac voce certa forma huius assecnrationis magis proprie designetur. Assecuratio vitae huc proprie spectat ut assecurator. pro certis annuis praestationibus, se obliget, accidente cuiuspiam morte, ad definitam summam solvendam vel heredibus (quorum egestati sic consulitur) vel alii designatae per sonae. Fit interdum pactio contraria ratione, ut assecurator sum main debeat si definita persona aetatem v. g. 18 annorum attigerit; et non raro utraque ratio miscetur: *assecuratio mixta.* Frequentantur quoque minores assecurationes quibus mere promittuntur *sumptus funebres.*

Eiusdem generis sunt assecurationes aegritudinum. Ac potius quam cum extraneis pactio fiat, societates plures exercent assecurationem mutuam, ut iidem qui assecurati, sint assecuratores *(Societa di mutuo soccorso, Mutualità contre Γincendio,* etc.).

Nomine *rcassecurationis* venit quasi secunda assecuratio. qua vel ipsae societatesassecnrationis, foederatione vel maiore socie tate. sibi cavent a necessitate nimiae pecuniae dandae pro magnis infortuniis, v. g. pro naufragiis, vel socios suos asseeuratos maiore protectione fovent a foederatis societatibus promissa. Ita v. g. societas suppetiarum mutuarum, aegrotis operariis per aliquot dies diurnum salarium vel cius quotam partem solvunt. Si autem ultra certum tempus morbus perseveraverit, foederatio societatum iisdem providere solet. Keasseciiratio est igitur altera assecuratio vel societatum vel personarum quae assecuratae sunt.

494. — Normae. 1. Iustitia contractus *postulat : a)* eventum incertum aut saltem ab utraque parte ignoratum ; *Iή* iustum pretium. ita ut pensio solvenda periculo respondeat, habita ratione expensarum. Pretium legibus, moribus, arbitrio prudent um taxatur.

Ubi nullum est monopolium legale, nimium fuisse pretium, difficile constabit. Sed bene constitutis societatibus mutuis, non modicis sumptibus parcitur.

2. Ab *iniustis fraudibus* abstinendum est. «.) Si *assecurator* non sit solvendo, pretium non poterit retinere nisi prorata parte quam securam fecerit. —*b)* A.*886curatus* integrum periculum declarare debet, quod postea augere vetatur. Sin minus, prout dolus causam dederit ipsi contractui vel mere eius condicionibus, contractus erit iure naturae nullus, vel ad aequitatem erit redigendus, ita ut pro aucto periculo augeatur pretium et minuatur compensationis obligatio. Severior iuris positivi sanctio saltem post sententiam indicis tenebit. —c) Nec potest ultra damnum quod passus est vel extra casus promissos exigere compensationem. Maiorem tamen quam assecurator ultro offerat (interdum ad alliciendum) vel quam arbitri statuant accipere potest. Damna quae oriuntur ex *(/rari culpa* assecurati vel personarum coniunctarum excludi consueverunt : quae gravis culpa, ante indicis sententiam, de theologica accipi posse videtur. Et ita fortasse pactio facta intellegitur ut assecurator culpam demonstrare debeat.

Potestne eadem res bis plene assecurari ? Per se, utique. Sed iura positiva et saepe ipsae contractus stipulationes obstant. Similiter, nisi ipse assecurator in fictionem expresse vel tacite consenserit, assecuratio quantitatis aut valoris maioris quam qui re vera subest, pro vera tantum quantitate vel aestimatione ad summum valet. Si. post factam assecurationein, copia rerum assecuratarum imminuta fuerit, ex expresse vel tacite conventis existimabis quid iuris inde sequatur.

Observes, in partiali rei destructione, ratam tantum partem promissae summae solvi, etiam si damno reficiendo impar fuerit.

Qui *citam* assecurat. morbos declarare debet quatenus id ab assecuratore exigitur. Qui morbum occultum iniuste celaverit ex quo certo brevi moriturus erat, contractum fecit nullum et nihil recipere potest. Qui alios morbos iniuste celaverit, retinere non poterit nisi quod, cognito morbo, pro soluto praemio obtinuisset. Si tamen, contra spem, diutius vixerit, vitium contractus sanatur, « quia implicite renovatur contractus, quoties pretium solvitur et accipitur» TANQUEREY, **III**, 918. De his casibus bene et late GoPFERT, *Moraltheologie,* ‹82, n. 19.

Ob assecurationes quae saepe protegunt ipsum assecuratorem. non tam facile constat quaenam societas ex iniusta fraude v. g. ex voluntario incendio, damnum passa sit. Res gerentibus societatem committi possit. Sunt quoque, sic Leiimk. I. 1359, qui existimant restitutionem pauperibus fieri posse, quia potius in-

numerabiles et incerti actionarii damnum sustineant, cum ipsis ex praevisis fraudibus auctum sit praemium. Aliter tamen rem solvit 8. *Paen itentiaria,* iubens ut societati restituatur.

Contractus assecurationis occasionem dat fraudibus quae numerari nequeunt. Immo assecurationes vitae infantium scelera parunt quibus per leges sociales occurrendum fuit. Honestiores, pro viribus, mores inculcemus, et mutuas assecurationes potius commendemus, sicut, in I lollandia, inter ipsum clerum facta est. Mutua enim assecuratio nullam industrialem negotiationem continet.

Hodiernae plurium regionum leges, sociales assecurationes non tantum procurarunt sed etiam imperarunt, efficientes ut operarii praesertim, pecunia quasi aiitomatica a salariis detracta vel etiam gratis ex aerario assecurarentur. Institutiones huiusmodi.ceterum fortasse necessariae, isto tamen non levi incommodo laborant, quod personalem providentiam, quae ingenium simul et operositatem stimulat et maiora, gaudia praeparare solet, magnam partem enervat, et officiales fiscales ultra modum multiplicat.

XIII. *l)c Sponsione, Ludo et Loteria.*

A. — De Sponsione et Ludo.

495. — I. Ex iure naturae. 1. *Notio sponsionis et condiciones iustitiae. Sponsio* (scommessa, pari) est *contractus in quo duo aut plures, de veritate aut eventu alicuius rei inter se certantes, sibi mutuo aliquid spondent ut eius sit qui veritatem assecutus fuerit.*

Iustitia contractus postulat: a) ut utrique dubius sit eventus, nisi alter monitus obstinate spondere voluerit, contentus possibili alterius asserentis errore; /›) ut *aequalitas* iustitiae servetur : inaequales invertit udines inaequalibus promissionibus sunt compensandae; et si res non mere a fortuna pendeat. ut aequalis sit copia *obiectiva* bene eonieetandi, v. g. considerandi equos concurrentes. Si nota fuerit inaequalitas parti spondenti, videndum est utrum necne valere possit istud: scienti et consentienti non lit iniiiria.

2. *Notio ludi et condiciones iustitiae.* Ludus est *contractus quo ludentes inter se paciscuntur ut vincenti cedat quod uterque deposuit vel exposuit.*

Distinguitur *aleatorius, industrialis, mixtus,* prout fortuna vel ars potissimas aut moraliter aequales partes habeant in confe-

rendu victoria. *Potissimas* partes, inquam, quia fere semper quidpiam utrique causae tribuendum est.

Iustitia contractus postulat ut *libere* ineatur, et servetur *aequalitas.*

l'otestne peritior cum longe minus perito certare, sine inaequalitatis compensatione.' Res controvertitur. Sed nisi alterum deceperit, is videtur suo periculo ludum acceptasse.

Illicitae fraudes et artes abesse debent. Sin minus, lucrum restituendum foret, praeter illud quod alter qui vincendi probabilitatem habuerit, ex fraude, pro rata spei, amisit.

Regulae et consuetudines indicant quaenam fraudes tolerentur vel pro illicitis habeantur. Sic chartis ludenti fas est simulare metum, dum chartas optimas habet; inspicere chartas, ex sola alterius neglegentia visibiles ; inter ludendum, ex signo quod iam ferunt non autem ex eo quod ipse apposuerit, chartas dignoscere.

3. Honestas moralis. *Neuter contractus per se illicitus est.* Verum ex *positiva prohibitione,* ut quae clericis facta est, vel *ea' citio prodigalitatis,* ve) *ex damno* quod *aliis* infers quibus ex iustitia vel pietate consulere debebas, variis virtutibus adversari potest.

Atque attentis sceleribus multis quibus occasionem dant, gravis peccati scandali et cooperationis rei dicendi sunt qui publicas aedes magnis ludis aperiunt, vel similia instituta pecuniis sustinent aut fovent. Nec raro huiusmodi domos regentibus et actionariis lucrum excessivnm statuitur. Domus huiusmodi tolerari nequeunt nisi forte ratio vitandi maioris mali id postulaverit.

De prohibitionibus canonicis, cf. tract, de clericis et religiosis. 111. 18.

4. Corollarium. *Invalide* spondent vel Indunt qui, quia nihil habent, alteri ius utile ad praemium dare non possunt, vel qui nolunt eo obligare, ac proin Indunt animo utendi lege quae *obligationem* solvendi tollit. Qui mere uti statuerit lege quae actionem externam negat, cum obligationem contrahat. non ludit invalide, sed iam affectu peccat contra iustitiam. — *Sponsio* vel *ludus* quo magna pecuniae vis unica vice exponitur, ita ut in exponente sit aperta prodigalitas, *probabiliter* nulla sunt. (Cf. S. FranciSctm Salesivm, *Introd. ad citam devotam,* p. 3, c. 29.) Quare nec victus ad dandum nec victor ad restituendum cogi potest.

5. Scholion. *Filius familia»* moderate quidpiaiq in honestum ludum insumere ex pecuniis quas a parentibus pro sustentatione accepit, per se non prohibetur: talis praesumitur esse voluntas parentum. Et, saltem in eodem

ludo, exponere potcat quidquid lucratus fuerit, cum ad hoc tacita quoque facultas data censeatur. Et modo resait moderata, alter lusor tiliurn familiae de iure suo ludendi interrogare non debet.

496. — II. Ex legibus civilibus. 1. Leges civiles concordant in ««-*ganda actioni* forensi ad exigendum quod quis ex sponsione vel ludo lucratus sit, nisi forte, ut non pauci Codices post *Gallicum* art. 1966, Imius fuerit qui vel arma doceat vel exerceat corpus (cursus pedestris vel equestris, pila, sic dictum *boxe,* etc.).

Quo casu tamen Cod. *Gallicu* facultatem indicibus dat actionem repellendi qua nimia pecunia petatur. Observes autem exceptionem *per* nolis actoribus prodesse, non sponsionibus quibus extranei sint, quaun is eorum certamen iis occasionem praebuerit. Debita autem lusoria esse existimantur etiam pecuniae inter ludendum creditae. — Codex tamen *Mexicanu* 2771. actionem concedit ad exigendum debitum in ludo licito contractum, si 100 pesos non superet.

2. Pleraeque leges simul negant repeti posse quod solutum fuerit, nisi fraudes, dolus allegari possint, vel nisi, ut Cod. *Helreticu* obi. 511 habet, res agatur irrationabilis. Cod. tamen *Luxitanu* art 1512, sinit ut repetatur quod propter ludum mere aleatorium solutum sit.

Observes autem pecunias in mensis expositas pro solutis in antecessum haberi.

3. Iam quaestio tit do *conecientiae obligatione.* Atque ultro solvi debere obligationem ex sponsione vel ludo honesto profectam, constare videtur ex verbis Cod. *Auntriaci,* ὐ 1271 : sponsiones bona lide factae et ceterum licitae obligant quando pretium non tantum promissum est. sed etiam re vera solutum vel depositum. Idem $ 1271 statuit de ludis. — De iure *Hauico,* propter verba art. 1799-1801, quibus actionem dat pro ludis et sponsionibus *non prohibiti* et simul art. 1798 negat actionem pro debitis ludi aleatorii, obligatio conscientiae ambigi potest. Perinde dicas de Codice *Mexicano,* propter similia verba art. 2272-2278: et fortasse de *Argentina,* propter art. 2063. Codex ^*Lueitanua,* art. 1511, non permittit ut contractus ludi sit modus acquirendi bona. Codex *Gallicun,* 1967 ; *Italien* 1804. videntur satis clan· obligationem naturalem agnoscere, verum ratio etiam habenda est de iurieprudentia tribunalium, quae in Gallia obligationem ex ludo contractam considerant ut turpis causae (cf. Colin et Capitant, II, 694) ; communior opinio in Italia obligationem naturalem agnoscit (cf. Pacifici-Mazzoni, V. 2, p. 377); plures tamen magis probabile habent, cum ludus est mere aleatorius, causam esse turpem quae nullam naturalem obligationem pariat. Quod tamen nitro solutum sit repeti non posse propter principium : *turpiter datum, turpiter repetitum.*

Demum leges *Angliae* et *Γ. 8. A.* contractum ludi ut nullum considerant. Potestne solutum repeti *l* Variant leges Statuum. (Cf. Slater-Martin. *A Manual,* etc. c. 13).

Conclusio pro conscientia. 1. Quod quis ex hub» ceterum honesto perceperit lucri, servare potest, saltem donec index restitutionem non imperaverit. — 2. Eos qui victi sunt nec nimiam pecuniam debent, hortabimur ut debitum solvant. — 3. Strictam tamen obligationem imponere plerumque erit difficile; neque ei qui lege civili uti velit absolutio neganda erit. Cf. Lbhmkuiil. /M.s *biirgerliche Gesetzbuch,* ad art. 762-764; *Theol. mor.* I, 1372. Communis quoque persuasio proborum in regione observanda est.

B. — De Loteria.

497. — I. Notio. 1. Omnino a loteriis vulgo acceptis separanda est loteria «pia, post constitutas varias hereditatis partes, sorte committitur decidendum, quaenam cuique portio obtingat, vel qua etiam de re inter paucos dubia vel litigiosa statuitur eam fore illius (piem sors indicaverit. Huiusmodi loteria seu sortitio prorsus honesta est. et iuridice efficax est, ut expresse pluribus Codicibus statuitur: v. g. *Austriaco,* § 1273, et *Brasiliensi,* 1480.

2. Loteria de (pia hic agimus est *contractus (pio ad certam rem rei ad certam pecuniae summam in medio positam, pluribus certum pretium solventibus, ius praemii acquiritur si cui sortitio obtigerit.*

II. iudiciuni morale. 1. *Justus est* contrctus. modo ut raque ratio praemii et spei respondeant pecuniae quam concurrentes solvunt; nec dominus loteriae excessivum lucrum sibi certum efficiat. Proin per se, ubi nullum periculum sustinet, ut mercatores qui ope loteriae merces divendunt, lucrum excedere non debet fructum quem honestae negotiationes afferre solent. Saepe tamen aliqua ratio beneficentiae accedit. Et in loteriis officialibus Status sibi plus servat per modum tributi, satis parum commendandi.

2. Loteriae autem *multis abusibus* locum dant. Quare leges cavere debent ne illas permittant nisi ob instas rationes; et variis cautionibus excessus impedire solent. Ita exigunt ut tituli qui spem dant magni sed incerti preinii, interea tamen modicum annuum fenus ferant. Praemium ipsum non est inter /'ructus titulorum computandum, sed est pretium aleatoriae venditionis, in antecessum promissae.

III. Leges positivae distinguere solent loterias publica auctoritate permissas, «piarum obligationes sanciunt, et alias loterias quae vel nullae et prohibitae declarantur vel ludis aequiperantur.

Appendix de Bursis.

498. — I. Notio. Sic dicta a titulo cauponae vel loci Brugensis quo negotiatores convenire solebant, Bursa dicitur mur. caio *ubi merces solis exemplis* (campioni) *cel titulis adsunt.* Distinguitur bursa *mercium* et bursa *calorum.* Praeter varias easdemque veras negotiationes, plurimae aliae ludo vel sponsione miscentur aut mere ludo absolvuntur. Rationes saepe sunt magis intricatae ; ad has tamen formas fere simplices redigi possunt.

1. *Mercatus ad diem.* Emuntur-venduntur nunc valores vel merces postmodum tradenda, utputa die qua « liquidationes » fieri consueverunt (v. g. 1 et 15 die cuiusque mensis) pro pretio quod tunc obtinebit. Prout res pretio creverit vel vilior facta fuerit, alteruter contrahens lucrum reportabit ex contractu, qui sic quadam sponsione *(agio,* lato sensu) miscetur. Saepe, statuta die, nihil tradendum est, sed solum istud lucrum solvendum est. Res tunc in ludum desinit.

I Ludus iste est mere aleatorius, cum ei (quod nimis saepe f accidit) imperiti indulgent ; mixtus autem dicendus est, quando periti negotiatores prudentem aestimationem faciunt eventus futuri.

' 2. *Mercatus praemiatus,* est emptio-venditio sub arrhis poenitentia!ibus, in qua alteruter contrahens sibi facultatem reservat rescindendi contractum, soluto *praemio.* Adventante die, aut mercatum confirmat aut eum rescindit solvendo praemium. Haec iterum in vero vel ficto contractu fieri possunt.

3. Contractus quidam *accessorii* retrovenditionis, etc. qui virtuale continent mutuum pecuniae vel mercium locationem, cuius fenus est pretium, respective dicuntur *report, déport.* Vel aliter habes *report,* si prorogatio ab emente fiat ; *déport,* si a vendente.

II. ludicium morale. Ludi isti per se non sunt iniusti, sed applicanda sunt principia de monopolio, de retrovenditione, «le sponsione et ludo. Saepissime hic excessus reprobandi sunt, et iustitia facile ofienditur, sive quia sponsor saepe non habet unde statuto tempore debita solvat : quod irritat contractum, nisi alter istius labilis status conscius fuerit ; sive quia dolo. v. g. falsis rumoribus et notitiis, falsa obtinentur rerum incrementa vel decrementa; sive quia coemptione procuratur monopolium quo dein

fit abusio ad mutanda pretia plus quam par est, unde ruinae multorum, qui his artibus decipiuntur.

Non oportet tamen ut, propter nimias abusiones, omnem bonitatem ab istis negotiationibus abiudicemus. Quando passiones vel politicae vel lucrosae non omnia sursum deorsum vertere conantur, anticipatae peritorum aestimationes aliis utiles indicationes continent atque impediunt ne valores vel nimis deprimantur vel nimis crescant, sed temperatum quoddam aequilibrium fovent. Si, post serium mercatum ad diem, nova pactio susceptas obligationes deminuerit, id in nullam reprehensionem incurrere potest. Et fit etiam ut mercatu ad diem qui, ut ab initio convenit, sine ulla mercium vel titulorum traditione finem habiturus est, quis rebus suis serio consulat. Puta aliquem periculoso negotio operam dare, ita ut omnia perderet si tituli (pios gerit valore decreverint. Addendo nunc fictam venditionem eorum titulorum, damnum lucro compensabitur et negotium geret securum.

Leges positivae de his mercatibus satis incertae sunt. Codex *Germanicum,* 764, et *Helvetic*™ obi. 513 mercatus ad diem qui solutione praemii concluduntur ludis aequiperant. Simili modo tribunalia *Belgii* et *Gallia»* haec aestimant. Quid sentiant indices *Necrlandiae,* minus certum est (cf. Dcynstee, op. c. n. 299). Verum observandae quoque sunt peculiares leges de hoc argumento fortasse latae. Ita lex *Gallica* 28 mart. 1885, legitimos pronuntiavit omnes mercatus ad diem, etiam si in meram solutionem praemii desinerent. Verum id non intellegitur statutum de mercatibus qui ab initio ex partium voluntate huc tenderent. In *Italia,* leges 14 iun. 1874 et 24 sept. 1876 actione protexerunt, quadam forma servata, mercatus ad diem do titulis publicis. De hoc argumento cf. quoque art. 73-75 Codicis negotiatorii, ordinationem 27 dec. 1882, decreta regia 9 iun. 13 et 14 nov. 1907 (Pacifici-Mazzoni, V, 2, 377-384).

XIV. *I>e Transactione, Compromisso et Concordatis.*

499. — I. De Transactione. 1. *Notio.* Transactio est *contractus quo mutua sed onerosa partium renuntiatione, controversia de iure dubio finitur.* — Contra atque *amicabitis compositio,* nullam infert gratuitam iuris etiam partialis cessionem, quamvis quadam condonatione saepe misceatur.

2. *Normae.* Transactio supponit ius dubium; et iustum pretium ex probabilitate quam, pac ionis momento, ius habebat, aestimandum est. Vario errore vitiari potest. Strictam in iure

nostro interpretationum fert. Is solus qui rem alienare, de ea transigere potest.

Pacificus is modus liniendi lites Codice can. ita commendatur ut ipse index exhortationes ad eum obtinendum adhibere debeat. Cf. c. 1925. 8olleninitates tamen pro alienatione rerum ecclesiasticarum adhibendae sunt. Cf. c. 1927, qui etiam cavet a simonia saltem iuris ecclesiastici, nolendo nt transactio fiat « de rebus spiritualibus >, quotiescumque interveniat solutio rei temporalis. Ceterum etiam in rebus ecclesiasticis, leges civiles ob«ervandae sunt loci ubi Ht transactio (can. 1926).

500. — II. De Compromisso. 1. Notio. Compromissum est *conventio qua, ad evitandam vel liniendam litem, partem controversiam dirimendam committunt unius vel plurium iudicio.* Si, ex partium intentione, quae talis praesumitur, ad normam iuris quaestionem dirimere debent, appellantur *arbitri; arbitratores* autem si de bono et aequo negotium transigant (c. 1929).

2. *Observanda.* In rebus ecclesiasticis laici valide munus arbitri exercere nequeunt; et sollemnitates pro alienatione rerum ecclesiasticarum servandae sunt (c. 1930. 1931).

Pro certis quaestionibus solvendis quae in facto consistunt, solent ipsi indices peritos *{experts')* designare.

501. — IIT. De Concordatis et similibus pactionibus. Ad genus compositionum amicabilium vel coactarum referendae sunt variae pactiones quae a debitoribus qui solvendo non sunt cum creditoribus conveniunt, aut etiam, mediante indice, creditoribus imponuntur. Distinguenda autem est:

1. *Pactio qua mere differtur* debitori obligatio solvendi: de hac pactione nihil peculiare dicendum occurrit.

2. *ritronea bonorum cessio* quam debitor fecerit ut creditores a iudiciali insectatione cessent. Praeter istum effectum, valetne etiam ut remissio reliquorum debitorum ⊺ Id omnino pendet ex partium intentione, ex verbis quibus usi sunt. Sed, in dubio, negativae partes tenendae sunt, quia, ut plures Codices habent (v. g. *Gallicus,* 1315; *Italicus,* 1312 ; *Neerlandicus,* 1474), remissio debiti non praesumitur sed demonstranda est. Creditores autem iura sua positive reservare non cogebantur. Et fortasse, propter modicam spem plus postea obtinendi, abstinuerunt expressa reservatione, sine ullo animo condonandi reliqua. Si tamen alicubi persuasio invaluerit, qua de plena remissione huiusmodi pactio

intellegeretur, tunc, cum Gknicot, I, 604, silentium creditorum pro renuntiatione haberi posset, cum clausula diversa tain facili in pactione apponeretur.

De *iudiciali bonorum cessione* non iam est cur dicamus. Haec enim fiebat, ne debitor corpore propter debita apprehenderetur. Sed cum nunc huiusmodi favor omni debitori qui bona fide demonstratur fuisse sit concessus, iudicialis bonorum cessio obsolevit.

3. *Mercatores* autem faciunt (sic dicta) *concordata* cum creditoribus, quibus obtinent ut imminenti fori cessioni *(fallimento, faillite)*(') occurratur, vel iam facta fori cessio finem habeat. Concordata huiusmodi, saltem si maior pars creditorum (certa ratione definita) assensum dederit, indicis auctoritate confirmantur et reliquis imponuntur. In *U.* N. A. et etiam in *Anglia,* potest debitor infelix, saltem in foro externo, liberationem a iudice obtinere.

Quaeritur iam utrum debitor qui postea plus solvere queat quam ratam partem qua creditores contenti fuerunt vel contenti esse debuerunt, reliqua supplere teneatur, an contra existimare se possit omni debito liberatum.

Scriptores in varias sententias abeunt. Plures, nixi etiam antiquis auctoritatibus, liberationem omnino negant, nisi liberatio expresse concedatur; non nulli, sed]satis haesitanter, in benigniores partes inclinare videntur, saltem in aliquibus regionibus. Ac re vera variae regiones distinguendae sunt.

In *Gallia,* cessio bonorum, ex art. 1270, et concordatum obligationem naturalem non tollunt. Ita scriptores. Perinde dicendum videtur de lege *Italica,* tum propter art. 1312, Cod. civ. tum propter caput de concordatis in Codice mercatorio, ubi ne insinuatio quidem de plena liberatione habetur. Sic etiam Ballekini-Palmieli, III, 513. Perinde de *Hiepania* et aliis regionibus iuris latini et do *Germania* dicendum videtur. In *Belgio,* clausula apponi consuevit: « dummodo ne res prosperiores liant » *(sauf retour à meilleure fortune)*: clausula ista banc fert interpretationem, ut debitor nihil debeat donec non possit satis commode omnibus debitis suis satisfacere.— In *Neerlandia,* seriae rationes sunt existimandi legem de concordatis indiciariis voluisse omne debitum in conscientia exstinguere. Cf. Duijnstee, n. 235. — In *Anglia,* tum Ckolly, *Ih hint. et iure,* III, 1232; tum Slateii, -l *Manual.* I, 138 et 151, existimant tum liberatione simpliciter concessa a creditoribus tum iudiciaria liberatione, debita etiam in foro interno sublata esso.

(b Fori cessio propna est mere itoram. Alii solvendo impares creditoribus decoquere dicuntur *Isont déconfits, tovtôrnt tn déconfiture).*

In *U. S. A. Bankrupt;/ Act.* 1 iul. 1898 cum ndditie mutationibus 1903. 1906. 1910, talia verba habet ut saltem probabiliter debita conscientiae exstinguantur. Cf. Martin apud Slater, p. 438-151.

Sane, propter bonum commune, ut honesto negotiatori spes reddatur, lex condonationem talem concedere potest. Sed debitor, ut hac gratia uti possit, debet honeste fecisse quae lex facere iubebatur, et omni fraude in ipso concordato abstinuisse.

XI. *De Fidciussione.*

502. — 1. *Notio.* Fideiussio est *contractus quo quia alienam obligationem implendam suscipit, in locum debitoris principalia impotentis.*

2. *Effectus.* Fideiussor non tenetur nisi quatenus debitor principalis teneatur, et per se quatenus de huius impotentia inridice constet. Remissio debiti mutuatario concessa, fideiussorem liberat, non autem contra. Non raro practice fit ut creditor, suae commoditati consulens, statim a fideiussore solutionem petat.

s Obligatio fideiussoris est per se pretio aestimabilis.

Clerici a lideiussione. inconsulto Ordinario, prohibentur, c. 137. Cf. **III**, 17.

Fideiussio pertinet ad contractus quos *secundarios* appellamus, quia supponunt alium contractum cui accedunt, ut eius ef- Acaciam roborent.

Ambo alii contractus secundarii, *pignus* et *hypotheca,* supra ubi de iuribus realibus accessoriis, n. 362-364. actum est.

503. — Non nulla de contractibus observanda. 1. Hodiernis legibus istud est generale principium, quod his verbis Codice *Brasilicnsi,* art. 129 promulgatur: « Valor declaratae voluntatis a nulla forma peculiari dependet nisi id expresse exigatur ».

Quare pauci sunt contractus sollemnes. Jn iure *Gallico* patrimoniali sunt tantum donatio (931): pacta nuptialia (1394); hypotheca (2127); solutio debiti qua simul solvens creditori in suo iure surrogatur (1250): surrogatio in hypotheca legali qua mulier coniugata fruitur (art. 9 legis 23 maii 1855). In iure *Italico* art. 1314 numerat octo casus formae sub poena nullitatis impositae: quae forma instrumentum publicum vel syngrapha privata esse potest.

In iure *Anglico* et *Г. S.* yl. soli contractus sollemnes ii sunt quibus dominium in res immobiles transfertur *{deeds and mortgages).*

2. Nullités actus non tanta esse solet ut sit non exsistens, sed efficit ut a indice declarari infirmus et inanis possit. Qui igitur rem ex instrumento invalido possideat, eam tamen non habet sine titulo.

3. A *condicione nullitatis* condicio *probationis* accurate distinguenda est. Sic iure *Gallico* obligationes quae 500 fr. valore superant in foro civili probari nequeunt, nisi saltem initialis probatio scripta habeatur.

4. Condicio valons apprime quoque distinguenda est a *condicione implenda* ut contractus tertiis opponi possit. Sic contractus de re immobili in publico officio exscribi debet.

SUMMARIUM

504. — I. *Contractu* est duorum vel plurium in idem placitum iuris consensus, dum *quasi-contractus* est factum honestum, legis auctoritate aut ultronea cuiuspiam voluntate exsistens, quod quandam iustitiae obligationem parit. Contractus considerari potest *in Jieri,* seu in sua constitutione, et in *facio esse,* seu in permanente effectu quem parit.

II. *hirisio.* Contractus *ex fine operantium* sunt *gratnili, onerosi* vel *mixti.* Gratuiti, quando promissio vel praestatio unius partis nulla repromissione ex iustitia compensatur. Secus sunt *onerosi,* et quidem proprio vel analogice: proprio, si compensatio lit per commutationem, aequalem vel inaequalem, cum ipsa alterius partis praestatione ; ac propriissime, si commutatio sit aequalis; improprie, si sine commutatione, occasione alterius praestationis, alter titulus veriticetur obligans ad quandam solutionem: ut est titulus sustentationis obligans ad taxas solvendas pro ministeriis sacris; et, in societate civili, obligans ad solvenda « honoraria » ei qui ministerium ordinis superioris implevit. ut est professor a quo scientia communicatur, medicus a quo sanitas procuratur, causidicus a quo ius defenditur, index a quo ius redditur. *Mixtus* dicitur contractus in quo partiale tantum pretium exigitur. —- Aequalitas autem commutationis vel est inter datum et acceptum, ut in venditione, locatione, permutatione ; vel inter iura in res communes et contributiones, ut in societate; vel inter duas incertas spes, vel inter spem incertam et praesentem praestationem, ut in contractibus aleatoriis, qualis est assecuratio. Ac rationes istorum contractuum permisceri possunt, ita nt simul venditio et locatio, societas et assecuratio haberi possint.

Ex *fine operis,* omnis contractus iura mutat; sed alii contractus, ubi leges id sinant, iura *rcalia* mutant, alii vero *obligationi** generant.

Ex *effectu* gignendi obligationes, contractus sunt *unilaterale* vel *bilatrale* (synallagmatici); *nudi* vel *veotiti* (actione civili); alii eunt *ralidi, firmi,* aut vario gradu *infirmi:* sive per se *nulli,* sive tantum *rescindibile* ;

Ex *forma* sunt *tale* qui a consensu partium, vel *reale* qui a facto vel rei traditione, initium obligandi sumunt; *ollemne* vel *simpticc* prout efficacis consensus expressio certo modo alligatur vel non; *exprewi* vel *taciti,* prout consensus appositis signis vel facto exprimitur;

Ex *appellatione,* sunt *nominati* vel *innominati;*

Ex *eubnifiteiitia,* alii sunt *principale* alii *accessorie*

III. *Conntitutio.* Elementa quibus contractus constituitur alia sunt *essentialia,* sine quibus foret nullus vel alius; *naturalia,* quae inesse censentur nisi positivo excludantur; *accidentalia,* quae positive addenda sunt nt insint.

Omnis contractus fit de aliqua re seu *materia,* quae est eius obiectum remotum vel proximum, et exigit *finem* seu conspirationem voluntatum personarum quae iure sint habiles. Plures, ut tertium elementum, addunt *licitam causam,* seu proximum motivum quod, utrique parti notum, contractum ingreditur. Hanc interdum supplet legislator.

IV. *Propria efficacia.* Omnis contractus *commutat iura* sive *realia,* sive *personalia* : quo casu nascitur in alterutro vel in utroque contrahente obligatio *iustitiae,* quae, nisi stricte personalis fuerit, patrimonium afficit, et differt ab obligatione, genero suo levi, *fidelitati*

Omnis contractus dicit *voluntariam* iurium commutationem, ita ut translatio iurium vero et *mutuo* offerentis et acquirentis consensu interiore et exteriore explicari queat. De solo naturae iure, consensus *offerenti* non autem *acceptanti* qua talis, *intimari* debet. In contractu *sollemni,* debet consensus certa forma exprimi.

Componi cum vero consensu non potest voluntas non se obligandi; beue vero voluntas non exsequendi susceptam obligationem.

V. *Vitia.* Vitiatur contractus *errore* et *metu.* 1. Error *substantiali* qui essentiam contractus, i. e. eius naturam, causam, essentiale obiectum afficit, contractum per se dirimit; idem operatur error *accidentali* circa qualitatem quae ut condicio sine qua non postulata est. Atque error qui ex alterius partis *dolo* causam, idest locum contractui dederit, sinit deceptam partem a contractu recedere. Quod etiam permittit omnis error causam dane, dummodo altera pars indemnis fiat. Erroris vincibilis damna erunt, pro gradu culpae, sarcienda.

2. Omisso *metu* rationem perturbante et metu ab intrinseco, vel extrinseco sed insto, omnis alius motus auctorem ad sarcienda damna obligat. Propter metum ab extrinseco et iniusto, qui alteri parti imputabitis sit, potest metum directe passus contractum saltem rescindere, modo, comparato, i. e. attenta persona timente, metus fuerit gravis vel causam contractui dederit. Hoc plures etiam concedunt, quicuinque fuerit auctor metus. Si contractus *indirecte* tantum ex metu fiat, contractus non est resoindibilis, nisi altera pars culpanda fuerit.

3. *Dolus* do iure naturae nihil efficit, nisi errorem genuerit. Verum nd positivas leges attendendum est.

4. *Laesio* per se contractum non afficit, nisi ex quodam iure positivo.

VI. *Interpretatio* contractnum secundum aequitatem facienda est ; ita ut in dubio potius pro debitore respondeatur.

VII. *Obligationis extensio et varietas.* 1. Ter se obligantur soli contrahentes et qui eorum locum tenent: repraesentantes et successores, nisi obligatio *stricte personalis* et non realis fuerit ; namque *realis* patriinoninni afficit. Sed dominium contractu translatum, omnes per se revereri debent.

2. Obligatio per se (nisi diversa demonstretur partium mens) a momento perfecti contractus originem habet.

3. *Subordinate condicioni* quae non sit mere potestativa, etquae sit *possibilis* et *suspensiva,* obligatio suspenditur ; sed, adveniente condicione, censetur, in aliquo iure, a momento contractus exstitisse. Si condicio sit possibilis et *resolutoria,* obligatio interea tenet, sed adveniente condicione, ita exstinguitur ut quod ad plures effectus numquam exstitisse censeatur. *Pure potestativa,* cum obligationem arbitrio partis omnino permittat, nihil operatur ; *necessaria futura* interdum valet *pro die; impossibilis,* perse, si suspensive, contractum infirmat ; si resolutoria, contractum non exstinguit. *Turpis* condicio est moraliter impossibilis. Videndum autem est quid leges de his condicionibus statuant.

4. *Dies a quo,* non obligationem sed exsecutionem afficit : hanc differt ; eandem finit si est dies *ad quem,* nisi ad urgendam obligationem fuerit statutus.

Diei renuntiare potest is in cuius gratiam statutus est : praesumitur esse *debitor ;* potest autem esse *creditor* vel *uterqne.*

5. *Modus* est onus seu gravamen ei impositum qui ius ex contractu habet; eius effectus tum ex mente paciscentium tum ex lege aestimandus est.

θ· dicendum est do expressa *catini* ob quam contrahitur.

7. Adiecta *demonstratio,* seu accuratior obiecti descriptio, potest esse mere *praecinica,* quae caret effectu iuridico, et *taj-atira :* quo casu, detecta falsitate. vel contractus ruit, vel error reparandus est. Consulendae sunt leges positivae.

8. Adiecta *dieiunctio* optionem quandam esse sinit : sive debitori permittat ut rei «piae sola promissa est alteram subroget (obligatio *facultative),* sive ipsa stipulatio facta sit disiunctiva (obligatio *alternative).* Haec per se non cessat nisi utrumque obiectuin perierit.

VIII. *Contractuum confirmatio.* Vis pactionum firmatur: *a)* iuramento promissorio, de (pio supra ; *b)* clausula *poenali,* sive ad *sollicitandam* exsecutionem : (pio casu non debetur poena nisi petatur et debitor culpandus sit; sive ad aestimanda damna : haec debetur quotiescumque damna sarcienda forent ; c) *arrhie,* (piae possunt esso *probatoriae, conftrmatoriae :* hae amittuntur si exsecutio defuerit; et *paenitcntiale»,* (piae resiliendo contractui locum dant.

IX. *Obligationi ejrxtinctio.* Contractus obligatio exstinguitur: *a) notatione* debiti ; *h) novatione,* qua obligatio in alteram convertitur ; o) *remis-*

siont debiti ; d) *compensatione,* quae est « debiti et crediti inter se contributio », et esse potest legalis, facultative vel iudiciana ; *e) confusione,* cum idem Hat debitor qui erat creditor, vel contra ; *f) amissione* rei certae quae debetur ; 7) *rescissione* contractus ; /t) adveniente *condicione resolutoria ; i) praescriptione* liberativa.

Sunt quoque causae, maxime damnum, quae exsecutionis dilationem permittunt.

Non praevisa adiuncta, ex iure naturae pro tacitis condicionibus rationabiliter valere poterunt, ita tamen ut altera pars inde non damnificetur.

Articulus II. — *De singulis contractibus.*

505. — I. Contractus *simplicis promissionis,* qui distingui debet a simplici proposito et a promissione ex fidelitate seu a mere fidei obligatione de re bona et possibili, est *deliberata et spontanea alteri acceptanti concilio iuris ad rem quampiam bonam et exsistentem seu possibilem.*

Sola obligatio iustitiae est gravis: sed gravem materiam aestimant quadruplum quantitate furti absolute gravis. Nec obligatio iustitiae praesumitur. sed demonstratur vel verbis vel aliis indiciis, v. g. mutuae promissionis ; ab externa promissurii acceptatione initium habet, nisi promittens, v. g. ob litterarum formam, obligationem ad insinuatam acceptationem differre voluisse existimetur. Si promittens ante acceptationem moriatur, leges positivae, et. ex iure naturae, mens promittentis, attendendae sunt.

II. *Donatio* est contractus gratuitus quo alter, donator, ex intentione liberalitatis, alteri, donatario, rem suam, quod ad dominium, sine ulla restituendi obligatione, concedit. Vera manet donatio, quamvis sit allectis a.

Saepe est contractus sollemnis ; nisi donationes brevi manu factae, vel obductae forma contractus onerosi, admittantur.

Distinguitur donatio *inter vivos* et donatio *mortis causa:* haec est ad mortem usque revocabilis, et accurate distinguenda est a donatione, etiam sub condicione mortis, facta ab aegroto, vel a donatione in ceno tamen casu (v. g. si convaluero) revocabili. Plures leges enim hodiernae donationem mortis causa non admittunt.

Personae debent esse capaces largiendi et acceptandi, sive pro se. sive pro persona cuius bona administrant ; et iustitia prohibet debitorem ne creditoribus largitione noceat.

Attendi debet ad leges quao, ex praesumpta largientis voluntate, *heredem* obligant ad referendum res seu capitalia accepta, in hereditatem quam adire velit *(collatio).*

III. *Commodatum* est contractus quo res aliqua, quod ad solum usum, gratuito ad certum tempus conceditur. Si tempus non sit determinatum, sed ad arbitrium commodantis restitui debeat, dicitur *precarium.* Lex quae commodatarinm obliget ad praestandum casum fortuitum, conscientiam post indicis sententiam tenebit.

IV'. *Mutuum et feneratio. Mutuum* est contractus realis quo roi alicuius fungibilis dominium a mutuatoro in mutuatarium transfertur cuiu obligatione eandem vel similem specie et bonitate restituendi.

In tine mutui, prout materia vel pretium potius considerata fuerint, quantitas eiusdem mensurae et qualitatis vel quantitas eiusdem pretii restituenda erit. Ex lege positiva, per se pecuniae reddenda est eadem quantitas numerica in moneta légalité? admissa. Obligatio mutuandi, quam caritas aliter imponeret, saepe, non tamen semper, gravi incommodo excusatur.

Mutuum est natura sua gratuitum; nec, qua tale, titulum continet lucrandi. *Umurae,* lato sensu, sunt quidquid nitra sortem creditori solvendum est; stricto sensu est auctarium post singula intervalla solvendum, praesertim si sit pecunia. Si usurae petuntur, habetur *feneratio.*

Semper licuit, praevia pactione, compensationem tituli *extrinwci,* qui vere adsit, stipulari : lucri cessantis, damni emergentis, periculi sortis, immo longi temporis per quod creditor suis rebus privabatur. Perseverante autem praesenti societatis condicione, numquam iniustum est pecunias sub moderato fenore credere: cum, hodie, ipsa pecuniae possessio valorem habeat qui feneratione compensetur. In solito auctario, ordinarium sortis periculum et lucrum cessans computata suut.

V. *Cenmum,* in genere, est contractus quo quis, *ceneualieta,* ius acquirit percipiendi a *cenmuario* annuam pensionem ex re aliena vel etiam ex persona fructuose operante. Distinguitur *perpetuum* et *temporarium ;* talis est *vitaliciua,* qui ad vitam vel consnalistao vel etiam alius personae constituitur; *redimibilü* et *non redimibilis,* prout, soluta congruente summa, censuarius onus exuere possit. Constituitur porro titulo gratuito vel etiam oneroso; quo casu fit contractus aleatorius.

VI. *Emptio-venditio.* 1. Est contractus bilateralis translationem dominii rei pro pretio respiciens. *Pretium* autem dicitur valor roi pecunia expressus. Prout, secundum leges et casus, dominium ipso consensu vel tantum legitima peracta traditione vel inscriptione perficitur, contractus erit consensualis vel realis. Quod de aliis similibus pactionibus est observandum.

2. In essentia emptionis-venditionis distinguitur :

a) Commune omni contractu elementum *ennmcnmum,* qui hic dari potest simplex vel subordinatus examini rei, aut subiectus facultati rem redimendi poet certum tempus. In quibusdam contractibus leges positivae *remeimmionem* propter gravem laesionem venditori permittunt.

b) Hem. Haec tempestive ac, per se, sumptibus emptoris tradenda est. — Eius manifestanda sunt *vitia mubmtantialia* quae emptor ignorare perspicitur, ot *accidentalia* de quibus fit interrogatio, et, ex lege positiva, occulta vitia quae *redhibitoria* vocantur. — Per se res vora et pura tradenda est; quamquam ad receptos probatorum usus se accommodare quis potest. — Si propter defectum tituli translati a venditore ad emptorem, is turbatur seu *evictionem* patitur, evictio ista a venditore per se praestanda est.

c) *Protium iustum* exigendum et solvendum ent. In commutationibus distinguitur pretium *legale* quod, ad praecavendae abusiones, praesertim in rebus necessariis, vel propter aliam boni communis necessitatem sen utilitatem. potestas publica imponere potest, ita ut in conscientia servandum sit; et pretium *vulgare,* quod communi aestimatione definitur. Pretium istud latitudinem pretii summi, medii et infimi admittere solet : quare perficitur pretio *conventionali,* de quo partes paciscuntur.

Conventionale (it unicum, quando pretium legale et vulgare desiderantur, sive quia nullus est rei valor communis, sive quia ambae partes, consciae ignorantiae suae, de vero pretio aleam inire voluerint ; sive quia pars, quae rem vendere nolebat, ad pretium iustum. rationabile pretium affectionis addiderit.

Praeter causas qnae ipsam communem aestimationem mutant, aliae, speciales, permittunt ut *viliore* pretio emantur res quae emptori minus utiles sunt vel quae magna copia coemantur: dum *main* pretium postulari potest a venditore sive propter dilatam solutionem, sive propter maiorem operam v. g. vendendi minutatim, sive propter peculiarem privationem, de qua emptor fiat certior. Specialis emptoris utilitas pretium per se non afficit; e (licere tamen potest, si sit fructuosa, ut vendens, aucto pretio, quandam lucri societatem obtineat.

Hactenus pretium commutationis, quod *pro re* solvitur, et distingui debet a pretio quod non ad valorem rei sed ad alium titulum, utputa sustentationis commensuratur. Pretium istud datur *ob* vel *propter* aliud, sine tamen comparatione inter rem et rem. Casus habetur eum persona opus socialiter utile praestat quod natura sua ordinem pecuniae transcendit. Sic medicus (pii valetudinem, patronus causarum et magistratus qui iustitiain procurant ; sic etiam notarii (pii publicani fidem actibus addunt.

Horum stipendia nomino speciali honorariorum designantur, nec sine abusione quadam materialistiea. ad salarium detrudenda sunt. Saepe his pretium legale statuitur.

d) In vendendis nominibus crediti privati, cavendum est ne pretium exigas pro titulo quem nullius valons osse noveris.

c) *Monopolio legali* quis frui potest ut rationabili modo pretium augeat ; in privatis vero varii monopoli artibus, summum pretium aliter iustum excedi non potest.

Ad monopolium, quod non existimamus osse naturale sed lege opportune concessum, referimus *ius ejrclusiviim auctoris vel inventoris* curandi divulgationem operis, machinae inventae confectionem, etc., naturale tamen ius habet auctor ad famam do opero proprio.

f) In *auctione sub hasta,* (piae per se regulis aleatoriae pactioni regenda foret, ad obtinendum maius vel mitius pretium, variae artes, secus damnandae, propter consuetudinem tolerari possunt. Res tamen addictu tradi debet ; oblatum pretium solvendum est : qui licetur facultatem et voluntatem solvendi habere debet ; fraudo vel metu licitatores avertere nefas est.

Proxenela< leges et usus proborum observent et moderata mercede contenti sint.

VII. 1. *Permutatio* est contractus bilateralia reni pro re in dominium transferendam respiciens· Est consensualis, si mutua promissione; realis, si tantum rei traditione perficitur. Leges consulendae sunt.

2. *Cambium* est permutatio pecuniarum, cum aliquo lucro pro oampsore. Distinguitur *manuale* seu *minutum, locale,* seu *traiectieium* seu per *litteras,* et *temporale,* si pecunia praesens datur pro altera postea in eodem vel alio loco solvenda. Hac ratione negotiatores anticipatas solutiones, deducto auctario, obtinere solent. Solvi porro potest quaevis moneta quae de facto accipi consueverit, non autem moneta proprie falsa, quamvis saepe dedamno non constet.

VIII. *Locatio-conductio,* quae cum venditione allinis est, respicit pro pretio cedendam alteri, per certum tempus, utilitatem rei vel operae personalis. Pro varia lege positiva potest esse consensualis vel realis.

Distinguitur locatio *rerum,* quae, utilitatem rerum concedens, regulas venditionis sequitur, et locatio *actionis alienae,* quae, si terminativc respicitur, lit locatio *operis;* si vero in se, est locatio *operarum.*

Locatione conductione *operis,* opus pro certo pretio perficiendum suscipitur ab eo qui ideo conductor operis vocatur. Ac debet per se, intra definitum tempus, opus, pro pretio acceptato, perficere. Extraordinaria tamen impendia, atque. ut videtur, involuntarius computationis error ipsi compensanda sunt. — Locatione conductione *operamm.* ipsae operae locantur conductori qui, ut minimum iustum pretium, operario solvere per se debet quod, non conductus, communiter sibi lucraretur. Providentia autem ita res ordinavit ut. in tempore non calamitoso, validus operarius, propria opera, familiae ordinariae, i. e. (pialis observando leges morales communiter exstaret, contribuere posset undo, addito saltem rationabili supplemento uxoris et liberorum grandiorum et parsimoniae, decenter sustentaretur. Haec igitur, exceptis causis particularibus iam in contractu venditionis notatis, merces, ut minima, non dicimus ut iam plene insta, solvenda erit.

Supplementariae pecuniae iis qui numerosam prolem alere debent, prr *m* non sunt ex institia commutativa debitae. .Socialis autem necessitas protegendi patrcs-familias efficere potest ut publica potestas verum titulum iustitiae ad illas exigendas creet.

Omnia autem onera specialia, operariis imposita, congruente retributionis augmento compensanda sunt.

Saepe autem hodie ratio cuiuspiam societatis locatione-conductione sive rorum, sive operarum miscetur. Quod, in contractu locationis operarum, valde optandum et commendandum est.

IX. *Societas* est contractus respiciens communionem rei vel operae, et communionem usus vel potissimum lucri inde percepti. Distinguitur, ex ambitu. *universalis* vel *particularis ;* ex fine, *mercatoria,* ad actus negotiationis. *civilis,* ad aliam utilitatem oeconomicam directa. Quae ad finem superioris

ordinis conflatur saope aliud nomon, v. g. associationis assumit. — Aequalitas iustitiae hic geometrica proportione inter contributiones et lucra definitur. Iniusta autem ct per se nulla est societas *leonina.*

X. 1. *Mandatum* est contractus consensualis quo alteri, id suscipienti, aliquid gerendum committitur. Est per se gratuitum, et semper revocari potest.

Procuratio, etiam sine contractu, alteri facultatem dat aliquid pro altero faciendi.

Mercedem propter operam praestandam mandatum neque includit neque excludit.

2. *Negotiorum gestio* est voluti praesumptum mandatum, ad utilem operam alteri absenti vol impedito gerendam. Iure naturae dominus rei gestae saltem necessarias vel utiles impensas compensare debet, Consulendae praeterea sunt leges positivae.

Mandato autem aequivalet *ratihabitio,* qua quis probat quod alter pro se fecit.

XI. *Depositum et sequestratio.* Depositum est contractus realis quo aliquid custodiendum traditur, ut integrum reddatur. *Irregulare* dicitur si depositarius rem absumere possit. Depositum quod ex casu dominus facere cogatur dicitur *mist rabite.* Pro isto deposito sicut pro depositis viatorum apud caupones, onus probationis levatur. Depositario ab usu illicito rei deposita cavere debet.

Sequestratio est rei litigiosae depositum penes custodem qui *sequnter* appellatur. — Onus depositum custodiendi potest pecunia compensari.

XII. *Assecuratio* est contractus aleatorius qno quis, ob certum pretium, se obligat ad praestandos alteri casus quosdam fortuitos vel praevalentis vis.

Vitae assecuratio obligat asseeu ratorem ad dandam, pro non nullis annuis praestationibus, determinatam summam, si definita persona moriatur vel talem aetatem attingat, vel etiam in utroque casu.

In his etiam pactionibus institia postulat eventum incertum vel certe partibus ignotum, et iustum pretium; atque a variis fratnlibns cavendum est. Quaenam iuiustae sint, ex clausulis contractus et receptis usibus colligendum est.

Propter multitudinem et incertam personam eorum qui damnum passi sint, est qui arbitretur generatim pauperibus dari posse quod pro damno societati assecuranti illato solvendum sit. Huic tamen sententiae S. Paonitentiaria refragatur.

XIII. *Sponsio* est contractus quo duo vel plures. de veritate aut eventu alicuius rei inter se certantes, sibi mutuo aliquid spondent ut eius liat qui veritatem assecutus sit. lustitia per se postulat dubium eventum et aequalem copiam coniecturae, vel inaequalitatis compensationem.

2. *Ludus* est contractus quo ludentes inter se paciscuntur ut vincenti cedat quod in medio depositum est. Distinguitur *aleatorius, industrial™, mixtus.* lustitia postulat ut libere ineatur, ut aequalitas servetur et illicitae fraudes absint.

Facile, quando magnae summae exponuntur, contractus isto, per se licitus, variis vitiis corrumpitur. Aperta exponentis prodigalitas ludum probabiliter nullum edicit; certo nullus est ludus eorum qui nolunt se obligare, vel non habent unde pecuniam solvant. Civiles leges etiam attendendae sunt.

Ludis accensentur tictae venditiones et emptiones in *Bursis.*

Bursa porro est mercatus ubi merces solis exemplis vel titulis adsunt.

Distinguitur Bursa mercium et Bursa *ratorum.* Praeter veras negotiationes, plurcs aliae ludo saltem mixtae sunt. Potissimum attendendi sunt mercatus *ad diem,* vel simplices vel sub arrhis paenitentialibus, quae dicuntur *praemia* (primes) ; et acceworti contractus retroventionis, etc. Ilis normae dc monopolio, de retroventione, de sponsione et Indo applicandae sunt.

XIV. 1. *Transactio* est contractus quo mutua sed onerosa partium renuntiatione, controversia de iure dubio finitur. Supponit ius dubium ; atque ex probabilitate quam momento pactionis ius habebat, pretium aestimandum est.

Contra atque *amicabitis compositio,* nullam gratuitam iuris cessionem per se circumfert ; per accidens tamen saepe condonatione miscetur. Transigere is solus potest qui rem alienare permittitur.

2. *Compromissum* est conventio qua, ad praecavendam vel finiendam litem, partes controversiam unius vel plurium indicio qui *arbitri* vel *arbitratores* vocantur dirimendam committunt.

3. Ad compositiones ascribenda sunt pacta quibus debitor obaeratus bona sua creditoribus cedit ut iudiciariam persecutionem vitet, vel quibus *mercator,* partiali promissa solutione, impedit fori cessionem vel ei finem imponit. Haec mercatorum pacta vocantur *concordata,* et interdum indicis auctoritate, saltem minori creditorum parti, imponuntur. Debetne debitor, qui dein re prospera utatur, reliqua supplere? Id ex legibus, ex receptis moribus colligendum est. Per se condonatio non praesumitur sed demonstrari debet.

XV. Contractus secundarii sunt *piynim, hypotheca,* do quibus supra; et *fidciussio,* qua quis, in locum debitoris principalis, obligationem quam is non impleat implendam suscipit. Nulla maiore quam debitor principalis obligatione iideiussor tenetur. Remissio debitori principali facta iideiussorem liberat, non autem contra.

CAPUT VII. M

De Muneribus.

I. *Generalia.*

506. Munerum notio, divisio. 1. Generali et satis confusa notione, munus quodlibet designat partes quasdam in utilitatem aliorum agendas. Partes istae possunt suscipi *accidentaliter,* vel *permanentor :* munus magis proprie de partibus stabiliter susce-

ptis intellegitur; possunt esse *privatae* rationis, quae a volentibus suscipiuntur et deseruntur: ut si quis se offerat ad curandos morbos, et *esse publica auctoritate* demandatae; i. e. sunt munera *privata* et *publica.*

2. *De muneribus publicis.* Ut finem suum assequatur, societas perfecta: Ecclesia et variae civitates, multa, tam in bonum suum immediatum quam in bonum civium quibus constant peragenda habent. Haec bene peragere societas simul inviolabiliter (seu ex iure) potest et debet. Verum persona moralis, per se prorsus impotens, omnia per legitime deputatas personas physicas peragere cogitur. Ita fit ut immensa provincia (pia Ecclesia et civitates procurantur, in multas partiales procurationes seu ministrationes dividatur, quibus iura et officia annectuntur. Haec sunt munera publica. *Munus* igitur *publicum* dicit summam (piandam iurium et officiorum personae physicae commissam ad partem aliquam actionis publicae exercendam; et breviter definiri potest: *publica procuratio seu administratio.*

Collatio istorum munerum, seu deputatio personae physicae ad munus exercendum variis modis fieri potest, de quibus hoc loco agendum non est. Novimus, in Ecclesia primam deputationem auctoritative factam esse a Christo, et dein. ex potestate per Christum communicata Petro et Apostolis, munerum erectionem et collationem fuisse ordinatam; dum. in civitate, prima supremae iurisdictionis possessio originem habet multo minus definitam. Pro nostro intento id notasse satis erit, publica munera plerumque voluntarie suscipi, et, desperatis tantum rebus, committi gerenda invitis. Facultas tamen ipsam muneris susceptionem iniungendi summae potestati publicae negari nequit: atque ipso canone 128 sancita est obligatio qua clerici tenentur suscipere et fideliter gerere munus quod in {Ecclesiae necessitate, episcopus ipsis imposuerit.

507. — II. Obligatio. Generale officium bene gerendi munus ipsam muneris susceptionem consequitur. Cum agitur de privato munere, obligatio haec iustitiae facile per expressum vel tacitum contractum explicatur. Ex ipsa autem rei natura, iustitia erga societatem tenetur qui munus publicum gerendum suscipit. Strictum enim ius habet societas ut bene administretur. Huic iuri respondet iustitiae obligatio quae in deputato officiali sedem suam habet: nulla enim alia sedes excogitari potest. Quando munus vo-

luntarie suscipitur, accedit ratio contractus cum Superiore qui munus contulerit

Verum praeterea communiter affirmatur obligatio iustitiae commutativae etiam erga singulos cives quibus actio muneris propria destinatur. Sic cives ex iustitia exigere possunt ut magistratus eorum causas indicare velint. Quemnam fontem proximum isti iustitiae debito assignabimus?

Cum nulla pactio inter magistratus et singulos cives intervenerit, proximus fons est ipsa lex quae officium istud ex iustitia erga singulos exercendum imposuit.

508. — 111. Peccata quaedam in muneris susceptione, exercitio, et reslgnatione vitanda.

1. *Qui non ne norit capacem, munus,* sive privatum sive publicum, *aine iniustitia suscipcrt nequit.* Est damnosus deceptor qui, sine sufficienti peritia, se arti exercendae offerat. Peccant ergo parentes qui, neglecta omni capacitatis consideratione, muneri publico destinant filium quem privatis negotiis minus idoneum repererint; peccant qui imperiti suffragia popularia ambiverint. Hic tamen ratio habenda est maioris facultatis quam populus possidet ut sibi acceptos deputatos eligat. Qui auram popularem captare noverit, dummodo dein in exercendo munere possit et velit secundum prudentium consilia se gerere, etiam utilem societati rem facere potest, si sua «lection electionem peioris impediverit. Omnia tandem aliquando huc recidunt, ut nihil fiat rei publicae damnosum, eiusque utilitati sufficienter prospiciatur.

Observes quoque relativam esse capacitatis notionem, ita ut hic peritissimus aestimandus sit qui alibi ut inhabilis repellendus foret.

Quid autem faciendum supereat ei qui non idoneus sit honore affectus? Si potest, debet se capacem reddere, et interea, ope consiliariorum bene officiis suis fungi : secus, officium deponere debet.

2. *Semel siuceptuin munus sine iniustitia neglegi nequit,* sed ea diligentia impleri debet quae bono communi vel privato postulatur et expresse vel tacite promissa est. Frustra privata incommoda allegaris. Etenim, non solum, si agitur de munere publico, publica utilitas privatae anteponenda est, sed etiam tacita in susceptione muneris promissione tenetur munus gerens omnia incommoda sufferre, omnia pericula adire quae cum munere per se conjuncta sint.

Haec valent etiam de infimis administris. Contra ac saepe existimatur, personis publicis, quales sunt Ecclesia et civitas, maior quam privatis diligentia debetur.

3. Iis qui diu et bene se gesserunt vel morbo facti sunt impotentes offerre solent pensiones ex aerario publico vel ex constituta arca pensionum. *Iustitia retat ne. simulato morbo rei impotentia, quispiam p< usionem* huiusmodi *sibi comparet.*

Vero hodio montée plurium sanandae sunt a damnoso isto errore quo publica utilitas fere flocci fit, ita ut etiam publici ofliciales, praecipue civiles, ipsi communitati inservire nesciant, et, sine scrupulo, publicas pecunias prodigant, de publica vero utilitate modicam sollicitudinem gerant.

II. />e *ludice.*

509. — I. Notiones. 1. *De ordine iudioiorum. a)* In iure *canonico,* etsi, vi c. 1573, quilibet Episcopus ofllcialem cum ordinaria indicandi potestate constituero debeat, nihilominus eadem Episcopi persona est legislator, index et administrator ; dum hodie, in societate temporali, perfecta distinctio viget inter legislativam, administrativam ot iudiciariam potestatem, *b)* Tam in foro canonico quam civili, distinguuntur causae *civile»,* in quibus lis. inter partes exorta, definitione iuris exstinguitur, nulla voro poena statuitur, et *criminale»,* in quibus coercitio delictorum ob bonum commune, per aptas poenas principaliter intenditur; principaliter, inquam, quia, tam in foro canonico quam civili, licet in causa criminali accessorie movere querelam privatam, v. g. ad obtinendam damnorum refectionem.

c) In foro *canonico,* tribunal primae instantiae pro causis saecularium et religiosorum non exemptorum et etiam pro controversiis inter saeculares et regulares vel inter regulares diversarum religionum, est Episcopus, a quo ad tribunal Metropolitani appellatur. Si autem Metropolitanus ipse index primae instantiae fuerit, tribunal Episcopi suffraganei, semel, probante 8. Sede, electum, est ipsi curia appellationis. Tertius jurisdictionis gradus, qui, permittente S. Pontifice, etiam primus esse potest, est *Rota Romana.* Cum autem sint duodecim auditores Rotae, qui indicent per turnum trium auditorum, appellatio a sententia Rotae ad alterum Rotae turnum devolvitur. Tribunalibus omnibus praeest aliquo modo *Supremum Signaturae Jpo»tolicae Tribunal,* non nullis Cardinalibus constans, quod iudicat de querela nullitatis contra sententiam rotalem, de conflictu competentiae inter tribunalia inferiora, etc. (cf. c. 1603. 1601). Nullitate sententiae declarata, vel concessa restitutione aut admisso recursu, causam remittit ad S. Rotam, nisi SS. alitor providerit (c. 1604).

In foro *civili* distinguitur pro minoribus controversiis et delictis index conciliator *(pretore, juge de paix)* ; dein, pro causis civilibus, tribunal ordinarium, quod apud nos vocatur primae instantiae, quod simul est tribunal appellationis a sententiis iudicis conciliatoris. Saepe exsistunt tribunalia specialia, ut tribunal *commercii* pro controversiis inter negotiatores, *proborum virorum (prud'homme»)* pro controversiis inter magistros operarum et operarios, *tutelarum,* quod in quibusdam regionibus consilium familiare supplet. Λ tribunali appellatio datur ad *Curiam appellationi».* Pari ratione duplex gradus habetur in causis delictorum. Verum hic, pro delictis gravioribus, et etiam, non raro, pro delictis ordinis politici ot preli, exsistere solet *curia annmiarum* in qua cives, sorte inter primores designati, omisso iuramento

(unde *iurati* appellantur), quaestionibus positis a magistratibus qui simul adsunt respondent *affirmative* vol *negative,* et sic reuni noxium vel innoxium indicant. Auditis istis responsis, magistratus qui in assisiis curiam componunt, poenam secundum legem statuunt, si reus indicatus sit noxius, et pronuntiant sententiam. Si tamen quaedam pars suffragiorum ab altera dissentiat, ipsi magistratus quid de reo sentiant declarare debent, suamqiio cani alterutra parte suffragationem conjungere.

Supra tribunalia et Curias appellationis vel assissiarum exsistit ('uria (una vel multiplex) *Cassationis,* quod de vitiis formae et de violata indiciorum lege indicat, intrinsecum autem causae meritum examinare non solet sed curiae diversae indicandum remittit.

In iure romano *magistratus* (praetor) ius dicebat et formulam scribebat secundum quam *iudex,* post facti examen, sententiam dare debebat, undo procedura *in iure* et *in indicio* distinguebatur. Si excipias «jnod modo diximus de Supremo Signaturae tribunali et de Curia Cassationis, in foro tam canonico quam civili, idem index de facto et de iure pronuntiat.

In foro *canonico,* praeter indicem vel indices (si tribunal sit collegiale), designari possunt *auditores,* qui, sententia abstinentes, testes citant et audiunt, acta judicialia instruunt ; intéresse debet *actuarius* ad acta exaranda vel saltem subscribenda. Habetur quoque *promotor iustitiae,* cui nunc actio seu accusatio criminalis reservatur (c. 1934) et qui etiam in causis contentiosis, ubi bonum publicum id requirat, partem gerit ; et *defensor vinculi,* ad vinculum sacrae ordinationis aut matrimonii tuendum.

In foro *civili,* distinguuntur *indices* proprie tales qui sedentes sententiam ferunt et *officiales (procurator regius* vel *rcipiilriicae* vel eius *substitutus,* vel *advocatus generalis* vel *procurator generalis)* qui stantes in quibusdam causis civilibus expromunt quid sentiant, vel in causis criminalibus partes agunt *accusatoris.*

Sed, dum in foro *canonico* initium actionis et inquisitio etiam ad indicem pertinet, in foro *civili,* index non potest sententiam legitime ferre nisi rogatus, sive a partibus in re civili, sive a procuratore publico in re criminali.

In foro *canonico,* partes possunt per se agere vel sibi eligere *procuratorem (avoué)* quo repraesententur, et *advocatum* quo defendantur. Is ceterum in causis criminalibus ex officio datur. In foro *civili,* cum causa non est criminalis, interdum partes per se compatere non possunt sed aliquem procuratorem eligere debent.

In foro *canonico,* defensio est scriptis conficienda ; « admittitur tamen moderata disputatio coram indice pro tribunali sedento ad aliquid illustrandum, si. alterutra vel utraque parte postulante, index eam utilem censeat atque admittat ». Cf. c. 1863 et 1866, $2. Contra, in foro *civili,* defensio fit oralis et causae per se publice agitantur.

In utroque foro, *canonico et cirili,* habentur sententiae *declaratoriae* et sententiae *decisoriae* seu *decretoriae.* Déchirât oria

authentice, promulgat vel anilitatem actus iuridici vel (hoc in solo foro canonico) contractam poenam; decisoria seu decretoria, quasi lex particularis, titulum continet proximum quo ius partium constituitur vel poena a reo sustinenda est. Et. dum causa deliberatur, index plura mandata et iussiones tamipiam verus Superior edit.

510. — II. Requisita ad legitimum indicium sunt haec tria: *iurisdictio, rectus processus* et *recta intentio.* Oportet ut causa rite *introducatur* et *finiatur.* In hodierno foro civili, index sol lemnitates lege requisitas semper observare debet, nec facultatem habere solet ferendi poenam arbitrariam, sed tantum intra certo-limites, pro casuum varietate, poenam augere vel minuere potest. Inaequali potestate componendi controversias in variis legibu-fruit ur.

Defectus rectae intentionis caritati non autem iustitiae adversatur.

Jurisdictionem non habet index saecularis in personas vel causas ecclesiasticas; ad quas dirimendas a solo S. Pontifice valide delegari potest.

Quare qui laicali iurisdictione utitur contra *personas ecclesiasticas* vel in *causis ecclesiasticis,* iustitiam violat erga societatem ecclesiasticam et erga personam quam sine iure cogit: peccat praeterea contra *relicfionem,* ex cuius inotivo fori privilegium inductum est. Hoc est per se grave. Privilegio tamen isti per Concordata et etiam per consuetudinem, saltem centenariam, derogatur: quam consuetudinem Secretaria Status, anno 1911. pro Belgio, Germania et Hollandia agnovit (Cf. *Per.* VI. 190).

Agnitione ista, quae aliquam tolerantiam potius quam formalem iuris abdicationem sapere videtur, sacrilegium et iniuria erga societatem ecclesiasticam tolli videtur. Estne tamen ideo iurisdictio etiam poenalis in personas ecclesiasticas concessam: estne magistratus laicus vere competens in re criminali factus.' Id dubitamus. Quare, saltem ubi gravior causa agitetur et expressum concordatum vel indultum desideretur, suadendum arbitra mur ut formalis facultas, de qua e. 120, § 2. si fieri potest, ibi petatur ubi forum privilegatum mere obsolevit. Atque etiam a personis (piae sacerdotes et praelatos coram indice laico trahunt, attendenda est lex naturalis, quae iubet ut debitam observantiam Superioribus praestemus et scandalum vitemus.

[510.]

511. — **Poenae violantis forum privilegiatum.** Ex c. 120, Cardinales, Legati Sedis Apostolicae, Officiales maiores Romanae Curiae ob negotia ad eorum munus pertinentia, vel Ordinarius proprius apud indicem laicum conveniri nequeunt sine venia Sedis Apostolicae; et qui *ausus fuerit* huiusmodi personam sine tali venia ad indicem laicum trahere, contrahit ipso facto excommunicationem Sedi Apostolicae *speciali modo* reservatam (c. 2341); ceteri privilegio fori gaudentes conveniri nequeunt sine venin Ordinarii loci in quo causa peragitur; quam tamen licentiam Ordinarius, praesertim s' -actor est laicus, ne deneget sino insta et gravi causa, tum maxime cum controversiae inter partes componendae frustra operam dederit (c. 120, $2); et qui ausus fuerit alium Episcopum etiam mere titularem, aut Abbatem vel Praelatum *nullius* vel aliquem ex supremis religionum iuris Pontificii Superioribus ad indicem laicum trahere, contrahit, ipso facto, excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae «*impliciter* reservatam; demum si aliam personam privilegio fruentem sine licentia convenire coram laico ausus fuerit, clericus quidem incurrit ipso facto in suspensionem ab officio reservatam Ordinario; laicus autem congruis poenis pro gravitate culpae a proprio Ordinario puniatur (c. 2311). Verum, quia *ausus* requiritur, nemo poenam contrahit qui officio coactus personiam privilegiatam ad indicem laicum trahit : et, ipso canonis textu, indices ab hoc delicto excluduntur. cum ipsi neminem ad tribunal suum trahant. Cf. *Epitome,* III, n. 540.

512. — III. Obligationes procuratoris publici. Praeter scientiam competentem: 1. cavere debet civium famae. Quare, nisi indicia quae secundum leges et receptas consuetudines sufiiciunt, praecesserint, nequit de aliqua persona specialiter inquirere an crimen aliquod commiserit. Nec in iure canonico ut accusatus citari potest nisi is contra quem semiplena probatio exstiterit; 2. cum iustitiae non autem condemnationis sit promoter, debet pro merito causae sententiam dicere, nec praeiudicata ratione condemnationem, plus quam probationes permittant, urgere; 3. conari debet ut causae, praesertim criminales, cito indicentur, nec cives fortasse innocentes carcere praeventivo diutius detineantur. (De illa infamia vitanda, cf. Ball. Palm. *Op. thcol.* IV, 559.)

513. — IV. Obligationes indicis instructoris. 1. Ipse in causis examinandis diligens esse debet; et quia publica scientia acquirenda est, et ea ratione quae ad bonum commune expedit, ea sola media investigationis index adhibere potest quae usu probantur, nec ansam praebent multarum abusionum, vel quae, ipsis indicis dignitati repugnant. Confessione mediis iniustis extorta

index ad reum condemnandum uti nequit. Ac perinde dicendum videtur, si culpam noverit iniustis interrogationibus (piarum injustitiam reus ignorabat. (Cf. Palm. *Opus. Theol.* IV. 556. (pii hoc probabilius existimat). Si vero, iniustis interrogationibus, alterius culpa detecta fuerit, cum actio non fuerit alteri iniusta. culpa ista publice vindicari, i. e. puniri iudicialiter potest.

2. Inter media plane ab hodierna processus criminalis indole aliena, usus *hypnotismi* reponendus videtur. Accedit enim ad quoddam genus torturae, cum confessionem delicti vi inexsuperabili extorqueat ; idque non sine damno subiecti fortasse innoxii et deminutione eius libertatis in posterum. Quocirca, nisi forte specialis necessitas avertendi mali publici id postulaverit, huiusmodi media adhibere nefas arbitramur. Liquet autem confessionem factam in illo somno, numquam pro argumento certo haberi potest, sed data sic indicia mediis ordinariis comprobanda esse.

514. — V. Obligationes iudicis causae. 1. In causis examinandis et expediendis solitam prudentis iudicis diligentiam adbibere debet. « Ex officio enim tenetur cuique tribuere suum: quod non facit, si sententiam sine insta causa differt ». (Busembaum. *De indice).* Damna et expensas a graviter culpanda neglegentia profecta laesae parti refundere tenetur.

2. In causis *criminalibus* valet istud :« delicto non probato, absolvitur reus ». Et quia index personam *publicam* induit, ex *publica scientia* ipsi delictum constare debet. Publica autem scientia ea est (piae secundum acta in indicio comparatur. — Si *privata scientia innocentem* noverit qui tamen publice convincitur, reum (mini modo liberare debet, si potest, v. g. offerendo se ut testem et desistendo a causa ut index. Si nihil possit, alii, cum 8. Thoma hic etiam mere ad scientiam publicam attendendum esse putant. Alii id simpliciter negant, cum ius sit innocentis ne damnetur. Rectius, cum Lugo, *lust.* d. 37, n. 41 ss., distinxeris causas criminales maiores et causas minores in quibus de solis poenis pecuniariis agitur. In haec enim bona potestas publica habet altum dominium vi cuius, ob proportionatam causam publicam, ea civibus auferre possit. E re publica autem est ut servetur ordo indiciorum, cum eius violatio facile scandalosa evadat Tunc ergo sententiae S. Thomae locus videtur, non autem cum poena mortis vel huiusmodi pronuntianda foret.

[511-514.]

3. In causa *civili,* dubia facti pro reo solvuntur. Perpetuum enim istud est: ei incumbit probatio qui dicit, non ei qui negat. Quae ratio iam est praeferendi possessorem, quatenus actionem alterius mere repellat.

Quid autem de *dubio iuris ?*

Omissis antiquiorum regulis, civilis index respondeat secundum sententiam «piae, studio facto, ipsi magis probatur: nisi sententiam receptam in tribunali appellationis sequi malit, ne propria reformetur. Huius enim auctoritati multum deferre potest.

Haec est mens nostrarum legum et communis ratio qua munus indicis intellegitur. Index enim non est mere doctor privatus, sed *authentica* sua definitione dubium in casu particulari aufert. Cum autem, in sua danda solutione, de sola veritate sollicitus esse debeat, profecto peccarit, si rem adindicarit cui minor probabilitas favet. LUGO, *luet.* d. .37, n. 117 excipit si bonum commune, v. g. scandali vitandi, quia, per accidens, electio sententiae probabilioris magna detrimenta publica allatura sit, exigat ut pro minus probabili sententia feratur ; vel si causa sit cui, ex lege positiva in dubio favendum sit.

Nec obstat iustitia quin, prout potest, aliquid probabilitati minori concedat. In dubio moraliter aequali, alii dividendam rem dicunt, *si index id facere possit.* (Id v. g. in / N'. A. facere vetaretur; deberet potius rem in statu suo linquere). Nec damnant «pii rem alterutri addicat. Semper autem memor sit regulae 11 luris in 6°: « reo favendum est potius «piam actori ». De cooperatione indicis ad legem iniquam, egimus supra, n. 140.

515. — Potestne index alteri *parti suggerere ÿuûd ipsa pro se allegart posset f*

I«l S. Ai.phonscs (L. i, n. 210) reprobat, quia advocatum agere non possit. Id per se licere, censet Reiter, *Vco-confcssarius,* III, 465, et post eum Lehmkühl, I, 960, 5.

Innuo id faciendum dicit ex caritate, « si de gravi damno publico, aut periculo animae, aut de causae piae damnifieatione agitur ». Verum caveat index ne videatur studio partium abripi : quod foret seandalosum. Neque id fas esse putamus ubi agitur de mediis inris quae ex otbcio suppleri non possunt, sed valent tantum si a litigante appellantur : ita praescriptio.

Ceterum, argumenta iuridica index in sententia danda allegare potest et debet.

516. — *Quid liceat iudici circa munera t*

Spectato iure naturae, munuscula sponte oblata acceptare potest, non autem ea, ante sententiam, qnae periculum creent pervertendi iudieinni.

Eorum tamen quae acceptaverit dominium comparat. — Restituere debet ea quibus »e obligavit ad id faciendum quo ex iustitia tenetur, ut puta ad sententiam inetam ferendam. Quae autem *hoiuxtam it indebitam* praestationem compensant, ut puta extraordinariam diligentiam, reddere minime debet. Denique ante commissam iniquitatem, non autem postea, reddere debet iniquitatis pretium. Cf. dicta de causa illicita n. +12.

Quid igitur si, cum optio ipsi permittitur, pretium accepit nt aliquam causam prius examinaret? Id damnare non audet Laymanv, L. 3, s. 5, tr. i. c. 1, n. 9, dum e contrario Lu«O, *hint.* d. 37, n. 136, probante S. Alphonso, L. 1. n. 196 et Lehmkuiil, 1, 969 existimant non licere pro electione alicuius partis aliquid accipere quotiens ex iustitia tenearis alterutrum gratis facere, nec ullus labor addatur : nihil enim praestas onerosum quod pretio compensetur.

Verum omnis munerum acceptio non parum detrahit de fama magistratuum et de honore iustitiae. Quocirca omnino probandae sunt leges quae graviter puniunt indices qui talia acceperint. Omnis munerum acceptio cantine 162+ et 1911, §2, tum iudicibus tum inquisitori prohibetur; in causis autem BeatiHcationis, debent iuramentum de non acceptandis donis emittere. Modica esculenta, quae ante Codicem, liberaliter oblata, tolerabantur, ista prohibitione non videntur esse contenta.

517. — VI. Effectus sententiae iniustae. In dubia praesumptio sententiae favet. Ubi autem certo sit iniusta, conscientiam non obligat, quamvis, interdum, in foro externo, ad vitanda scandala observari debeat. Ipsa pars quae triumphavit, cognito errore, alteri cedere debet et secundum regulas generales acceptum restituere. Index si culpandus sit damna sarcire debet. Xisi autem agatur de legibus quae multam compensatoriam tributorum imponat, nihil ob non petitam multam restituere debebit, quia finis poenarum non est ut aerarium ditescat.

III. /h- *Iuratis.*

51S. 1. De scientia necessaria quaeritur num iuratus licite munere fungatur quod, sine sutlieienti peritia, saepe exercere debebit.

Resp. Sola quaestio facti est iuratis solvenda. Periculum erroris quidem non est negandum, sed non valde timendum est ne civis innoxius appareat convictus, eum astutiae et artes advocatorum ellieiant ut saepe vere noxius absolvatur. Detrimentum autem boni communis, quod ex sontis absolutione accipitur, legislator ipse sibi ascribat. Immunis ergo a culpa videtur iuratus

qui firmiter statuat illum solum damnare quem veri sceleris manifestum arbitretur. Accedit quod, hac animi dispositione, melius aget quam, secundum plerumque contingentia, is qui ipsi substitueretur, ita ut se saltem relative capacem existimare possit: quod satis est.

519. — II. De usu privatae scientiae. 1. Ne iuratus quidem damnare potest quem innocentem noverit. Numquam enim argumenta allata ipsi dabunt intimam persuasionem quae, secundum legem, necessaria est ut accusatum pronuntiet noxium.

2. Nec, ut nobis videtur, damnare potest eum quem sola privata scientia reum noverit. Ipse enim ordo iustitiae postulat ut. ad damnandum civem, publica scientia habeatur.

Nec ius positivum quod quidam allegant, v. g. de lege Belgii, hunc sensum habere nobis videtur. Sunt tamen, ut 111. WaFFELaert, *Iu* II, p. 433, qui existimant usum privatae scientiae lege permitti posse. Id concedere poterimus si specialiter rei publicae intersit ut crimen puniatur. Cf. Génicot, II, 9.

Quid, jjï *clericus fuerit reus,* vidimus, supra n. 142.

IU. Fit hodie ut iurati suo oflicio scandalose desint, cum, propter rationes omnino causae extrinsecus, qualis politica passio, vel vindictae appetitus, vel errores antisociales, manifesta scelera commissa esse negent.

IV. *De arbitris.*

520. — Notio et officium. 1. Arbitri sunt personae, per se privatae, quas, pactione quae dicitur *compromissum,* partes ultro elegerunt ut litem dirimerent.

Per se debent secundum legem sententiam ferre, nisi ex compromisso facultatem habuerint rem ex aequo et bono compensandi.

Partes pactione stare debent. Ceterum, servatis quibusdam condicionibus, sententia arbitrorum vim rei indicatae obtinet.

2. Pro quibusdam quaestionibus facti solvendis, ipsi indices arbitros *(periti, experts)* designare solent. Ili tunc caveant ut diligenter munus suum expleant, nec sinant se in detrimentum vel fisci vel privatae partis ad mendaces conclusiones trahi.

λτ. *De Advocatis seu patronis caudarum.*

521. — L Officii partes. Haec regula generalis tradi potest: *advocato licent haec omnia et nola quae licent ei cui patrocinatur.* Namque eius causam defendendam suscipit.

2. *Causam* quam scit esse *iniustam suscipere sub grari peccato retatur.* Ex causis autem *civilibus, ex* utraque parte probabilibus et dubiis, utramvis etiam minus probabilem tueri potest, dummodo cliens de minore probabilitate moneatur, et dummodo sit aliqua spes victoriae. Γtraque enim pars ius habet proferendi suas rationes in indicio: nec semper verius est quod est magis probabile. Si autem nulla sit spes victoriae, res in inutilem alterius partis vexationem desineret. Excipe tamen si insta et proportionate gravis ratio sit prosequendi litem : ut puta si tantum ex praeiudiciis vel ex indicum improbitate causa; fuerit desperata. In causa *criminali,* reum etiam sontem defendere potest ut mortem aliamve poenam effugiat. Reus enim non tenetur nisi juridice convictus poenam admittere; potest igitur per se vel per alium probationes evertere, donec convincatur. Verum, per fas et nefas, et abutendo ignorantia vel passionibus iuratorum, publicas vindictas impedire, id variis virtutibus etiam graviter adversari potest; et debitam patriae pietatem et caritatem socia liter offendit.

Etiam in causa insta adhibere media illicita, ut falsos testes, documenta spuria, non potest. Si tamen causa manifesto insta sit, id commutativae iustitiae non adversabitur.

3. »S7 *in progressu causae iniquitatem agnoscat,* clientem mox monere debet eique suadere ut desistat. Nam cum stipendio sit conductus. ipsa iustitia eum ad hanc monitionem obligat quatenus cura ista tacite promissa sit : id ex moribus, honestate clientis colligendum erit. Nec suadere compositionem qua de iure quidpiam remittitur potest, quia compositio non habet locum, nisi quando res dubia est. Nulli tamen iniuriam facit si inducat ad transactionem, sintl damno, deceptione, vi et metu, vel ad redimendam compositione iniustam alterius partis obstinatae vexa tionem. Etiam causae iniustae (piam deserit *secreta* servare debet. Excipe si revelatio solum medium esset gravissimum damnum ab innocente avertendi. Sed etiam tunc, ob prohibitionem legis positivae vel maxima incommoda, illa revelatione facienda ple-

rumque non tenebitur. (Cf. «licenda «le secreto in tractatu de veritate.)

4. Advocatus in causa iniusta parti contrariae *omnia (lamna* ex iniusta actione secuta *sarcire debet ; et* quidem ut causa principalis, si propriae parti iniustitiam celaverit; per se ut secundaria, si clienti constabat iniustitia causae. Tunc erga clientem suum per se ad nihil tenetur. Cliens, insta de causa, v. g. amicabili compositione litem deserere potest: quo casu satis est at aequum pretium laboris facti praestet. Si vero absque iusta causa liti renuntiet, et merces ab initio statuta fuerit, non pauci, cum ipso S. Alphonso L. 4, n. 225, permittunt ut hanc totam exigat. Cur tamen possit, secus atque alter operae conductor, plus exigere «piam damnum emergens et lucrum cessans, id nos fugere fatemur.

522. II. De patrocinio pauperum. Lex caritatis obligat advocatum ut pauperi in gravi necessitate gratis patrocinetur, sine tamen notabili suo incommodo; in extrema necessitate, etiam cum gravi suo incommodo pauperi patrocinari deberet. Generaliter tamen hodie, cum ex officio designentur «pii causam gratis. *pro Deo,* ut aiunt, tueantur, obligatio ista ipsi levatur. Commissa autem pauperum causa neglegi, salva iustitia, non potest. Pars enim est officii suscepti, et auctoritate sociali, ut aliquod munus imponitur. Verum etiam in gratiam pauperum nemo debet vel potest causam suscipere contra obligationem suae conscientiae. Fit autem, ut ex lamentabili ignorantia, catholici advocati causas. v. g. divortii civilis, aequo animo suscipiant quasi indiscri minatim omnes tueri possint. Inde incommoda iit recusatio huiusmodi causarum iunioribus advocatis, «pii in officio gratuitarum consultationum versari debent. Oportet ut probi edocti, possint ipsi conscientiae libertate frui. Quid de cooperatione advocatorum dicendum sit. vidimus in opere *De Castitate,* 132. 287. Summa haec est. Causae graves ob (pias licet divortium civile perfectum petere approbandae sunt ab auctoritate ecclesiastica ; quas autem cliens agere permittitur, easdem, non alias, advocati suscipere possunt.

Hodie non raro syndacatus conductos habent advocatos «pii socios consiliis adiuvare debent. Quamvis non eum singulis contraxerint, pactio ita facta videtur ut erga singulos promissam diligentiam ex iustitia adhibere debeant. Sub hac ratione munus habent, et locum in hoc capite reperiunt.

VI. *De aliis Ministris iustitiae.*

523. — Plures alii officiales in ministranda iustitia partem habent. Alii potiores, sunt *referens* seu *relator,* qui verum quaestionis statum ex officio indicibus suinmatim exhibet, ut. v. g. in rebus criminalibus, index instructionis; *secretorius* seu *actuarius.* qui acta scripto notat. Alii, inferiores, sunt *apparitores (uscieri. huissiers), custodes publici (gendarmi)* Huc redeunt variae eorum obligationes: ut satis periti, debita diligentia oflicium exsequantur; ut clientibus fidelitatem servent nec proin eorum secreta aperiant; ut eorum utilitati consulant : ut non cooperentur illicitis actibus, secundum dicta in capite de cooperatione: ut stipendium non postulent ultra iustum pretium quod legi vel pro bata consuetudine taxatur.

524 — **Quaeritur** utrum nocue possint apparitores *pro ningulis interpellationibus (exploits)* seu actis *solidum salarium petere,* oum plures eadem occasione deferunt. Res ex usu recepto et praxi timoratorum diiudicanda est. Ex iure naturae id permitti potest, ctun pretium non sit mera compensatio incommodi itineris. Verum lex positiva, usu recepta, obstare potest.

525. — Possuntne *sententiam iniustam exsequi f*

Nisi iniustitia ista sit manifesta, ministri non peccant illam exsequendo. Ipsum enim bonum commune postulat ne Superioris sententiam discutiant (2, 2. q. 61 art. 6, ad 3).

Si manifesto iniusta fuerit, per se illam oxsequi non possunt. Quare, illud malum inferre nequeunt cui etiam materialiter cooperari semper est illicitum : ut est occisio, mutilatio. Ad mala in bonis inferenda, regulae de cooperatione applicandae sunt. d'Annibaie, II. 592, existimat id licere « quia praevalet damnum reipublicae et ipsorum damnum qui secus ab officio removerentur ». Non est una doctorum sententia. Cf. dicta, n. 141.

VIL *De Notariis.*

525 — I. Notio. *Notarii* nomine venit *officialis qui pro partibus actus authenticos scribit et iis datam certam tribuit.*

11. Obligationes. Peritas esse debet et assiduus in versandis tum legibus civilibus tum fiscalibus, quia prudenti consilio non tantum causas nuditatis et litis, sed etiam non modicas expen sas partibus evitare potest. Quare monere debet partes de aptis clausulis quae actibus inserendae sunt, de modo quo superfluae

expensae impediantur. In expediendis negotiis diligens esse debet, nec mora sua &ugen impendia ; atque in rebus gerendis utilitati partium a quibus consulitur prospicere debet.

Cum non instituatur ad tuendas fisci rationes, per se in instrumentis quae scribit admittere potest ea quae clienti licent in defraudandis tributis. Verum caveat ne se temere in discrimen offerat gravis subeundae poenae.

VIII. *De Accusatore.*

527. — I. Notio. *Accusator* olim erat *privata persona quae, propter bonum vindictae publicae, alterum coram indice de crimine accusabat, suscepto onere crimen probandi.* Deficiente probatione, ipse accusator poenam luere debebat. here ubique, in iure civili, et nunc etiam in iure canonico, suppressa indiciali accusatione, privati solo denuntiandi ofticio fungi interdum debent. Generales regulae de denuntiatione traditae sunt n. 117. Hic de sola obligatione denuntiationis iudiciariae quaedam addenda videntur. E triplici fonte obligatio manare potest : ex *iure naturae,* ex *.suscepto oflicio,* et ex *praecepto* seu *lege Superioris.*

«) Ex iure naturae denuntiatio iudicialis facienda est. quando est medium unicum et probabiliter aptum impediendi publicum damnum vel magnum damnum proximi. Cf. Lugo. *fust.* d. 38, n. 14. Casus erit criminis *pendentis,* aut quod prudenter indicatur iteratum iri. Quo maius damnum timeatur, quo magis sit certum et imminens, quo maior sit spes illud impediendi, eo gravior fit obligatio, quae est caritatis, et, eum damnum publicum agitur, gravius iustitia legali urgetur.

Ab hac obligatione *excusat* grave et proportionatum incommodum proprium, aequale damnum denuntiati, si fit ad avertendum damnum proximi, nisi pietas praeterea te adigat ad magis consulendum proximo qui tecum sit arte coniunctus.

&) Ex suscepto ofticio noxios denuntiare debent : promotores fiscales, custodes publici et etiam privati, quatenus id pertinet ad munus implendum.

Omnes enim qui personis vel rebus custodiendis sunt praepositi. tum vigilantia propria tum indiciali denuntiatione, personas et res, etiam cum periculo et incommodo in suscipendo munere promisso, ab iniuriis secundum rationabilem dominorum voluntatem protegere debent. Quare aliquando e summo rigore,

sine laeso iuramento, custodes deflectere possunt, Quod valet etiam de iis qui vectigalibus exigendis praepositi sunt. Cf. Lehmk.. 1, 987. Tenentur ex iustitia commutativa, ita ut damna ex neglecto ofticio manantia sarcire debeant; amissas tamen multas probabiliter rependere non tenentur.

c) Ex praecepto vel lege Superioris. Ex novo Codice expressa obligatio denuntiandi non imponitur nisi deferendi clericos vel religiosos qui sectae massonicae similibusque associationibus nomen dederint (c. 2336, § 2) et confessarios sollicitantes (c. 904 et 2368, § 2). Principium obligationis, c. 1935. § 2. exprimitur.

Ab hae obligatione excusat : «) perfecta emendatio delinquentis. si parti laesae sit satisfactum, nec aliis periculum immineat (sed cf. dicta de denuntiando confessario sollicitante) : //) secretum commissum ex officio, nisi ex perseverante cuiuspiam malitia oriatur grave innocentis damnum, aut e religione vel patria graviter intersit ut reveletur (cf. Lugo, *lust.* d. 38, n. 37) ; c) si inde imminet grave periculum honoris, vitae, rerum tuarum. Quare non teneris te ipse denuntiare, neque, per se. socios criminis quando sic aequivalenter te ipse denuntiares.

N. B. *De teste et reo,* cf. *Tract, de reritate.*

IX. *De Medicis et Chirurgis.*

528. — I. Officia. 1. Ex contractu, medici et chirurgi *meliore quo possunt modo opitulari infirmo* debent.

Quare tutius quod praesto sit remedium administrare debent. Desperata tamen infirmi salute, remedium ambigui exitus, quod forte profuturum forte mortem acceleraturum sit tentare possunt, dummodo in id infirmus consenserit explicite vel implicite, ac de re certior fiat, ut sibi consulere possit, nisi iam conscientiae et rebus suis providerit. Si tamen nulla spes huiusmodi prudentiae adsit, monitio ista imponenda non videtur. Deficiente ipso infirmo, proximi pro ipso, quasi interpretes eius voluntatis respondere posse videntur.

Quando, praeter effectum bonum, sequetur certum nocumentum. nec aliud remedium praesto sit. ex proportione inter spera tum bonum et malum quod timetur causa aestimanda est. Numquam vero, ut dictum iam est, explorandi causa remedia pericu losa vel « operationes » in aegrotum, etiam consentientem, ten tari possunt. Cf. Lehmkuhl, I, 1183, V.

De usu morphii, hypnotism! actum ext, I. 478. et supra. 325.

Ad *abortum* directuni coopérai·! non possunt. Obstinatae mu. lieri innocuam potionem dare non est illicitum, modo tamen malam actionem ne medicus simulet ; sed a scandalo cavere debet et etiam a poenis legis, si abortus, casu secutus, ipsi auctori tribuatur.

2. *Officia caritatis spiritualis et temporalis adimplere* debent (piorum frequens medicis occasio offertur. Curabunt itaque ut ipsi possint in casu necessitatis valide baptismum, praesertim fetibus conferre : moribundum de suo statu tempestive certiorem facient ut saluti suae et etiam temporalibus rebus providere possit. Melius id per se praestabunt, nec plerumque inde gravia incommoda sibi timenda habent. Si tamen alii monitionem facere possint et velint, satis est ut hi certiores liant. A gravi obligatione excusari possunt, si vel omnia iam ordinata noverint, vel certum habeant id nihil profuturum ob perversam hominum dispositionem. Hoc tamen raro accidet.

3. *Visitationes non plures numero instituere* possunt (piam vera aegroti utilitas id poslnlet ; vel (piam suadet solamen quod rationabili infirmi vel familiae eius voluntate exspectatur. Perinde dicas de remediis ministrandis.

4. *Pretio taxant usualem excedere non possunt,* attenta tamen etiam eius peritia et fama. A pauperibus exigere non possunt nisi pretium minus quod ipsis concedi consuevit: nam illud tantum pauperes tacite promiserunt.

529. – II. *Peccant contra ipsam iustitiam,* dum officia ista violant. Nec a gravi excusari possunt medici isti (pii. pactione facta cum chirurgo, suadent clientibus operationes non necessarias, pro quibus ipsi a chirurgo praemium consilii obtinent. Perinde dicas si pharmaca superflua sumenda praescribant.

530. — III. *Medicus conductus a communitate,* a) ex iustitia aegrotos tempore luis deserere vetatur; ex iustitia eos pro quibus conducitur curare diligenter debet. Stipulatio enim in favorem tertii valet ex iure naturae, et tertius dum appellat medicum conductum, stipulationem ratam habet. Medici non conducti. si grave periculum vitae declinent, difficile de gravi violatione caritatis argui poterunt, nisi probabiliter, saeviente lue. multos serrassent (pii nunc moriuntur.

X. *De pharmacopolis.*

531. — i<i unum satis erit dicere : ut remedia bona et accurate contecta praebeant ; et caveant ne venales offerant res (piae omni usu utili vel honesto destituuntur. Cf. n. 145.

XI. *De proxenetis.*

532. — Notio. In dies plures occurrunt personae quae vel pro aliis quidpiani agere vel alios in quodam incepto adiuvare. obtenta mercede, parati sunt : adeo ut pretio venales sint catalogi personarum a quibus eleemosynae pro bonis operibus sperari possint. Si quisnam iter longinquum meditetur, societas se offert ad omnem commoditatem itineris procurandam : si quisnam vel vendere vel emere aliquam domum cupiat, est qui ipsi emptorem vel venditorem conquirat; si quis causam habeat litigiosam, est qui velit ipsi viam successus planiorem reddere; est (pii de hereditatibus iacentibus ignotos heredes indaget ut eos moneat; nec desunt qui in matrimoniis concludendis et dissolvendis partem habere studeant (/).

Hos omnes nomine proxenetarum compellamus.

Ex ipsa iustitia hi debent : 1. nihil commendare quod non sit commendatione dignum ; 2. promissam diligentiam adhibere nec causam susceptam pro meliore deserere ita, v. g. ut non possint operam suam simul duabus partibus promittere quarum utilitates sint contrariae ; 3. omni fraude abstinere ; 4. honesto pretio contenti esse.

Vix autem numerari possint casus delicati conscientiae quibus artes proxenetarum locum praebent.

SUMMARIUM.

533. — *Generalia.* Quam obligationem ot iurium commutationem contractus inter privatos oporatur, eandem vel similem gignit susceptio muneris, nisi quod contractus est semper actus iuridicus voluntarius, dum munus etiam invito, propter bonum commune, imponi potest.

Munus sine iniustitia ab incapaci assumi nequit; nec quis potest, salva iustitia, se arti exercendae, sine suflicienti peritia, offerre, nisi defectus per-

(>) Codex *Germanicus,* art. 656, omnem obligationem a promisso Pilario pto buiusmodi negotiatione matrimoniali aufert. Repetitionem tamen soluti pretii negat.

sonae idoneae vel alia causa publica, interventum vel assumptionem muneris excuset.

Susceptum munus est deinde, cum expressa vel tacite promissa diligentia, ex iustitia implendum. Nec incommodum per se cum munere conjunctum ab illa diligentia excusat.

Ob solas causas veras et instas potest quis, abdicato munere, pensionem ab aerario publico vel ab arca pensionum sibi postulare.

II. *I)t Judice.* Index, seu magistratus, non solum ius declarat, sed ius dicit; i. e. titulum proximum, quasi per legem particularem, constituit sive iuris partium sive poenae a reo subeundae.

In processu inchoando et persequendo, ordinem lege praestitutum observare debet. Inter forum civile et canonicum illud interest, quod index civilis solas sibi sive a privatis sive a promoture tiscali delatas causas indicare potest, dum index ecclesiasticus ipse inquisitionem et causae instructionem saepe imperat vel exsequitur. Ipse igitur attendere debet ad istam regulam naturalis aequitatis, ne, sine sutlicientibus indiciis, inquisitionem contra aliquem in particulari inchoet, nec sine semi-plena probatione quempiam ut reum comparere iubeat.

Fama enim personae accusatae integra manere non solet. Excipo causam praevalentis necessitatis publicae.

Index laicus etiam cavere debet ne causas fori ecclesiastici usurpet, observata ratione qua privilegium fori ecclesiastici ab Ecclesia, in sua regione urgeatur.

Porro, in causa criminali damnare non potest nisi quem ex actis reum esse sibi morali certitudine constet. Quem ex privata scientia innocentem noverit, si publice convictus fuerit, damnare sine iniustitia quidem posse sententia est gravium doctorum, et ipsius S. Thomae ; practice tamen hodie innocentem salvare potest et debet.

In causa *civili,* dubia *iuri* ipse secundum suam fundatam de lego opinionem dirimere potest et per se debet; licet tamen ipsi etiam iurisprudentiae curiae superioris, tamquam maiori auctoritati, assentiri.

Dubia *facti* plerumque solventur regula quae actori onus probandi imponit. lustitiam autem non violat qui, in aequali probabilitate, observando leges, totum uni parti addicit ; probabilis tamen iuris alterius partis rationem quam leges permittunt etiam habere potest ; v. g. in dividendis sumptibus litis.

Iniustus non est qui liberaliter oblata munera acceptat, sed observatio legis id vetantis omnino commendanda est. Quae vero pro sententia insta pronuntianda exegerit vel stipulatus fuerit, restituenda sunt ; non autem pro sententia iniusta quam re vera tulerit : hic, non vero illic, titulus quidam exsistere videtur.

In universum ad indicis probitatem spectat ut nullam habeat considerationem personarum vel causarum, exceptis istis causis quibus, ex ipsa loge, in dubio favendum sit.

HI. *De luratis.* lurati, quem norunt innocentem, semper responsione sua negativa liberum a poena reddere possunt et debent; nec reum pronuntiare possunt nisi qui secundum acta sit convictus.

Caveant autem ne officio suo desint scandalose, si propter rationes merito causae omnino extrinsecus, qualis politica passio vel vindictae appetitus. manifesta scelera commissa esse negent.

IV. *De arbitris.* Ultro electi a partibus quae litem *compromisso* dirimere statuerunt, sententiam secundum legem ferre debent, nisi ex aequo et bono negotium componere permittuntur.

Designati a indice libenter et sine partium studio munere suo fungantur.

V. *De advocatis seu patronis causarum.* Patronus causarum, in causa criminali iustitiam commutativam non violat, si etiam vere noxium poena< eripere nititur; qui autem per fas et nefas, et abutendo ignorantia vel passionibus iuratorum, publicas vindictas impediunt, contra varias virtutes etiam graviter peccare possunt, et socialiter offendunt debitam patriae pietatem et caritatem.

In processu civili causam certo iniustam nec suscipere nec prosequi possunt; dubias causas aptis argumentis stipare, salva iustitia erga alteram partem, permittuntur, dummodo proprium clientem de incerto successu moneant.

N. B. Quid testi, reo liceat infra, ubi de veritate, dicetur.

VI. *De aliis iustitiae ministris.* Sive superiores sive inferiores, munus diligenter et tideliter explere debent, parcentes famae personarum et secreti tenaces.

Manifesto iniusta sententia exsecutione compleri nequit, nisi forte agatur de bonis quibus quis renuntiaro potest.

VII. *De notariis.* Notarius peritus et diligens esse debet, ut acta, non tantum ad normam legis, valida conficiat, et secundum partium voluntatem tideliter conscribat, sed etiam eo modo conficere noverit qui partibus non modicos sumptus parcat. Rem clientium suorum, v. g. in auctione ordinanda utiliter gerere debet.

Cum non sit tributorum exactor, non magis quam ipsae partes, iustitiani violat, si defraudandis certis taxis cooperetur.

VIII. *De medicis et pharmacopolis.* Praeter diligentem eurum aegrotorum, medici et pharmacopolae ab his contractibus abstinere debent quibus, per non necessarias medicinas vel operationes, inutiles sumptus clientibus imponunt.

IX. *Dc custodibus personarum vel rerum.* Qui personis vel rebus custodiendis privatim vel publice est praepositus, tum vigilantia propria tum iudiciali denuntiatione, personas et res, etiam cum periculo et incommodo tacite in suscipiendo munero promisso, ab iniuriis. secundum rationabilem dominorum voluntatem protegere debet. Quare aliquando e summo rigore, sine laeso iurainento, custodes deflectere possunt. Quod valet etiam de iis qui vectigalibus exigendis praepositi sunt. Cf. Lkhmk. I, 987.

X. *Dt proxenetis.* Proxenetae seu multiplicis nominis hodie mandatarii qui, aliquo titulo, aliarum personarum physicarum vel moralium negotia curanda suscipiunt vel aliquo pacto adinvant, ex ipsa iustitia debent : 1. iis qui ipsos conduxerunt fidelitatem et diligentiam; 2. omnibus negativa iustitiae officia, quibas commendare vetantur quae non sunt commendanda, vel aliquem fraude decipere.

CAPUT VIII.

De delicto, quasi-delicto et de praestanda culpa.

534. —I. De delicto (1). 1. A delicto *poenali* seu criminali, delictum *civile* probe secernendum est. Delictum poenale canone 2195, § 1 definitur : « Externa et moraliter imputabitis legis violatio, cui addita sit sanctio ». Sanctio esse potest definita vel perfecte, ut si furto poena carceris sex mensium statuatur, vel minus perfecte, ut si, pro variis casus adiunctis, poena intra limitem maximum et minimum a indice determinanda sinatur; et potest etiam, saltem in foro canonico, arbitrio indicis plene committi, ut cum dicitur: «poenis congruis puniatur». — De delicto poenali valet istud : nulla poena sine lege. Secundum istud, Codex, c. G. 5° abrogatas declaravit omnes poenas (piarum nulla mentio in Codice habeatur.

2. *Delictum* vero *civile* est *omne factum illicitum, damnosum, et intentione nocendi commissum.*

Requiritur factum *illicitum,* quia « nullus videtur dolo facere (pii suo iure utitur» [Lex. 55 Dig. De regulis iuris (L, 17)].

Damnosum esse potest factum propter *damnum emergens,* seu detrimentum positivum quo (piis minus habere incipit (piam quod habebat ; et propter *lucrum cessans,* (pio quis minus habet quam quod, sine facto illicito, habuisset.

Damnum potest esse ordinis *materialis,* sive rem sive corpus atliciat, ita ut pretio sit aestimabile, et potest esse ordinis *superioris* in fama, in anima, in affectibus, etc. Omne damnum oeconomicum esse saltem pecunia compensandum constat. Interdum etiam damnum ordinis superioris potest in suo ordine reparari : morbus recuperata sanitate, fama eflicaci retractatione

0) I)c omni argumento istius capitis, cf. Pacifici Mazzoni IV, p. 218 ss. 344 ss; et (o-t.iN et Cafitant, Π, 360 403. »

reparatur. Datne autem damnum morale, qua tale, locum reparationi pecuniariae f Res non ita inter iurisperitos constat. Solent tamen tribunalia etiam solvendas quasdam pecunias statuere pro damnis ipsius corporis qua talis, vel pro damnis ordinis moralis.

Intentio nocendi supponit factum voluntarium, dolosa seu maligna voluntate imperatum.

Refectio autem damnorum propter delictum peti potest tum a tribunali contentioso, et tunc ut principale litis obiectum, vel etiam a tribunali criminali, ut accessorium processus criminalis. Nomine *partis civilis* in causa criminali appellatur persona privata quae talem refectionem damnorum petit.

II. De quasi-delicto. *Quasi-delictum* intentionem nocendi excludit, sed *oritur ex omissa diligentia* (positiva vel negativa) *necessaria^ qua adhibita, damnum non fuisset illatum.*

Diligentia imponitur sive immediate circa ipsas res servandas, sive circa causas animatas quae damnum gignere possunt: animalia, pueri, personae quarum opera conducta erat.

Ipsum quasi-delictum supponit factum hoc sensu voluntarium quod, maiore cautela vel attentione, damnum vitari potuit. Sed defectus advertentiae quasi-delictum non tollit.

535. — III. De praestanda culpa. 1. Culpa distinguitur *theologica* et *iuridica.* Theologica est ipsum peccatum quo Deus offenditur; iuridica in omissione debitae secundum leges diligentiae consistit. Haec culpa esse potest lata seu *crassa :* omissio diligentiae communis, i. e. solitae ab omnibus adhiberi; *levis:* omissio diligentiae quam homo solers adhibere consuevit: quae dividi potest in culpam levem in abstracto et in concreto, prout a persona (piae culpatur abstrahitur vel non ; *levissima :* omissio diligentiae exquisitae.

Uniusmodi graduum distinctio in omni iure repentur. Sic. in *Anglia* Slater. .1 *manual.* I. 409, allegans Chitty. TAc *Laics of Contracts* distinguit *ordinari/* neglect, *gross* neglect, *slight* neglect.

Ex *delicto* vel *quasi-dclicto,* praestatio culpae levissimae debetur. Ex *contractu* regula generalis est ut culpa levis in abstracto praestetur. Quae obligatio augetur vel minuitur, prout contractus est in gratiam debitoris vel creditoris, vel prout necessitate ipse contractus impositus est : ut in deposito «*miserabili* » i. e. qui ex inopinato casu Heri debuit.

In Cod. *Canadensi Q.* contractus numquam plus quam diligentiam boni patris familias imponit.

Casus *fortuitus* non praestatur *per se,* nisi accesserit delictum, vel debitor fuerit in mora (C. *Germanicus,* 287). Argumentum istud plenius ceteris Codex *Germanicus* tractat art. 276-292 et 823-853. Cf. quoque Cod. *Helveticum, obi.* art. 41-61.

In *foro canonico,* casus fortuitus non praestatur; imputatio autem *omissae diligentiae* prudenti indicis arbitrio committitur (c. 2203, § 2), fere ut in art. 43 Cod. *Helvetici obi.* Simul tamen, etiain in materia ecclesiastica, iustae leges civiles de contractibus ob servandae sunt. Igitur index ecclesiasticus leges istas urgere poterit et debebit.

536. — In *foro conscientiae* haec *perpetua* regula proponi potest: ante indicis sententiam, gravis obligatio praestandi culpam requirit, praeter materiam gravem, *gravem culpam theologicam,* nisi praestatio casus fortuiti vel culpae levis formaliter promissa fuerit. Ipsa autem culpae gravitas in contractu, pendet ex diligentia (piae, expresse vel tacite, maior vel minor pro vario contractu, est promissa, et ex voluntaria eius omissione, in materia plus vel minus notabili. (Nondum autem a partibus promissa censetur diligentia (piae a lege civili imponitur. Adiuncta consulenda sunt). Et in universum, si periculi conscius, in actionibus periculosis eam diligentiam omittas praecavendi quam homines eiusdem condicionis communiter habere solent, graviter peccas (nisi forte damna in te recipere iam statueris) et damnis secutis teneris. In *dubio* de culpa, non teneris.

Post sententiam indicis, debetur in conscientia pecunia quae ob meram culpam iuridicam irrogata est, modo haec saltem vere commissa fuerit.

Si ergo re vera adhibita est diligentia ob cuius omissionem quispiam reficiendis damnis est condemnatus, sententia ista, utpote (piae in errore facti fundata sit, nullam obligationem conscientiae parit, ita ut post coactam eius exeeutionem. locus sit occultae compensationi.

SUMMARIUM

537. — I. *Delictum civile* eat factum illicitum ot damnosum ex intentione nocendi commissum ; *quasi-delictum* est idem factum, sine nocendi intentione, cum culpa *iuridica* commissum.

II. *I'racxtanda culpa.* Prout diligenti» requiritur exquisita, vel hominis solertiH, vel communis, praestanda dicitur culpa levissima, levis, cra-sa.

Damna omissae vel dilatae *exaccutionis,* vel rei alienae vitiatae, in foro interno, semper, ante indicis sententiam, secundum culpam *theologicam* aestimantur: haec gravis esse debet ut gravis obligatio, etiam in materia gravi, oriatur; in foro autem externo civili, secundum *culpam iuridicam,* seu omissionem diligentiae quam lex positiva imponit.

Ex delicto vel quasi-delicto culpa levissima iuridice praestanda est. Casus fortuitus generatim non praestatur.

In foro *canonico,* imputatio fit secundum prudentem indicis aestimationem, nisi ipsa lex civilis applicanda sit.

CAPUT IX.

De Hereditate.

Articulus I. — Generalia.

Utilitas. — Quamvis multa particularia de hereditate adeunda et partienda iurisperitis permittenda sint, omnino opportunum, immo necessarium est ut theologus moralis quaedam generaliora de amplo isto argumento accurate mente possideat. Ilis notionibus instructus, de iure positivo recte sentire et prudenter casus solvere vel consilia dare facilius poterit.

538. — I. Definitio. Hereditas est *modus acquirendi mixtus iure naturae et iure positivo, ri cuius in universitatem vel ratam partem patrimonii seu bonorum alterius personae defunctae succeditur.*

Mixtum dicimus modum, quia iure quodam naturali personae coniunctae locum occupant defuncti in bonis quae ipsa coniu̇ne tionis ratione iam ad eas pertinere videbantur, rursus autem ipse bonorum seu patrimonii possessor sibi successorem in rebus suis eligit et designat ; simul tamen multa de personis quae succedunt et de bonis quae obtinent et de ratione qua peculiaris voluntas possessoris cum conaturali iure familiae componenda sit incerta manerent nisi iure positivo accurate definirentur.

Porro in definitione solam successionem universalem vel titulo universali memoramus, quia quamvis, ut videbimus, non in omni iure sint omnes successores t itulo universali simul *heredes.* constat tamen non esse heredes sed mere *legatarios* qui definita tantum bona hereditatis obtinent.

539. — II. Duplex proximus hereditatis fons. Hereditas alfera est *legitima,* seu ab intestato, altera vero ex *testamento.* Quod, tradita quadam notione historica, melius intelligetur,

540. — *Historica.* 1. Etenim, in regionibus cultus Occidentalis, ius hereditatis historice duplici ratione concipitur. Iure *Romano,* quo dominium et patrimonium magis ut qiiidpiam personale,-individuale consideratur, heres proprie fit ex voluntate defuncti, ita ut institutio heredis sit caput et fundamentum *testamenti.* Legalis ordinatio successionis tunc testamentum mensupplere censetur et secundum praesumptam defuncti voluntatem statuitur. In illo iure duplex distinguitur hereditas: *testamentaria* et *legitima* seu *legalis* seu *ab intestato ;* principalis autem est testamentaria.

2. Contra, antiquo iure *Germanico* et proin *Francorum,* quo patrimonium potius ut familiare possidetur, solus Deus heredes facere perhibetur; « gignuntur heredes non scribuntur». Quare Tacitus *(Germanicus,* 20) notavit nullum esse apud Germanos testamentum. Quando deinceps, auctoritate potissimum Ecclesiae, testamenta introducta sunt, haec divisionem et qnandam attributionem bonorum, non autem heredis institutionem immediate respiciebant, ita ut unica esset hereditas, i. e. legitima.

3. *Legibus* vero *hodiernis* quaedam utriusque rationis compositio facta est. Iure *Gallico,* potior et magis proprie dicta hereditas est ab intestato; testamento fiunt legatarii, ita tamen ut paulatim, ope tribunalium, eorum condicio similis heredum facta sit. saltem quando titulo universali vocantur. Pariter in *Γ. S. A. heirs* vocantur soli heredes ab intestato; dum qui ex testamento succedunt appellantur *devisees* et *legatees.* Plena tamen libertate disponendi quam parentibus agnoscit, lex *Angliae* ius romanum imitatur, dum pleraeque *leges latinae* constituta portione legitima principia Germanica ex parte adoptarunt. Ordo tamen successionis fit in iure latino secundum praesumptam defuncti voluntatem, observata proin aequalitate inter filios, quos pater aequali amore afficere praesumitur; dum in lege *Angliae* sollicitudo servandi patrimonium familiare e iure Germanico depromptum videtur.

Heres, in iure latino, *personam defuncti continuat* et ideo bona accipit et ultra vires hereditatis tenetur, sicut, in iure Romano, independenter a bonis obligationes defuncti assumebat; dum in Podice *Germaniae* et Γ. N./1. (excepta Luisiana, quae, ut dictum

est, regimine latino utitur) heres bona immediate accipit et ultra vires debita solvere non debet.

4. *Pactis iiitcrnationalibus* modus definitur quo leges de successionibus civibus in alia regione et extraneis in propria regione applicentur. Frequens commercium inter gentes huiusmodi pactiones necessarias fecit. Sic distinguuntur statuta *personalia.* quae civem ubique tenent, et statuta *realia,* quae bona regunt ex loco ubi exsistunt.

541. — III. Hereditatis compositio. 1. In non uno iure instituta est, in gratiam *heredum* non autem creditorum et legatariorum, sic dicta *collatio bonorum.* Hae institutione, heres, qui hereditatem adire velit (non igitur si hereditati renuntiet) lege obligatur ad conferendum in hereditatem iaeentem, quidquid ut *capitale,* ab auctore vivente, per directam vel indirectam donationem acceperit. Et ipsa legata heredi facta in partem hereditariam imputantur. Id fit ex praesumpta donatoris vel testatoris voluntate, qui censetur aequalitatem inter heredes servare voluisse. Quare, significata sua voluntate, potest donator, intra limites suae facultatis disponendi, donatarium vel legatarium ab hac obligatione eximere. Satis est, v. g. ut in testamento dicat: lego ultra vel extra partem legalem (par *préciput et hors part).* Ac per se propter diversam praesumptionem, ipsa lege agnitam, *non nulla,* ut alimenta et munera fieri solita, modicae donationes *brevi manu,* collatione facienda eximuntur.

In foro autem *conscientiae¡ tacita* collationis remissio, dummodo certa sit, sufficere poterit.

2. Bona defuncti vel censentur unicum edicere patrimonium, ut in iure latino, vel contra, distinguuntur plures massae, sive ex origine sive ex natura. Sic, in *Anglia* et in *U. 8.* Λ. distinguuntur bona quae constituunt *real property* et bona *personal estate* vel *personality.* Considerationes sociales iam temperarunt ius latinum, excipiendo, sub certis legibus, domum familiarem vel *homestead* a necessaria divisione inter heredes.

542. — IV. Hereditatis acquisitio. 1. *Possessio* in pluribus legibus hodiernis, heredi legitimo competit a primo momento quo eorum auctor obiit, et sine ulla bonorum apprehensione, nec exsistit per se, illa *hereditas iacens* iuris romani, cuius ipsa possessio acquirenda erat. Sic in iure *Italico* et *Gallico* et simile

quidquam in plerisque *Statibus foederatis Americae Septentrionalis* habetur. Itaque possessio defuncti in herede, interdum etiam in legatario universali continuat. Possessio ista vocatur gallice la *saisine héréditaire*..

2. *Perfecta acquisitio* non lit tamen sine *acceptatione.* Aditio autem hereditatis fieri potest actu expresso vel tacito: ut si heres ea peragat quae solus heres acceptans, legitime facere potest. Qui ante quam de hereditate voluntatem suam pronuntiaverit moriatur, facultatem acceptandi suis heredibus transfert. Acceptatio absolute facienda est. Potest tamen in iure *Italico. Gallico,* et generaliter in *Latino,* hereditas acceptari vel simpliciter vel reservato inventario *(con beneficio dfinventario).* Haec est vis istius clausulae, ut si inventarium intra tempus statutum rite factum sit, heres possit successionem acceptare sine obligatione solvendi debita ultra vires hereditatis. Quia autem simplex repudiatio defunctum parum honorare censeatur, acceptatio cum reservatione inventarii est modus conciliandi honorem defuncti cum propria utilitate oeconomica.

3. *Renuntiatio* hereditatis fit, in iure quo utimur, per declarationem coram indice conciliatore seu praetore. Nullam admittit condicionem vel limitationem. Verum iure *Italico* et *Gallico* potest quis nolle ex testamento succedere et hereditatem qua heres legitimus acceptare; dum ius *Germanicum* et *Helveticum* eum prohibet ne huiusmodi optione varias testatoris voluntates et legata reddat inefficaci».

Quid autem si *heres nec* positive *acceptet nec* positive *repudiet* hereditatem ! Plerumque erit alius, v. g. creditor, qui ipsum coget quidpiam delinite facere. Si autem nihil facere debuerit, non constat in iure nostro utrum, post triginta annos facultas renuntiandi an facultas acceptandi praescripta fuerit. In *Italia* potius facultas acceptandi exstincta existimatur.

4. Quod ad modum acquirendi, distinguenda est acquisitio *proprio nomine* facta et acquisitio eius qui ut defunctum parentem *repraesentans,* hereditatem adit. Si hereditas ăditui proprio nomine, divisio iit in singula *capita,* seu viritim ; si vero veniunt heredes ut repraesentantes auctorem, divisio Iit in *stirpes.* I. e. simul accipiunt, subinde inter se dividendam, partem quae isti parenti, si viveret, obtigisset. <'asus iste potissimum accidit eum pro patre defuncto, lilii hereditatem avi vel etiam avunculi adeundam habent.

5. *Renuntiatio* hereditatis personae viventis generat im *invalida* est; paeta autem de successione futura, alia lege admittuntur alia excluduntur.

Articulus II. — De hereditate ab intestato.

§ 1. — Expositio iuridica.

543. — I. Distinctio heredum. Heredes alii sunt *simpliciter legitimi,* qui vocantur, nisi testamento excludantur; alii *necessarii (legitimari)* qui ex toto excludi non possunt. Distinctio tamen ista non exsistit in omni iure. Heredes necessarii sunt *progeniti,* plerumque etiam *parentes* et *ascendentes,* raro sed v. g. in Codice Helvetico (470-471) *fratres et sorores.* Satis saepe hodie, *coniu.v superstes* plene excludi non potest. Observes, si coniugeni excipias, reliquos non vocari, nedum sint necessarii, nisi deficiente prole defuncti. Ipsi filio illegitimo pars quaedam reservanda communiter est.

Reservanda quantitas vel est rata pars ipsius hereditatis vel rata pars portionis (piae ab intestato ipsis obtingit.

Sic iure *Italico* (805 ss.) dimidia pars hereditatis proli, tertia vero ascoiidentibus(8i, deliciente prole, vovantur) reservanda est. Coniugi portio neus. fructus reservatur. In iure *Gallico, Belgico* (913-914); *Serrlandico* (960 ss. pars pro numero filiorum variat. Etenim uni lilio legitimo dimidia hereditatis pars, duobus duae tertiae partes, tribus vel pluribus tres quadrantes reservantur. Ascendentibus quarta vel dimidia pars hereditatis reservanda est prout in una tantum linea vel in utraque superstites sunt. — Codice *(It rmaiiico* (2303), dimidia pars portionis lege assignatae progenitis, patri et matri, coniugi superstiti reservanda est. — In non una re publica zhnencac *latinac* sola obligatione alimentorum seu congruae sustentationis libertas testandi coartatur. Ita in *Costariensi,* 595 ; in *Hondurensi,* 1118.1119; in *Mexicans,* 3323. 3324 ; in *Nicaragiitnni,* 1184 ss. ; in *Salratoricnni,* 1153. dum in *Argentina* re publica (3627) reservatio quattuor quintas partes attingere potest. In *Anglia* plena est libertas testandi, excepto regimine quorundani bonorum, (piae dicuntur *entailed.* Neque Codice *('anadenxi* (J. \831 libertas testandi limitatur. In / . .1. quidam Status libertatem istam saltem circa legata pia coartarunt.

Duplex cognatorum *linea* distinguitur: *recta,* quae constituitur personis quarum altera ab altera immediate vel mediate ortum habet *(lineal consanguinity)* et *transversalis* seu *collateralis (collateral consanguinity)* quae personas complectitur quae cum defuncto auctorem communem habent. Hic distinguendi

sunt *germani (whole blood)* qui ratione utriiisque parentis sunt defuncto consanguinei: et alii *(half blood)* qui ratione alterius tantum parentis sunt consanguinei: strictius *consanguinei* tunc sunt qui ratione solius patris, dum qui ratione solius matris sunt coniuncti vocantur *uterini.*

Dum in iure canonico et etiam Anglo-Americano, gradus semper ex maiore vel minore distantia ab ipso auctore communi aestimatur, ita ut si, in linea collaterali, inaequali distantia ab isto auctore separentur, gradus distantia maiore definiatur, in iure *Gallico, Italico, Germanico,* etc. etiam in linea collaterali, tot sunt gradus quot sunt generationes quibus alter ab altero distant.

544. — II. Regulae generales. 1. Hereditas ab intestato proxime coniunctis defertur. Ad solam tamen consanguinitatem, neglecta affinitate, attenditur, si coniugem excipias, cui recens magis quam antea favere coeperunt.

2. Descendentes plerumque omnes alios excludunt; dum proximi collaterales cum ascendentibus concurrere solent.

3. Inter fratres, germani maiorem partem quam qui solum patrem vel matrem communem habeant, obtinere solent.

4. Cum regimen communitatis viguit inter coniuges, communitas ista morte alterius necessario finem habet; et coniux superstes dimidiam partem bonorum et onerum communium. <pia socius obtinet. Si superstes est uxor, cum in administranda communitate nullas partes plerumque habuerit, ei etiam optio conceditur reservandi inventarii, ad prudenter definiendum utrum partem patrimonii acceptare an repudiare expediat.

5. Filii *naturales* parentibus tantum a quibus agniti sunt succedunt ab intestato. Si concurrunt cum filiis legitimis, nihil, ultra partem ipsis lege assignatam acquirere possunt. Interdum adulterinis vel spuriis sola alimenta legari possunt.

(>. Quod ad religiosos professos, professi votorum *simplicium* per se sibi acquirunt delatas sibi hereditates. Indigentne, ex voto paupertatis, licentia Superiorum ad eas acquirendas vel repudiandas? Videndae sunt Constitutiones. Obligatio nequit e iure communi demonstrari. Professi votorum *sollemniuni* easdem sibi acquirere, ex iure communi, nequeunt. In Ordine autem capaci, eas acquirunt monasterio (i. e. conventui vel provinciae); in Ordine incapaci, S. Sedi. In utroque tamen casu, videndum est

utrum necne ante sollemnem professionem <le iis hereditatibus aliter disposuerint. Renuntiatio enim de bonis praesentibus c. 581 fieri iubetur, sed de futuris non prohibetur.

5+5. — III. Exempla regiminis civilis. A. *Adumbratio regimini» Italici,* cui *Gallicum, Belgicum, Neerlandicum,* et plura alia similia eunt. Observes tamen non nullis recentibus legibus, ius successionis ab intestato in linea collaterali esse magis circumscriptum. Etenim *Belgica* lege fiscali 11 oct. 1919, collaterales ultra quartum gradum non iam ab intestato vocantur nisi a fratre vel sorore defuncti originem habeant et sic fratrem vel sororem repraesentent. Lex *Gallica* 31 dec. 1919 collaterales ultra sextum gradum successione ab intestato exclusit, nisi fratris vel sororis progenies fuerint : quo casu satis est ut intra duodecimum gradum sint coniuncti. Fere idem statuit lex *Neerlandica* 17 febr. 1923.

Itaque, lege *Italica* quattuor distinguuntur heredum ordines: 1. qui *iure familiae* vocantur: sunt cognati legitimi ; 2. qui *iure uanguini» :* sunt cognati naturales; 3. qui *iure matrimonii:* est coniux superstes; 1. qui *iure imperii* venit: est Status. Qui ordine praecedunt non raro cum successore ordinis inferioris concurrere debent.

1. *Descendente»* legitimi omnibus aliis praeferuntur, servato tamen quodam iure filii naturalis et coniugis superstitis. In primo gradu, successio iit in capita ; in stirpes autem cum quidam repraesentant patrem vel ascendentem defunctum. — 2. Post descendentes legitimos, pater et mater legitimi vel naturales veniunt aequali iure. vel alteruter superstes. Deficiente utroque^ hereditas devolvitur ad ascendentem propinquiorem. Si plures sint aequalis gradus, media pars cedit ascendentibus lineae paternae, altera ascendentibus lineae maternae. Simul concurrit *coniujr* superstes, ut, pro vario casu, tertiam aut quartam partem haereditatis accipiat (C. Ital. art. 751). — 3. Post ascendentes, seu potius simul eum ipsis, vocantur fratres et sorores vel eorum descendentes, et hi quidem iure repraesentationis. Fratres germani duplum obtinent fratrum consanguineorum vel maternorum. Verum iidem collaterales concurrunt eum parentibus vel ascendentibus defuncti, ita tamen ut tertia pars hereditatis ascendentibus obveniat ; et cum coniuge, cui debetur tertia pars hereditatis. — I. Post illos vocantur alii propinquiores cognati, sed non ultra decimum gradum. Superstes tamen coniux duas tertias partes hereditatis recipit ; immo totam hereditatem si cognati sint sexto gradu remotiores. — 5. His deficientibus, venit fiscus. — Filiis naturalibus portio quaedam reservatur in solam hereditatem parentum. — Coniugi autem obtingit, pro vario casu, iisufructiis vel etiam dominium, ex parte vel toto, hereditatis.

546. — B. *Adumbratio regimini» Germanici.* Codice *Germania* (192I-193H' quinque ordines successivi distinguuntur, *Primus* ordo continet solos descendentes defuncti, sive nomine proprio, si sunt immediati, seu filii, sive

ut repraesentantes parentem (1924) : hereditas autem aequaliter inter filio» dividitur. *Secundus* ordo defuncti patrem et matrem, eoriimque descendente.» complectitur. Si ambo pator et mater vivant, uterque dimidiam hereditati» partem obtinet; si alteruter mortuus sit, ab eo descendentes dimidiam partem hereditatis inter se dividunt. Si desint descendentes, totum devolvitur parenti superstiti. Si uterque parous mortuus fuerit, dimidia pars progeniei patris, dimidia progeniei matris tribuitur, ita ut fratres germani partem in utraque linea habeant. Hereditas inter fratres et sorores aequaliter dividitur; nepotes autem iure repraesentationis vocantur (1925). *Tertius* ordo includit avos et avias atque ab iis descendentes, et res sicut pro secundo ordine disponuntur. Si vero nullus in isto ordine reperiatnr, proavi et proaviae vel ab iis descendentes ad hereditatem simili modo vocantur. *Quartus* ordo retinet abavos et abavias vel qui ab iis orti sunt. In hoc ordine divisio fit tantum in capita. *Quintus* demum ordo remotioribus maioribus et eorum posteris componitur, sine ullo iure repraesentationis.

Perpetua itaque regula est nt quando hereditas nequit filiis vel posteris defuncti tribui, parens posteris ab eo natis praeferatur.

Coniux superstes quartani partem hereditatis obtinet si sunt herede.» primi ordinis ; dimidiam, si hereditas secundo ordini devolvitur. Ipse autem excludit posteriores ordines, nisi tamen proavi vel abavi adsint : his dimidiam partem cedere debet. Praeterea, quando concurrit cum altero ordine vel cum maioribus, supellex domestica ultra portionem suam sibi sumere potest.

Deficientibus aliis heredibus, fiscus hereditatem capere potest.

547. — C. *Adumbratio regiminis Anglici.* In deferenda hereditate ab intestato distinguenda est ea proprietas quae *Personal Property* vocatur et ea quae *Real Property* nominatur (Cf. supra n. 353).

Real Property, si nulla proles, proximo heredi masculino defertur. Si vero proles habetur, tribuitur *filio* natu maiori vel, si obierit, eius tilio. Deliciente omni prole masculina, dominium coniuncte omnibus filiabus addicitur.

Personal Property ita dividitur ut tertia pars viduae, ambae reliquae partes filiis sino sexus distinctione obtingat.

Si ipsa uxor sine testamento moriatur, eius patrimonium tribuitur marito, vel, si is obierit, progeniei.

548. — D. *Adumbratio regiminis IT.* 5. .1. (excepta Luisiana). Res singulis Statibus ordinanda committitur. Ubique tiiii vel posteri defuncti primo vocantur, atque ita ut filii vel posteri filiorum iure repraesentationis veniant. Deficiente prole veniunt fratres, sorores et parentes defuncti : varia autem ratione iura parentum cum inribus fratrum et sororum componuntur.

Ex *common laic,* fratres non germani in sojis bonis quae *personality* efficiunt partem habebant ; verum ius istud in multis Statibus mutatum est, i ta nt vel omnes fratres aequali loco sint, vel germani duplum recipiant.

In inultis Statibus filiis adoptivis omnia iura filiorum obtingunt.

Ex *common law* filii illegitimi erant filii *nullius,* sine ullo hereditatis iure. Nunc succedunt matri et plerumqpe etiam patri si agnitus fuerint.

Viduae fere ubique tribuitur dotatio ex hereditate *(doirer)* ; in non linllis Statibus simile ius nomine *curtesy* subsistit in gratiam superstitis mariti.

Praeterea superstes coniux locum inter ipsos heredes obtinet, qui variat pro variis Statibus, nec semper idem est pro marito ac pro uxore.

§. 2. — Expositio moralis.

549. — I. Legum obligatio. Leges quibus ordo successionis definitur, conscientiam etiam ante indicis sententiam obligant.

II. De uxore et filiis matrimonii mere civilis. Cum leges civiles non raro ex solo matrimonio civili legitimitatem aestiment. quaestio fit utrum necne filii nati ex matrimonio mere civili hereditatem acceptare possint, praesertim si alii filii ex matrimonio mere religioso nati sint. Bona acceptare posse videntur, sed succedunt in obligationes pietatis quibus parentes tenebantur erga filios suos vere legitimos : his saltem alimenta secundum suam condicionem praestare debebant, Cf. d'Annibale. 11,342, 22. Piscetta-Gennaro, III, 930-932. Ratio est. quia filii legitimi ex iure naturae strictum ius non habent nisi ad talia alimenta, atque in societate hodierna, ut pax publica sit in tuto, toleratur ut secundum institutum matrimonii civilis res temporales ordinentur, incolumi sane iure quod lex naturalis contulerit.

Si vero filius qui civiliter tantum est legitimus, iuridice inetlicax reddiderit testamentum quo parens filiis suis vere legitimis favere voluerit, l'I-SCETTa-Gennaro, III, 932, recte, ut videtur, his tiliis ius occultae compensationis agnoscunt. Neque damnare audent eosdem filios si. etiam absque testamento, occulto sumant portionem quam lex civilis tiliis legitimis reservavit.

Difficilior nobis videtur solutio Card Gexxari *(Consultazioni morali,* t. 1. Cons. XXIV, al quarto) qua uxori mero civili negat facultatem accipiendi et servandi ab intestato quod lex civilis viduae tribuit, et vult ut hereditas ab intestato secundum veram legitimitatem dividatur. Scilicet quod lex civilis tribuit legitimis uxori et filiis, Eminentisaimus vir addicit mulieri et filiis qui secundum eandem legem civilem non sunt legitimi. Dimidiatus iste usus legis civilis, contra legislatoris voluntatem eritne omnibus acceptus f Id sane a C. d'Annibaie 1. c. non admittebatur.

[547-549.]

III. De collatione bonorum. Cum haec obligatio bona confe reudi voluntate praesumpta donatoris nitatur, quotiescumque donatarius certus sit de voluntate donandi absoluta, bona accepto non referre et dissimulare potest. Atque in iure *Gallico* collatio non est facienda nisi ab aliis heredibus petatur.

V. De solvendis debitis. E iure naturae, heredes ultra vires hereditatis debita solvere non debent.

Innuo, sunt qui, severiorem inris dispositionem in praesumtione fraudis vel ultronei consensus fundatam existimantes, heredes, etiam post indicis sententiam, ab hac obligatione immunes pronuntiant. Simul tamen permittere solent ut creditores suum civile ius urgeant. Occulta igitur compensatio ei qui plus solvere debuit permitti posse non videtur.

Akticülüs III. — De Testamentis et Ultimis Voluntatibus.

§ 1. — Expositio iuridica.

Quia ipsi sacerdotes non raro de testamentis et ultimis voluntatibus interrogantur, e' frequenter errores committuntur qui causis piis et paci domesticae non levia damna afferunt, oportet ut theologus moralis quasdam, saltem elementarias, notiones possideat de hodiernis legum sanctionibus circi testamenta et ultimas voluntates.

550. — I, Testamenti notio. 1. Fere ubique, hodie, testamentum est *actus iuridicus, sollemnis, essentialiter ad mortem usque revocabilis, quo quis contestatur quid post suam mortem Jieri velit de patrimonio suo sire universo, sive de parte eius, sive de quibusdam rebus suis.* Qua *actus,* non contractus, a sola testatoris voluntate vim accipit; qua *sollemnis,* certis formis legitimis vestiri debet ut valeat.

In iure *romano* essentialis erat directa heredis institutio. *Codioilli* nomine veniebat actus quo quis non nulla de bonis suis post mortem exsequenda statuebat sine heredis institutione. Saepe erat vehit supplementum testamenti. Vestigium istius distinctionis adhuc occurrit in Codice *Anstriaco,* qui, ò 553, *testamentum* vocat declarationem ultimae voluntatis qua heres instituitur, dum declaratio ultimae voluntatis sino heredis institutione codi-<*illuM* appellatur. In Codice *Braziliensi,* codicilli nomine venit scriptum privatum quo secundariae ultimae voluntates significantur. Iure *Angiieo,* codicillus est scriptum quo mutationes testamenti continentur. Codex *Nierlon-(Ucua* art. 922 in sua testamenti definitione ne bona quidem memorat: « rostainentnm seu ultima voluntas est actus quo quis declarat modo revocabili, quid post mortem fleri iubeat ». Atque in iure *Anglico* nulla dispositio de bonis est necessaria. Testamentum *(Will)* est legitima declaratio de postumis suis intentionibus.

2. Testamentum est ubique actus *personalis,* quem nemo alius pro eo de cuius patrimonio agitur facere potest. Excipe tamen, in non nullis Codicibus, facultatem factam parentibus ut pro filiis certa aetate minoribus vel mentis impotentibus testamentum condant. Illa substitutio in locum filiorum vocatur substitutio *pupillaris.* Substitutio ista admittitur Codice *Lusitano.* art. 1859 et 1861; *Me.ricano.* 3443, 3444; et *Austriaeo* (pro bonis quae ipsi parentes filiis relinquunt), § 609.

3. Plerique Codices exigunt ad ipsum valorem ut testamenta sint *separatim* a *singulis* testatoribus facta, negantes eadem coninnete a duobus vel pluribus fieri posse. Quare etiam vetant ne in testamento condicio ponatur: Dummodo heres vel legatarius me heredem vel legatarium scribat. Interdum tamen permittuntur testamenta coniuneta coniugum. Cf. § 583, Cod. *Austriaci.* Saepius in pactis nuptialibus, v. g. in iure *Italico* et *Gallico,* permittitur ut futuri coniuges mutuo sibi partem hereditatis legent.

551. — II. Testamenti forma. 1. Ubique distinguitur forma ordinaria et forma extraordinaria, (piae in solis quibusdam adiunctis permittitur. Adiuncta ista extraordinaria habentur in testamentis *militaribus,* in testamentis *navigantium,* in testamentis *tempore luis.* Est etiam Codex, v. g. *Helveticus,* art. 506, qui formam specialem permittat quando, propter defectum officialis publici et impedimentum aegroti, forma ordinaria servari nequit. Verum, quod probe notandum est, testamenta ista debent, cessante necessitate, intra breve tempus forma ordinaria vestiri. Satis nobis erit de formis ordinariis breviter dicere, ac praesertim de forma privata, cum de recta forma publica officialis sit sollicitus.

Fere ubique habetur testamentum *privatum* et testamentum *authenticum,* quod potest esse *publicum* vel *secretum* (nisi malis testamentum secretum dicere formae *miadac).* Non raro tamen forma testamenti privati solis maioribus aetate permittitur. Quidam Codices duplicem formam, publicam et secretam, etiam pro testamento privato admittunt.

2. *De Jorma testamenti privati.* Generaliter, non tamen uni versaliter, opus est ut sit *holograph um.* Condiciones autem quibus

ipsum testamentum holographum satisfacere debet accidentaliter variant.

Codice *Italico,* 775, et *Gallico,* 970, requiritur et sufficit ut sit *Mhu* scriptum propria testatoris manu, cum *data* indicante diem, mensem, annum (non ergo necessario locum) et *subscriptutn* a testatore. Subscriptio inore solito facta, etiam si quid peculiare habeat, ut, v. g. apud episcopos, plane snfficit. Subscriptio est *in fine* seu post datam facienda. Id Codice Italico expresse exigitur et tutius est in iure Gallico. Nihil aliud requiritur. Nulla igitur condicio vel chartae vel atramenti exigitur: etiam si creta in pariete scribas, id satis erit. — Iure *Hispanico,* 688, holographum debet praeterea esse scriptum in charta sigillata (bullata, timbré) sigillo ferente annum quo fit testamentum. Et post mortem testatoris, debet intra quinque annos praesentari iudici primae instantiae, sub sanctione nullitatis. Depositarius autem testamenti holograph! debet testamentum intra decem dies praesentare iudici: secus damna praestabit (art. 690). — Codice *Xcerlandico* debet praeterea deponi apud notarium, qui coram duobus testibus testamentum recipit ; et a die depositi datam habet (980). Scripto holograph»» privato et cum data non potest nisi designari exsecutor testamenti, statui de proprio funere et legari vestes (982). — Codici *Austriaco* satis est ut testamentum holographum sit totum scriptum et subscriptum a testatore: indicatio datae et loci non est essentialis ($ 578). — Idem obtinet in Codice *Canadensi Q.* 850-854. — Codice *Helvetico* holographum debet esse totum scriptum a testatore, indicare locum, annum, mensem et diem et esse subscriptum (\$ 505. Cod. civ.). — Codice *Germanico* maiores possunt facere testamentum holographum cum indicatione loci et diei (2231). — Codice *Urasilienmi,* testamentum privatum, praeterquam quod scribi et subscribi debet a testatore, debet legi quinque testibus et ab iis subscribi (1645. 1648). Solae dispositiones secundariae et designatio exsecutoris possunt fieri per scriptum particulare cum data et subscriptione: actus iste vocatur *Codicillus* (1651-1651). — Codex *Mexican its* non admittit testamentum privatum nisi deliciente occasione testamenti authentici. Postulat tunc declarationem ore factam coram quinque testibus. Cf. 3535, ss. — Codice *Lusitano* testamentum mere privatum seu holographum ignoratur. — Iure *Anglico,* secundum *Wills Act* (1. Viet. c. 26, s. 9) testamentum debet esse scriptum et in fine subscriptum a testatore vel ab alia quadam persona coram testatore et sub eius ductu, et subscriptio ista fiet aut agnoscetur a testatore coram saltem duobus testibus, simul praesentibus, qui, coram testatore, testamentum subscribent. — Iu *U. S. .1,* variant condiciones. Non nulli Status testament uni holographum sine testibus admittunt ; alii etiam admittunt testamenta ore facta coram testibus. In plerisque Statibus non est necesse ut subscriptio testatoris sit in tine apposita; sed admittunt ut sit in initio vel in fine. In plerisque Statibus testes, qui vel tres vel duo numero requiruntur, conscii esse debent agi do testamento, dum in non nullis naturam instrumenti ignorare possunt. Si-

limitanea praesentia testium qui subscribunt in paucis Statibus est necessaria. Nec *per me* opus est ut locus et dies indicentur, quamvis omissio ista sit periculosa.

Praeterea Codex *Aumtriaeum* permittit quoque testamentum privatum nuncupativum. Satis est ut coram tribus testibus simul praesentibus testator suas ultimas voluntates declaret. Consilium additur ut testes quam citissimo scripto notent quae testator declaraverit. Cf. $ 585. — Simile quid permittit Codex *Helveticus* 506, quando, propter imminentem mortem, impedita commercia, luem, etc. sollemnitates ordinariae observari non potuerunt. Tunc sufficit ut testator suam voluntatem coram duobus testibus declaret. Illico alteruter testis rem notat, indicato loco, anno, mense et die. Ambo instrumentum subscribunt et deponunt sine mora apud auctoritatem iudicialem, vel, si testator sit miles activus, apud officialem qui saltem sit dux *(capitano),* Verum testamentum istud omnem vim amittit post quam a quindecim diebus forma ordinaria adhiberi potuit (art. 506-508).

3. *Deforma· testamenti authentici.* Duplex distinguitur, a) Forma *publica.* Testator coram notario, iudice vel officiali competente et testibus ore declarat quid de bonis post mortem fieri iubeat. Officialis de re instrumentum authenticum conficit, observando sollemnitates legales. Testamentum istud dicitur *nuncupativum.* In Germania minor natu aliter testamentum conficere nequit, b) Forma *secreta.* Testator adit officialem competentem, ipsi tradit involucrum declarans coram testibus in eo haberi suas voluntates ultimas. Testamentum istud non debet scribi a testatore. Satis est ut ab eo subscribatur. Neque hoc in omni iure requiritur.

4. *Revocatio testamenti explicita* vel *implicita* esse potest. Explicita fit vel destructione instrumenti privati, vel clausula (pia, in altero testamento omne antea factum testamentum abrogari dicitur. Implicita fit contraria dispositione testamenti recentrons. Inde perspicitur quanti momenti sit novisse qua die testamentum confectum fuerit.

Quid fieri possit si instrumentum testamenti perierit vel amissum sit. leges positivae consulendae sunt.

552. — Ill. De pactis successoriis. Dum aliae leges, v. g. *Italiae. Galliae, Belgii,* excepta facultate facta sponsis quaedam de futura hereditate per mutua pacta nuptialia disponendi, pacta seu contractus de hereditate futura omnino repudiant et infirmant. alii admittunt ut etiam per *bilateralem dispositionem quis ultimas voluntates exprimat.* Hoc est pactum successorium. E ve-

teri iure Germanico originem trahit. Paeta ista admittuntur Codice *Germanico* art. 2274 ss., *Helvetico* 512 ss. Forma testamenti authentici requiritur. Ambae partes debent coram notario vel indice suam voluntatem manifestare. Codice *Austriaco,* art. 602, pacta (piae universalem hereditatem respiciunt inter solos coniuges fleri possunt.

Pactio ista utramque partem tenet, ita ut *per se* solo mutuo partium consensu revocari possit. Plura cf. Codices.

553. — IV. Varia ultimarum voluntatum oblecta et modi. 1. Hodie integrum est testatori constituere vel *heredes,* vel solos *legatarios.* Non semper constat quid proprie intenderit testator. Codex quidem *Italicus,* 760, *Germanicus,* 2087, *Hispanicus,* 668. heredem dicunt eum (pii ex testamento titulo universali succedit; sed clara ista distinctio nec in Codice *Gallico,* nec in *Neerlandico* habetur.

2. Non ex sola lege, sed etiam ex stilo tribunalium resciendum est quaenam utiliter, quaenam frustra vel etiam non sine detrimento pro voluntate defuncti vel pro causa pia inseri possint in testamento. Praecipue ad res ordinis moralis vel religiosi attendendum est. Est lex quae permittit ut testator fundet quidpiam ad finem intellectualem, moralem vel religiosum, et simul administratores suae fiduciae designet; dum aliae leges exigunt ut fundatio administranda detur personae morali iam agnitae et competenti. Legatum *missarum* non omni ratione efficaciter fiet; immo in *Anglia* reiciebatur nt superstitiosum, et recens tantum admissum est; in *U. S. A.* quia nullius viventis intersit, accidit ut infirmatum fuerit. Dispositiones de repellendo sacerdote assistente, de funere religioso vel areligioso, de crematione vel de sepultura consueta, de institutione religiosa filiorum: quid operentur, in singulis nationibus est a peritis exquirendum.

3. *Peculiares incapacitates* statuuntur ne certae personae legata obtineant. Interdum, ad protegendos publicos mores, concubinarius non potest a complice legata recipere; interdum, ad amputandos excessus, altera viri uxor plus quam quod accepturus est filius prioris matrimonii obtinere nequit; interdum legata in ultimo morbo recipere non possunt quidam, ut medicus, minister sacer, qui, nisi sint iam aliunde, vinculo consanguinitatis coniuncti. sua actoritate abuti possint.

4. *Condiciones legatis vel hereditati appositae* non eadem ra-

tione ubique aestimantur licitae et possibiles. Ita v. g. condicio viduitatis hic admittitur (cf. Cod. *Italicum,* 850) alibi reicitnr; alibi, pro forma (pia fit, erit valida vel infirmabitur.

Ipsae condiciones *impossibiles* in iure *Gallico* (000), *Italico (MQ)* pro non scriptis habentur; aliae vero leges vel ipsam dispositionem infirmant; vel inter ipsas condiciones impossibiles distinguunt; vel voluntatem testatoris indagant, quaenam sit principalis.

Ex Cod. *Auxtriaco,* legatum fiub condicione suspcnsixa impossibili vel illicita est nullum ; si vero sit condicio resolutoria, haec pro non scripta habetur (§ 698, cf. etiam 712 et 700 pro condicione vetante nuptias) - In Cod. *Ileiretira,* condiciones et modi contra mores vel leges ipsum legatum infirmant; si mere sint tertio cuipiam incommodae vel absurdae, pro non scriptis habentur (482). - In Cod. *Germanico* modus impossibilis tunc solum infirmat legatum quando constat liberalitatein non futuram fuisse sine tali onero (2195).

5. *Modus* seu onus legatario impositum, si non impleatur, legatarium suo legato non privat, nisi talis fuerit testatoris voluntas. Verum alia lex facilius (piam alia modum pro condicione sine qua non habebit.

554. — 6. Praecipue attendendae sunt substitutiones. *Substitutio* est quasi altera institutio, seu *alterius heredis rei legatarii post priorem institutio.* Distinguitur *vulgaris. fiduciaria et fideicommissaria.*

a) Vulgaris habetur (piando praevidetur substitutio alterius in locum prioris qui largitione frui noluerit vel non potuerit. V. g. lego bona Titio; si is non acceptaverit, vel ante me obierit. Cains esto legatarius. Substitutio illa nullo iure prohibetur.

b) Fiduciaria substitutio habetur quando verus legatarius seu heres dissimulatur sub altera persona quae apparenter instituitur. Dispositio ista periculos i est propter non ita certam interpretationem tribunalium. Sic, (piando verus legatarius non est incapax, substitutio ista in Italia potius admittitur propter art. 829, (pii nullam dissimulationis demonstrationem admittit (Cf. Pa ('if k ii-Ma z z ()NI, VI, p. 305); dum in Belgio cavendum est ut persona nominata in testamento, saltem ex vera liberali tate ipsi facta, se legatariam demonstrare possit quamvis praeterea onera ferre debeat. Directe institutus (pii bona alteri ex toto vel ex parte tradere debet est veluti mandatorius testatoris et vocatur *fiduciarius.*

[553. 554.]

c) Fideicommissum generaliter signat *dispositionem* qui *testator, herede vel legatario fidens, aliquid ipsis exsequendum tradendum committit. Sic* heres *fiduciarius* fideicommissum pro priissime accipit.

Substitutio autem *fideicommissaria* in hoe proprie consistit ut testator bona cuipiam leget cum onere, i. e. stricta obligatione bona ista per aliquod tempus vel etiam *usque ad mortem* conservandi, et tunc eadem alteri designatae personae tradendi. Hic igitui ambo vere sed successive instituuntur. Vera substitutio strictam obligationem supponit. Quod testator cupiat alteram quampiam bonorum destinationem ; quod optata sua exprimat: id substitutioni non sufficit. Nec substitutio confundi potest cum clausula qua testator mere alienationem prohibuerit: clausula ista, saltem si in perpetuum vel per vitam legatarii alienationem prohibeat, ex alio fortasse capite non autem propter substitutionem infirma esse poterit. Nec substitutio continetur dispositione qua testator uni nudum dominium, alteri usunifriic· tum etiam vitalicium legaverit: ambo immediate instituti sunt.

Substitutiones temporariae generaliter in nullam reprehensionem incurrunt. Verum si bona usque ad mortem servanda sunt et tunc alteri personae tradenda, dispositio ista quibusdam legibus admittitur, dum aliis, inaequali severitate, prohibetur.

Iure *GalliÇo* et *Belgico* 896, *Neerlandico* 926, ita repelluntur ut cormat ipsa institutio, i. e. dispositio principalis cui onus annexum est. Permittuntur tamen in gratiam *nepotum,* i. e. filiorum qui ex filio vel fratre aut sorore nati sunt. De qua exceptione, art. 1048 et 1019 Cod. *Gallici;* 1020-1035 Cod. *Ncerlandiei* consulendi sunt. Eadem prohibitio, simili exceptione circumscripta, legitur in Cod. *Lusitano* 1866-1867, ita tamen nt institutio principalis subsistat (1869); Codice *Italico,* art. 899, istae substitutiones prorsus et sine exceptione prohibentur et infirmantur, ita tamen ut principalis dispositio firma maneat (900). I f

Codice *Aimtriaeo* ὁ 608 et 622, admittuntur; atque etiam Codice *(lermanico,* formali licentia art. 2100, sed *per se* (salvis quibusdam exceptionibus) fiunt inefficaces si substitutio intra triginta annos non habuerit locum.

Iure *Helvetico,* 488, semel seu pro uno gradu admittuntur; dum iure *Brasilienei,* 1739, ad secundum usque gradum fieri possunt; nec institutio propter prohibitam substitutionem fit infirma (1740). Idem obtinet in Codice *Canadensi Q* art. 932.

N. *B.* Habetur quoque substitutio *pupillaris* et *quasi pupillaris* qua potius in locum testatoris incapacis alter testamentum conficit. De ea dictum est supra, n. 550. 2.

555. — De servanda legitima portione. Donationes vel testamenta quibus ultra quam legalis copia est disponitur, *inofficiosa* vocantur. Porro inofficiosae numquam sunt donationes *red dituum,* nec donationes *remuneratoriae.* cum aliquo modo debitae dici possint. Inofficiosa vero testamenta vel donationes non sunt nulla, sed *heredes necessarii* agere possunt ut donata et legata ad iustam quantitatem redigantur De obligatione conscientiae cf. infra 559. 560.

556. — V. Testamenti exsecutio. Per se ad *heredem* vel *heredes* pertinet ius et officium testamenta exsequendi.

Testator autem potest nominare testamenti exsecutorem, eique tribuere mercedem. Si nullam tribuit, in alio iure, munus est gratuitum : in alio iure obtinet salarium, v. g. 5 p. c.

557. — VJ. Testamenti efficacia. Haec attendenda sunt. 1. Lex statuere solet intra quodnam *tempus* dispositiones de bonis exsecutione complendae sint. Si nihil expresse statuerit diversum, etiam pro legatis piis censetur testator se ad legem civilem accommodasse.

2. Modus quo *legata obtineantur.* In *Canadensi.* nihil petere debent a indice, dum in aliis legibus, nisi legata sponte ipsis solvantur, legata saltem particularia ab heredibus vel a magistratibus obtinenda sunt.

3. *Contributio debitorum seu onerum hereditatis.* In primis, nullum legatum debetur nisi postquam omnia debita sint soluta. Dein non potest, etiam pro causa pia. ius strictum constitui ad legatum quatenus portio legitima laedatur. Ipsi legatarii particulares nullum debitum defuncti solvere debent. Si vero sunt universales vel titulo universali, debitis solvendis pro rata parte contribuere debent. Attamen, ne in iure Gallico quidem, excepto speciali casu, ultra vires acceptorum bonorum tenentur.

4. *Modus quo* legatum vel pars hereditatis designato heredi vel legatario, propter repudiationem vel incapacitatem non tribuitur. aliis heredibus vel legatariis *accrescat,* e legibus quaerendus est.

§ 2. — Expositio canonica et moralis.

I. *Expositio canonica.*

558. — Legis canonicae usus et tenor. 1. Quamvis generali dispositione c. 1529 civiles leges de contractibus canonizentur, c. tamen 1513 lirina esse vult quae «ad causas pias, sive per actum inter vivos sive per actum mortis causa » (ergo sive per testamentiMii sive per donationem mortis causa) disposita sunt a persona quae ex iure naturae et ecclesiastico (non attenta ergo incapacitate civili) libere valet de suis bonis statuere. Quare heredes monendi sunt ut testatoris voluntates adimpleant, etiam quae sollemnitatibus civilibus destituantur. Et qui, etiam pei fiduciam, legatum obtinuerit et implere recusaverit, ab Ordinario per censuram quoque, ad id cogendus est (c. 2348).

2. Quod ad *sollemnitates requisitas,* in foro externo requiritur et sufficit probatio canonica (per duos testes vel manum testatoris).

3. Quod ad *exsecutionem,* « Ordinarii (l) omnium piarum volui; tatum tam mortis causa quam inter vivos exsecutores sunt * (c. 1515). Alii tamen possunt a testa,ore designari. Ili autem, perfuncti munere, Ordinariis rationem reddere debent, Clausulae huic Ordinariorum iuri contrariae, quae ultimis voluntatibus adiectae sint, tamquam non appositae habendae sunt (c. 1515.§3).

Ex iure hic constituto, nisi exsecutor officium detrectaverit vel abdicaverit, vel nisi removeri debuerit, non licet Ordinario exsecutorem ei quem testator designaverit substituere, vel ipse administrationem suscipere; sed est potius legalibus et testamentariis in subsidium datus. Cf. ι>'Λν χ ι β λ ι.ε. II, 369.

Commutatio autem proprie dicta legatorum piorum quae exsecutione compleri possunt, etiam si accedat proportionate causa, S. Sedi reservatur, nisi testator hanc potestatem Ordinario fecerit (c. 1517, \\ 1).

Si autem obstaculum iuris vel facti exsecutionem impediverit, tunc locus est commutationi latius intellectae, qua voluntas testatoris meliore qn» tieri potest ratione servatur, sed vel onera minuuntur vel in similia convertuntur. Excepta reductione Missarum, haec commutatio Ordinario quoque permittitur, auditis iis quorum intereat c. 1517. ὐ 2. Cf. Piscetta-GkNXaR0, II, 950.

IJ. *Expositio moralis.*

559. — I. Testandi obligatio. 1. Quod ad usum activum/a-*cultatis testandi,* testari debet ex *iustitia commutatira,* qui hoc solo medio obligationem iustitiae, v. g. restitutionem, adimplere potest; ex *pietate* et *caritate,* qui hoc solo medio vel coniugi superstiti vel filio legitimo ex matrimonio non civiliter agnito vel fdio illegitimo legaliter non agnito providere potest, qui testamento graves lites, v. g. de divisione bonorum, impedire potest, qui cavendum habet ne tilius minor pessimo tutori committatur, qui testamento hereditatem abusuro eripere potest. — In *ipso testamento,* fratres vel sorores *graviter* indigentes sine gravi pietatis laesione praeteriri nequeunt, etiam ad succurrendum aliis pauperibus vel causis piis. S. Al pii. l. 3, n. 946. Si simpliciter pauperes fuerint, vel si de aliis consanguineis agatur, levis tantum est obligatio eos extraneis per se praeferendi. De se culpandus non est (pii, nullo odio motus, consanguineos non indigentes praetereat aut bona inter filios inaequaliter dividat. Sed neutrum est, sine insta causa, faciendum, ne ad praevisas rixas, dissensiones et inimicitias praebeatur cooperatio, de se tamen venialis, cum testator iure suo utatur et secuta mala potius heredum avaritiae tribuenda sint. Justa causa praeteritionis consanguineorum esse possunt lines altiores et pii quibus quis bona sua consecrare velit ; inaequalis autem partitionis inter lilios, unius merita et obsequia maiora, maior alterius indigentia, et similes rationes.

560. —II. De testamentis inofficiosis. In foro conscientiae. *parentes* qui donationes aut legata inofficiosa faciunt sive aperte, sive dissimulata forma, «) iustitiam commutativam non violant : Ô) graviter pietatem violare poterunt, si sine gravi causa legitimam laeserint. Immo, cum libertas testandi nimis nostris legibus restricta videatur, quaevis causa vere rationabilis eos a peccato excusabit. *Donatarii* vel *legatarii,* illaesa saltem iustitia. *ante indicis sententiam* conservant quod iam ante testantis vel donantis mortem possidebant vel voluntaria exsecutione acquirunt. Violantne aliam virtutem: id ex adiunctis colligendum erit. — *Heredes necessarii* pro reductione dispositionum agere possunt, etiamsi in gratiam causae piae factae fuerint.

561. — *III. Promissio* testamentum non revocandi. *Promitsio iurata* non revocandi testamenta nullam obligationem tw/itiae parit, sed, summum, solius religionis, quae ab auctoritate ecclesiastica relaxari potest. De valore canonico eiusdem promissionis dubitari hodie potest, cum, ex c. 1529, in materia contractuum, leges civiles iustae observandae sint. Si tamen promittens voluerit hoc modo in praesenti irrevocabiliter disponere de hereditate sua, valebit ex c. 1513 in foro canonico et conscientia huiusmodi dispositio ad pias causas.

562. — IV. Testamenti interpretatio. Clausulae testamenti secundum rationabilem testatoris voluntatem interpretandae sunt. Tempus intra quod exsequendae sunt lege et usibus definitur. Designatio causae piae praesumitur facta *demonstrative, lumtajative,* ita ut si applicatio expressa fiat impossibilis, alia pia causa, quantum fieri potest, similis surrogetur arbitrio episcopi et annuente exsecutore (nisi is sine insta causa dissentiat). Heres vero, vel exsecutor, qui probo sacerdoti tradiderit summam pecuniae pro definito numero missarum, obtento testimonio (etiam orali) accepti oneris et recepti stipendii, obligatione sua liberatur. Cf. c. 839.

563. —V. Vis testamenti informis. Propter varias controversias de origine iuris testandi et mente legislatoris, cui alii voluntatem prorsus infirmandi testamenta informia, alia voluntatem tantum eadem faciendi rescindibilia ascribunt, practice *heres* exsequi non debet dispositiones profanas testamenti informis. *le</la·tarins* vero nec acceptum restituere nec heredem de vitio testamenti monere debet. Agenti autem heredi, si ius civile est clarum, ex caritate iam ante sententiam cedere potius debebit. Ius vero occultae compensationis legatario ex testamento informi hodie negandum videtur. Verum se compensare non censetur qui occulto sumat ex massa nondum divisa hereditatis. Interroganti tamen indici et deferenti iitramento sincere respondendum erit. Si sententia indicis intervenerit, huic standum erit. Heres tamen per se tenetur promissione qua testatori exsecutionem voluntatis non sollemniter expressae promisit. Quo obligationis *genere* f Id ex mente eius et adiunctis prudenter colligendum est. Obligatio erit necessario strictae iustitiae, si sic impedivit quominus voluntas in forma sollemni exprimeretur, vel bona propter istam promissionem ad ipsum pervenerint.

564. — VI. Testamentum ad pias causas. 1. Pia causa vel pia res dicitur « quidquid praecipue, fit Dei finisque supernaturalis intuitu, ad gratiam vel gloriam coram Deo promerenda vel in satisfactionem pro propriis vel alienis peccatis » (Molina. *Iust.* d. 134. 1). Quocirca hodie, propter saecularizata hospitia et praedicationem cuiuspiam altruismi mere naturalis, quod ex humana philanthropia laicis institutis confertur, ad pias causas datum non censetur.

2. Ut heres vel oneratus obligetur, de absoluta voluntate defuncti certus esse debet, v. g. quia manum testatoris agnoverit, vel moriens ipsi suam voluntatem manifestant ; nec uni testi etiam probatissimo credere debet. Quod ex ipso c. *Relatum.* II. *De Test.* (III, 2G) colligitur. Supposita illa certa cognitione.

3. Quia tum capacitas personarum tum forma hic ex lege canonica aestimandae sunt, heredes nullitate mere civili uti non possunt ut praetermittant legata pia canonice efficacia. Fatendum tamen est, ut observant Piscetta et Gennaro S. S. canonein 1513, § 2 verbis esse conceptum quae de stricta obligatione dubium ingerant, cum non dicatur « heredes moneantur *de conscientiae obligatione* adimplendi testatoris voluntatem ». sed mere praecipiatur, « moneantur ut testatoris voluntatem adimpleant ». Verum temperata haec ratio dicendi explicatur tum sollicitudine evitandi difficultates fori exterioris civilis, tum ecclesiastica prudentia et moderatione, quae non vult ut animae propter temporalia bona pereant. Quare monitio quae certo inutilis praevidetur omitti potest ; et hoc modo facienda est ut. vitata personarum offensione, heredibus renitentibus suadeat viam recursus ad S. Sedem pro amicabili compositione.

Substitutio etiam fideicommissaria *ad pias causas* exsequenda erit. Atque heres (pii, iure *Gallico* nixus, legatarium repulerit cui onus pium impositum erat, in locum legatarii et similiter atque iste tenebitur obligatione exsequendi substitutionem. Si causa profana fuerit, legatarius, si ius (ut v. g. Italicum) non irritat nisi obligationem fidei commissi, legatum accipere et onus non implere perse poterit. Si autem simul legatum irritetur, res pendebit ex voluntate praevalente testatoris, prout is, onere non impleto, rem ab herede vel a legatario possideri maluerit.

SUMMARIUM.

565. — I. *Notiones communes.* Hereditas est modus acquirendi mixtus iure naturae et iure positivo, vi cuius in universitatem vel ratam partem patrimonii seu bonorum alteri personae vita functae succeditur.

Distinguitur hereditas *ab intestato* et *ex testamento.*

Quia transmissio hereditaria ad personas coniiinctas et transmissio secundum voluntatem illius cuius erat patrimonium funduntur in iure naturae. quod tamen iure positivo compleri et determinari debet, hereditas dicitur esse modus acquirendi mixtus. Successio autem heredis semper est in universitatem vel ratam partem bonorum. Is cui res ut particularis devolvitur est *legatarius,* minime heres.

II. Hereditas *legitima* seu quae lego defertur variat, secundum varia leges, in *principiis,* in *ordinatione* et in *effectu.*

1. *In principiis:* vel lex censetur voluntatem defuncti supplere, vel heredem quasi nomine Dei appellare, vel secundum utramqiio rationem ius succedendi tribuero.

2. *In ordinatione:* aliae legos, pro bonorum origine, hereditatem findunt in duas partes, alteram parentibus lineae paternae, alteram parentibus lineae maternae deputatam ; dum aliae leges massam sino ista distinctione dividunt; divisio interdum fit per capita, interdum per stirpes; ascendentes excludunt interdum collaterales vol cum collateralibus concurrunt. Variat quoquo ius coningis superstitis, gradus consanguinitatis ultra quem non succeditur; variat modus quo illegitimi tilii vel descendentes ad successionem admittuntur. Optio succedendi ex testamento vel ox lege, ab intestato linqui vel tolli potest.

3. *In effectu.* Possessio ouim heredis vol a momento obitus vel ab acceptatione aut receptione bonorum initium habere potest; potest acceptatio positiva requiri, vol sufficere non repudiatio; acceptatio simplex et acceptatio sub modo, v. g. reservato inventario, distinguitur; successio hereditaria ili patrimonium heri potest ita ut heros debitis etiam ultra vires hereditatis teneatur, vel limitari bonis, ita ut ultra accepta bona, heros nullum debitum solvere debout.

Ubique moraliter distinguuntur heredes simpliciter legitimi vel legales, qui vocantur nisi testamento excludantur, et heredes necessarii, qui ex toto excludi non possunt. Generatim invalida est renuntiatio anticipata hereditatis (seu personae viventis), et omnis pactio de futura hereditate.

In foro canonico, delatas sibi hereditates professi votorum simplicium per se acquirunt, non autem, per se, professi votorum sollemnium, qui vel monasterio capaci, vel S. Sedi acquirunt, nisi, ut nobis videtur, ante professionem de his bonis disposuerint.

In foro conscientiae, heredes non tenentur ultra vires hereditatis; ei tamen qui vel ultra vel post sententiam indicis plus solverit, occulta compensatio concedi posse non videtur. Filii ex matrimonio mere civili nati videntur per se stare posse lege civili quae eos pro legitimis habet.

III. *Hereditas ex testamento.* 1. 'restamentum est actus inridicns, generatim sollemnis, ad mortem usque revocabilis, quo quis vel heredem instituit et patrimonium dividit, vel simpliciter quid «le universo patrimonio vel de eius parte vel de quibusdam bonis particularibus post mortem suam

fieri velit, declarat. Namque, pro varia lege, institutio heredis eat essentialis, vel simplex bonorum dispositio per testamentum fieri permittitur. Praeter heredes, sunt etiam legatarii, saltem titulo particulari, interdum etiam titulo universali.

Quaedam leges, contra atque aliae, admittunt quoque *contractum nuccemoriuni.*

2. Ubique distinguitur testamentum authenticum seu cui competens officialis publicus (notarius) intervenit, publicum vel mysticum (secretum) et testamentum privatum, pro quo propria manu testatoris confecta scriptura postulatur; atque in extraordinariis adiunetis grassantis pestis, navigationis, etc. peculiaris forma praevisa est.

3. Variis clausulis et condicionibus portiones hereditariae et legata obnoxia fieri possunt. Videndum est quid leges positivae statuant de earum vi et efficacia. Condiciones impossibiles saepe pro non scriptis habentur. Potissimum observandum est quousque testator possit, non solum pro casu quo prior institutus obitu vel alia causa defecerit vel non acceptaverit, alterum substituere (substitutio *rulgaris),* sed etiam possit priori instituto obligationem imponere servandi bona usque ad mortem, eademque dein alteri legandi (substitut io *fideicommissaria)* ; vel secreto mandato onus heredi vel legatario imponere tradendi alteri vel applicandi certo fini legata universa vel eorum partem (substitutio *fiduciaria).*

I. Plena *capacitas* faciendi testamentum minoribus natu plerumque negatur; partialis tamen, v. g. de dimidia parte, vel testamentum formae publicae, saepe iam citius concedi consuevit.

5. *Exsecutio* testamenti committi potest personae quam testator designaverit ; sed per se incumbit heredi.

fi. Iit foro canonico, firmae sunt dispositiones ad causas pias factae a persona quae ex iure naturae et ecclesiastico libere de suis bonis statuere potest. Ad valorem autem in foro exteriore, probatio canonica requiritur et sufficit. Exsecutores testamenti ad pias causas rationem de impleto munere Ordinario reddere debent ; is enim omnium piarum voluntatum est exsecutor (c. 1515).

7. */n foro conscientiae :* a) tam institia commutativa quam pietas et caritas quempiam ad testandum obligare possunt. In ipso conficiendo testamento, normae istarum virtutum observandae sunt. — b) Inofficiosum vo Catur testamentum quo testator de bonis suis ultra portionem de qua, secundum legem, disponere poterat, legata fecit. Qui tale condunt, non sunt ininsti; aliam tamen virtutem laedere possunt. Bona quae quis ex donatione vel testamento inofficioso habuerit servare potest; reclamanti tamen heredi reddenda sunt etiamsi donatio vel legatum ad pias causas factum sit. *lurata* promissio non revocandi testamentum nullam *justifiai* obligationem sed suminum religionis parit Valet tamen, vi c. 1513, irrevocabilis dispositio de hereditate sua, quae ad pias causas facta sit. —c) Testament i *interpretatio* secundum rationabilem testatoris voluntatem facienda est; eins autem *exsecutio* intra

tempus lege et usibus definitum fieri debet. Designatio causae piae facta praesumitur *demondratire,* non *laxative.* — d) *Tcdamentum civiliter informt* legatario titulum sufficientem confert cur acceptum legatum servare possit, nec heredem de vitio testamenti monere debeat ; sed non sufficit ut heres profanas dispositiones exsequi debeat, vel legatario occulta compensatio permittatur. Promissione tamen exsequendi, etiam sino sollemnitate legali, expressam voluntatem testatoris heres tenetur titulo qui ex cius mente et adiunctis prudenter colligendus est. Si vero a persona canonice capaci testamentum vel legatum ad pias causas et in forma canonica factum sit, exsequendum est. Ad hoc satis est ut agnita manu testatoris vel duorum testium testimonio (unus, etiam egregius, non sufficit), vel sibi directe facta declaratione oneratus de voluntate defuncti vere certus sit. Quare etiam ex substitutione fideicommissaria, pia causa nullum detrimentum pati potest.

Sectio III.

De iniustitia et conexa restitutionis obligatione.

Ordo sectionis. — Quot sunt iustitiae, tot sunt oppositae rationes iniustitiae. De his ordine agendum est. Quare duos priores titulos breviores, iniustitiae quae iustitiae legali et iustitiae distributivae adversatur deputabimus, tertium vero titulum violationibus iustitiae commutativae earumqne consectariis reservabimus.

TITULUS I.

De iniustitia opposita iustitiae legali.

Utilitas. — Titulo isto praecipue deponendus est error qui, « individualismum » saec. xix consecutus, cives ab officiis erga rem publicam paene dispensat; et de obligatione tributorum recta aestimatio nobis comparanda est.

In opere nostro, nomine *iuetitiae nodalis* abstinuimus, ne augeremus confusionem qua non pauci laborant, qui iustitiam legalem particulari virtuti practice aequiperant. Dum aliis enim iustitia *sodalis* eadem est ac iustitia legalis, alii, per istud vocabulum, complexum virtutum quae in societate usu veniunt, melius compellant.

566. — Peccatorum ratio et accusatio. Omne peccatum continet materialem violationem iustitiae legalis. Namque omne peccatum lege saltem divina vetatur. Malitia tamen ista regulariter declaranda non est, tum quia, indicato peccato, iam satis intellegitur, tum quia plerumque non erit formalis. Haec

enim actionem postulat ex contemptu boni communis factam, quae proinde formali ratione iustitiae legalis repugnat et, qua talis, est indicanda. Cum virtus illa materia speciali careat, materialis violatio ab ea non specificatur. Actus specialiter nocivi bono communi, v. *g.* proditio patriae, qua tales indicandi erunt, ut graviter oppositi pietati et caritati.

567. — De solvendis tributis. 1. In difficilibus rei publicae adiunctis. boni civis est ut etiam per pecunias liberaliter oblatas suae civitati opem ferat. Quanto magis insta tributa pro sua rata parte imperanti fisco exsolvet ! Quare semper haec regula inculcanda est, ut secundum usum satis generalem proborum tributa conferantur; atque hodie non paucae res publicae tam manifesta egestate laborant, ut rationabilis contributio sine peccato contra pietatem negari posse non videatur. Attenta tamen quantitate quae subtrahi poterit, attentis pecuniariis poenis quibus fraudes puniuntur, raro de *gravi* peccato constabit, (naviter tamen peccari posse non diffitemur.

2. Ex communi autem sententia, *non est obligatio conscientiae declarandi* positive res tributo subiectas. Quare iustitia commutativa non violatur ab iis qui, in conficiendis venditionum instrumentis, pretium indicant infra verum, vel non omnia bona mobilia quae ad hereditatem pertinent manifestant. Er ubi haec praxis satis invaluerit, ne veritas quidem minore illa declaratione offenditur. Qui tamen falsis utatur syngraphis medicorum etc. ad augenda debita hereditatis, mendacii reus fuerit. Observes autem notarium non esse tuendis fisci iuribus constitutum, ita ut, illaesa iustitia. fraudis particeps esse possit. Si vero postulatur *iuramentum*. ipsa religio *per se* obligabit ut sincere respondeas ad iustam mentem interrogantis.

Quare ubi mere *ad tuenda iura heredum,* minime ad tuenda iura aerarii publici, iuramentum postulatur, nihil celatum esse iurari potest ab eo (pii nullius rei initiate celatae conscius fuerit, ita ut iura heredum intacta manserint.

Si vero iurata declaratio *in fisci utilitatem* postuletur, obligatio ista, hodie satis odiosa, hue tamen spectare nequit ut inde religiosi viri inaequale tributorum onus ferre cogantur. Quare ad rationabilem rogantis mentem, ac proin sine periurio, responderit qui, iuratus, accuratas declaret indicationes, quae secundum usus receptos factae sint.

3. Praeterea, *ante quam* a praepositis officialibus *sui cuique rata pars solvenda definita fuerit,* nullum fisco ius acquisitum esse videtur.

4. *Facta ista definitione,* probabiliter *contre vertitur quaestio* de obligatione iustitiae solvendi insta tributa. Potestas quidem non deest principi civili, obligandi cives ad solvendam iustam tributorum partem. Sed iam ante aetatem nostram pluribus non alia videbatur esse mens legislatoris quam multandi deprehensos fraudatores. Minus hodie veri similis Iit intentio obligandi conscientiam. Nisi itaque diversa fuerit generalis persuasio regionis (huic fidendum est) strictam iustitiae obligationem negabimus. Hi tamen iustitiam violabunt qui mediis iniustis utantur.

Nec excusari possunt qui fraudem ut artem exercere velint: tum quia ex intentione utendi vi adversus officiales mentem contrariam iustitiae gerunt, tum quia periculis ruinarum et poenarum se exponunt, et sic caritatem ad se et familiam offendunt.

5. Qui vero vectigalium praepositos *corrumpendo,* immunitatem sibi obtinuerint, formales complices sunt istorum praepositorum qui muneris sui officia violant, ita ut rei sint *invuriae. adversus rem publicam.* Vectigalia *insta* supponuntur.

6. Quatenus autem subducendo bona sua fisco indirecta causa sint cur alii plus onerentur, nullam *erga istos* iniustitiam committunt: nec *commutativam,* nec *distributivam.* Non commutativam, quia maius aliorum onus, si quod inde resultet, nullam iniustam erga alios actionem sequitur. Non distributivam, cum aequalem partitionem ipsi positive curandam non habeant.

Id addere iuvat. Si de rationabili pecuniarum publicarum usu magis securi esse possent, probi et catholici viri pecunias libentius conferrent et magis scrupulose in hac re agerent.

Hodie, facilitas qua theologi tributarias fraudes a peccato excusant non raro ut scandalosa perhibetur. Cuiusnam autem rationis est istud scandalum : pusillorum an pharisaicum ? Observaro in primis velint·, a theologis catholicis, strictae iniuatitiae damnari artes istas quibus qui pro civitate emptiones et pactiones peragunt sibi partem pecuniarum publicarum addicunt ; et omnem dilapidationem patrimonii communis ; immo, iam ipsam desidiam qua, sine vera sollicitudine de communi utilitate munera publica gerantur; ita ut, si theologiae morali mos gereretur, aerarium multo plures pecunias lucraretur quam propter theologorum benignitatem amittit. Si praeterea perpendas iniquum locum ad quem, in non una civitate catholici detruduntur, ita ut muneribus publicis magnam partem excludantur, ipsisque plena ista conscientiae libertas vivendi secundum praescripta reli-

gionie catholicae negetur «piae ipsis osoribus et perturbatoribus pacis socialis tam libéralité! et temerari» offert nr ; si animo reputes leges quas catholici tolerandas habeant, quibus, v. g. pecuniae publicae, ac. proin pecuniae ab ipsis catholicis contributae destinantur scholasticae propagationi irreligionis: <pia fronte homines qui talium abusionum testes et fortasse auctores emit, theologos nimiae indulgentiae insimulabunt, exigentqne ut pro legibus saepe iniquis, urgeantur obligationes conscientiae quas ipsi generaliter repudiant '

568. — Statui tamen qui negotiationem exercet vehendi *littera#, merce#, persona#,* iustum pretium ex iustitia ℭommuta tiva debetur ab iis qui, v. g. locum ordinarium sumendo, tacite cum ipso contractum vecturae ineunt. Iustum, inquam, pretium, non illud quod ultra petat propter monopolium, ut in vendendo tabacco, etc. facere solet : istud tamquam tributum solvendum est.

Nec in iustitiae arguendas fuerit qui contra leges « postales » quaedam votita aut specialiter taxanda consuetis litteris clauderet, nec qui, soluto pretio classis inferioris, iter faceret in rheda superioris classis. Dummodo enim intimum vecturae vel itineris pretium solvatur, accidentales istae fraudes non censentur nisi poenis urgeri. Excipe si quis iniusto medio usus fuerit. Cf. Pr Ummer, II, 85.

569. — De militia. Veram tributi rationem habet obligatio militiae. Leges quibus imponitur communiter pro poenalibus habentur, eo magis quod ab aequalitate iustitiae satis recedere videantur. Ubi sorte designentur qui stipendia mereri debent, iustitiam commutativam ii non violant qui fraude immunes evadant, etiamsi per accidens, ex legis dispositione, alter surrogari debeat. Nullo enim huius iure sibi consulere prohibentur. Qui *pactione* se obligavit ut alterius locum in castris occuparet, si aufugerit, per se de solido damno tenetur quod inde ii patiuntur quibuscum convenit. Condiciones tamen non praevisae intolerabilium saevitiarum aut gravissimi periculi spiritualis, iustam causam praebere possunt deserendi militiam: et tunc, rescisso contractu, solum pretium pro rata temporis quod superest refundi deberet. Immo hac obligatione solvitur si alter, cui substituitur, nihilominus exemptus maneat: cum tunc promissam immunitatem vere praestiterit. Similiter ex *iustitia commutatira* ad stipendia merenda tenetur qui se libera sponsione erga Statum obligavit.

Tempore autem belli, graviore poena plectuntur qui stationem militarem deserunt, nec. in bello insto, videntur nobis a gravi impietate erga patriam excusari posse.

[568. 569.]

Ipsae vero gravissimae poenae quibus plecterentur si redirent, eosdem facile dispensabunt ab obligatione quam aliter haberent repetendi castra.

SUMMARIUM.

570. — 1. *Materiali* violatio iustitiae legalis, (piae omni peccato continetm, distincte accusari non debet; *formali* deberet: haec ab eo committitur qui ex intentione bono communi contraria ageret. Verum actus specialiter bono communi nocivi, qualis proditio patriae, qua tales, ut graviter oppositi pietati et caritati notandi sunt.

2. *De tributi* Non solvendo tributa ea ratione qua a bonis civibus solvi consueverunt facile peccatum contra pietatem in patriam committitur, praeter rationem scandali ; peccatum tamen raro grave erit, propter levem effectum singularis defraudationis.

Verum Legislator tam civilis quam ecclesiasticus obligationem conscientiae suo praecepto urgere potest ; immo insta tributa ex iustitia commutativa exigere. Positiva tamen obligatio declarandi res tributo obnoxiae generatim non admittitur; nec ius censetur fisco acquisitum, ante quam cuique definitum sit quid solvendum habeat. Immo, facta ista determinatione, obligatio iustitiae nondum demonstratur. Verum ipsa iustitia vetat ne publicos officiales corrumpas ; nec a gravi peccato excusari posse videntur qui fraudem ut artem exercere velint.

3. Statui qui negotiationem exercet, v. g. vehendi litteras, merces, personas, *tum* pretium (non illud quod praeterea instar tributi exigit) solvendum esse, vult ipsa commutativa iustitia. Solis tamen poenis plecti videntur accidentales fraudes utendi rheda classis superioris, etc.

4. Lex quae cives servitio militari astringit pro poenali habetur. Graviter tamen pietatem in patriam offendunt qui, in bello insto, militarem stationem deserunt quae ipsis commissa erat.

Privati qui, subtrahendo se vel bona sua fisco, causa per accidens fuerint cur alii plus graventur, nihil faciunt quod his sit ininriosuiii.

TITULUS II.

De iniustitia opposita iustitiae distributivae.

Utilitas. — Frequens officiorum praetermissio demonstrat quam utile sit officia in conferendis muneribus et in tributis exigendis etiam paucis recolere.

571. — De acceptione personarum. Vitio acceptionis personarum peccatur, quando, in distributione *bonorum, communium*

in conferendis *muneribus publicis* ad eas personae condiciones attenditur quae, pro re de qua agitur, plane neglegendae forent.

Distinguenda hic sunt officia seu munia publica proprie dicta, quae nomine proprio in utilitatem communem a gerentibus exercentur, et officia quaedam secundaria, quibus officiales proprie tales mere adiuvantur, ut sunt secretarii vel amanuenses eorum personae addicti.

1. *Priora officia* hodie, in nullius privato dominio versantur. Pertinent ad rem publicam. Itaque eo modo in primis conferenda sunt quem bonum commune postulat: dein, salvo bono communi, secundum regulas iustitiae distributivae. Quare stricte digniori, i. e. ei cuius, omnibus perpensis, nominatio magis rei publicae proderit, conferenda sunt. Quamquam alii existimant sufficere ut dignis tribuantur: horum opinio nititur antiquato regimine (pio omnes magistratus censebantur repraesentare unum Principem, qui per alios faciebat quod per se non poterat, ita ut ei sufficeret procurare per alios mediocrem istam diligentiam qua agendo ipse tenebatur. Probabilitatem extrinsecam ab illa opinione non abiudicamus.

2. Quod ad *posteriora officia,* satis est eligere dignos, qui bono communi non noceant et stipendia publica vere mereantur.

3. In utroque casu, qui *indignos* assumant ubi digni praesto sint, peccant adversus iustitiam commutativam erga civitatem, et damna inde civitati aut privatis allata reparare debebunt.

4. Illis autem qui praetermittuntur nulla restitutio debetur, nisi, c.r *indicto concursu,* victor ius ad nominationem adeptus fuerit.

Notandum porro concursus bifariam fieri posse, ut discernantur apti, inter quos dein unus libere a Superiore eligatur, vel ita ut strictum ius muneris consequendi victori addicatur. Solo posteriore casu iustitia commutativa violatur erga concurrentes mere praetermissos. Si electus adeo indignus sit ut stipendium sine causa recipiat, istud rei publicae restituendum erit.

572. — Iniqua autem onerum, v. g. tributorum distributione, ipsa iustitia commutativa violatur erga privatos; cives enim ius strictum habent ne, ultra quam conferre debent, bonis suis spolientur.

SUMMARIUM.

573, — 1. Vitio *personarum acceptionis* peccatur quando, in conferendis muneribus publicis, vel distribuendis bonis comniiinibus, ad eas personae condiciones attenditur quae, pro re quae agitur, plane neglegendae forent.

Hodie, oficia quae pertinent ad reni publicani, sunt, ex iustitia distributiva, conferenda digniori ; quod etiam de parochis lex canonica expresse sancit. Oficia vero secundaria, quibus oficialis principalis adiuvatar, saltem dignis conferenda sunt.

Strictum enim est ius rei publicae ut, si praesto sint, *dtffiii* assumantur, nec pecuniae publicae prodigantur.

Privati praetermissi, de iniuria contra commutativam COnqucri non possunt, nisi concursus ea ratione indictus fuerit qui vincenti strictum ini conferat.

Iniqua autem tributorum exactione, ipsa iustitia cornmutativa violatur. Haec enim vetat ne cives suis bonis spolientur.

TITULUS III.

De Iniustitia commutativae iustitiae opposita.

Utilitas. — Gravissimae iam nobis rimandae supersunt quaestiones de multiplicibus injuriarum obiectis et formis, de varia carum gravitate et de saepe consequente restituendi alienum obligatione. Cum haec potissima tractatus de Iustitia pars esse perhibeatur, eius utilitas efferenda non est. Logice autem ponitur post expositionem qua varia iura eorumquo fontes summarie declaravimus, et per eam facilius et plenius intellectu percipitur.

Ordo dicendi. — Titulus quattuor capita continebit. In primo notiones generales de iniuria et restitutione ; in altero de principali actione iniuriosa; in tertio de injusta cooperatione ; in quarto de restitutionis circumstantiis et excusationibus agemus. Occasio nobis praesto aderit plura proponendi quae in distinctis tractatibus de variis Decalogi praeceptis tradi consueverunt. Nostra dispositio synthcticas notiones non parum adiuvare videtur.

Caput I.

Notiones generales.

Articulus I. — Iniuriae notio et condiciones.

574. — Notio. *Violatio iustitiae commutatirue* proprium iniuriae nomen accipit, et distinguitur *personalis* et *realis,* prout/rer*sonam* (bona animi vel corporis) aut bona *extrinseca* directe re-

spirit. Gtraque *damnosa* vel *simplex laesio* sine damnificatione eese potest: ut si quis ex arca pecuniam sumat quae ibi dormiebat et (piam deinde loco suo reponit. Iniuria *materialis* habetur quotiescumque actio vel omissio laesiva iuris committitur; *formalis* autem, cum quis iniuriosus esse vult. Ambae *per se* coniunctae. per *accidens* separatae esse possunt, ut si (piis nescius occidat personam, vel si (piis ut alienum sumat quod erat ipsius.

575. — Iniuriae condiciones. L't iniuria committatur, requiritur et sutlicit ut ius violetur non consentientis.

« Consentienti enim non iit iniuria ». Sicut nemo potest sibi esse iniustus, sic nec alteri (pii spontaneum consensum dat in actionem per se iniustam: namque huius nomine agere videtur. Praeterea, usus activus iuris est facultas: facultate utimur cum volumus. Quod principium universale est. ita ut nullam exceptionem patiatur.

Nec obstat esse iura *inalienabilia :* aliud est ius suum ad alterum traducere, aliud, ius suum non opponere. Translatio propria est iuris alienabitis; non oppositio omni iuri communis esse potest.

Verum, in applicatione, iura distinguenda sunt *patrimonialia,* quorum dispositio seu usus activus penes alium ac sublectum iuris esse potest, et iura *stricte personalia,* (piorum dispositio, inseparabilis a persona, penes nullum est nisi penes illum fuerit cuius est ius. Oppositio priorum potest in potestate esse tutoris personae incapacis, dum alia, durante incapacitate, semper censentur opposita. Quare adulto integrum est deserere eum certo mortis periculo navigium nimis repletum; nemo autem potest, in eadem necessitate, aegrotum infantem in mare proicere. — (Recentes quidam scriptores invalidum finxere esse consensum de iure inalienabili).

Consensus autem ille non semper honeste datur, nec alias malitias praeter notam iniustitiae auferre potest.

Observes demum, ut iniuriosa sit alterius actio, non requiri ut dominus ius suum actu positivo opponat, sed satis esse ut non consentiat positive.

576. — Iniustae autem artes duae sum : *dolentia et fraudes.* Illud tamen inter utrumque interest, quod rix personae in se vel bonis illata semper per se iniusta est. dum *fraudes* non sunt

iniastae quando, per eas. mere negatur auxilium v. g. scientiae, quod ex iustitia non debetur.

Verum iustitiae per se adversantur quae liberam alterius actionem vel optionem positiva deceptione tollunt.

Iniusta damnificatio non fit per omissionem, nisi alter per se aut ex contractu ius habeat ad actionem quae damnum impediat. Sic v. g. ex iustitia custodiendi sunt pueri vel animalia ne damna #liis inferant.

577. —Applicationes. 1. Quaeres de actione qua altera consequendo bono impeditur. Estne iniusta? Bonum illud futurum vel debetur ex *iustitia* vel *mere speratur.* Eius concessio et aequisitio *honestae* esse vel *lege morali vetari* possunt. Ilis positis:

1. *Consecutio boni* quod ex *iustitia* cuipiam *debetur,* voluntaria actione positive et per se impediri nequit sine peccato iniustitiae et obligatione restitutionis.

2. Actio qua consecutio *boni mere sperati* alieni impeditur, ex *obiecto* iniusta esse nequit: spes non est ius. Omnis itaque iniustitia ex *modo* repetenda erit, si modus aliquam violationem inris contineat. Modi *iniusti* sunt *vis et metus* ininste personae incussus; *laesio famae* per detractionem vel calumniam; *damnificatio* rei alienae, v. g. statuae qua quis certare <le praemio volebat; ipsum *mendacium,* si et quatenus tollat deceptione *libertatem* actionis, ut si quis deceptus de. tempore, iam non possit appellare a sententia, vindicare ius praescriptum.

3. Si autem boni temporalis consecutio praecepto *morali retetur,* ad eam ius quod violetur exsistere nequit, quamvis modus iniustus esse possit. Puta aliquem vi meretricem detinuisse: nihil pro amisso lucro infamis commercii ei restituere debebit.

578. — *Modus* autem *iniustus* esse potest tum *respectu eius qui bonum sperabat,* tum *respectu eius a quo bonum sperabatur.* Puta mendicos qui a peregrinantibus eleemosynam sperabant. Vi ipsis vel peregrinantibus illata a sua spe deturbari possunt. Priore casu, nulla condicio iniustitiae et restitutionis desideratur: pro rata spei ipsis restituendum est. Altero casu, solus qui bonum conferre volebat iniustitia affectus est. Quare restitutio illi soli directe debetur; speranti autem non debetur nisi quantum necesse sit ut priori satisfiat. Iam vero, in casu allato, peregrinantes absolutam et perseverantem voluntatum habuisse non

censentur dandi eleemosynas istis pauperibus, ita ut iis nihil restituendum sit. Contra, voluntas legandi rem per testamentum absoluta putatur et constans. Quare ei qui fuisset legatarius exsecutio legati debetur ab eo qui testatorem vi vel fraude, non meris precibus impedivit ne legatum scriberet in testamento. Si autem legatarius indignus fuerit qui legatum simpliciter vel a tali testatore reciperet, non fuerit iniustus qui indignitatem, etiam occultam, testatori revelarit.

579. — 2. Estne iniuriosus qui damnosos effectifs propriae actionis non culpandae non impediverit, ut puta si incendium ex tua negligentia non voluntaria exortum, exstinguere neglegas?

Iniuria et obligatio restitutionis affirmandae sunt, si proportionatum incommodum auctorem damni non excuset. Vetat enim iustitia commutativa· *ne actio nostra* alterum rebus suis privet, ac proin iubet ut eiusdem efficaciam damnosam, quam diu moralité? possimus, cohibeamus. Quia tamen causa non fuit culpanda, iam *relative prave incommodum e.vcusat :* i. e. illud quod, considerato damno imminente et facultate impe liendi. non pro levi habendum est.

Quare, si malum quod clare de Petro dicis intellegitur de Paulo, ille effectua praesens tuae actionis praeteritae est ex iustitia corrigendus. Ita Mol., *lust.,* t. 5, d. 40, n. 3; LuGO., ■■ d. 15, n. 6; Lessus tamen c. 11, n. 119, ex sola caritate obligat; quia causa confusionis non fuerit tua loquela sed aliorum error. Haec sententia probabilis est, si nulla errandi ansa a te data fuerit. Supposito tamen involuntario audientium errore, damnosus iste tuae actionis effectus ex iustitia impediendus videtur, propter rationem hio modo factam. Molinae igitur et Lugoni assentiendum putamus.

Articulus II. — Restitutionis notio et obligatio.

580. — I. Notio, *Restituere,* hoc loco, est aliquem in possessionem vel dominium rei suae iterato statuere (2, 2, q. 62 art. 1). Differt haec restitutio a *restitutione in integrum,* quae est remedium inris quo quis amissam condicionem vel facultatem iuridicam recuperat : ut cum. post elapsum utile spatium, appellare permittitur.

581.— II. Restitutionis causa remota. *Damnosa iniuria vaque sola,* positivam obligationem restitutio iis inducit. Iniuria intellegenda est sive formalis sive materialis, sive iam commissa sit

sive committeretur nisi restitueretur, ut cum quis ex contractu rem reddere vel praestare debet. Damnosa porro est quotiens ipsa etlicit ut quis minus habeat quam ex iure habere debebat. In illaenim deminutione damnum proprie consistit. Etenim, si per illam iniuriam res alicui erepta sit quae subsistat, haec in dominio manet hominis spoliati ac proinde huic reddenda est. Si haec non exsistit, vel iniuria aliter damnosa fuerit, iustitia nos obligat nt actione nostra neminem impediamus a rebus suis complete habendis. Huic debito quomodo pro viribus satisfaciemus, nisi reddendo quod moraliter aequivaleat rei quam per nos amisit? Hoc autem est restituere.

Sola damnosa iniuria hanc obligationem inducit. Si enim iniuria non fuerit damnosa, quid reddam ei qui nihil amisit! Si autem nulla iniuria commissa sit, nemo re propria privatur. Cfr. plura, *Quaestiones de iustitia.*

582. — III. Restitutionis proximae radices. Obligatio restituendi, quae remote ex iniusto damno oritur, duas *proxima radices* habet: *rem alienam acceptam et iniuriosam eius acceptionem.* Duabus enim rationibus, i. e. tum quia propria res ad alterum devenerit, tum quia ex alterius iniuria damnum patitur, indebita inaequalitas inducitur.

Priore casu, *quantitas* restituenda delinitur quantitate rei alienae quam aliquis in propria specie vel in aequivalente retineat: seu quantum alienum habeat, tantum reddere debet; altero casu, quantitate damni quod voluntarie intulerit ac proin praeviderit, eius obligatio mensuratur.

Utraque radix separatim exsistere vel concurrere potest. Separarim exsistit prior, in eo qui bona fide rem alienam possidet, altera vero in eo qui aedes alienas culpando incendio destruxit. Concurrunt vero in fure qui rem furto sublatam mala fide retinet.

583. — IV. Requisita conexio. *Nec per omnem actionem, etiam invustam, fit iniusta damnificatio,* sed oportet ut inter actionem et damnum secutum *sufficiens nexus causalitatis* exsistat. I. e. oportet ut actio in effectum veram efficientiam habeat (physicam vel moralem) idque natura sua. Requiritur quoque ut, pro rei gravitate, effectus sat proxime sequatur ut morali et humana precautione vitandus sit. Quod solent exprimere dicendo: *oportet ut effectus sequatur per se.* .I

Quando effectus sequitur per accidens, sed actio ex *intentione* nocendi facta est, disputatur probabiliter in utramque partem an iniusta damnificatio habeatur. Atque ubi verus influxus fuerit, id affirmandum videtur. Excusatio enim nimiae difficultatis attendendi ad effectus remotos propriae actionis, ei non prodest (pii actionem ad nocendum facit.

584.— V. Requisita culpa. Nihil, propter solam culpam iuri dicam deberi iam antea exploratum habemus. Quid debet autem (pii damnum obiective grave cum subiective levi culpa intulerit? Varii casus distinguendi sunt: a) Culpa venialis ob *imperfectam deliberationem,* vel *neglegentiam* leviter culpandam, proportionate non est ad gignendam gravem obligationem quam ratio materiae aliunde postularet. Itaque *nulla* tunc videtur, ne venialis quidem obligatio adesse. Cf. Lugo, *De iust.* d. 16, n. 50. — *b)* Si venialis fuit culpa, quia invincibilis error fuit de *quantitate* damni materialiter sumpta, maius censetur involuntarie illatum. Ac proin erit obligatio levis restituendi valorem quo rem, v. g. proiectam margaritam, aestimavit. — c) Si, cognito quidem rei pretio, v. g. 200 francorum, hanc esse *levem* materiam invincibili errore existimavit, videtur *sub gravi* illa quantitate restituenda teneri. Voluntarie enim se obligavit ad illam summam restituendam; quantitas autem obligationis obiective potius quam subiective aestimanda est. Excipe, si mere relative ad ditissimum possidentem. minime vero pro suis facultatibus rem levem esse arbitrabatur. Cf. Lehmk. I, 1154. Tunc levi obligatione quam acceptavit tenebitur. — d) Si per *plura damna leria.* ex *oblivione,* quae non facile admittenda est, ad gravem materiam sine reatu mortali pervenerit, gravi obligatione non tenetur (quamquam plerique severius respondent); singulorum tamen damnorum sub levi contraxit et retinet obligationem restituendi. Propter diversam restitutionis radicem, aliter «licendum est de illo, qui per plura furta minuta, sine reatu gravi, materiam gravem perfecerit: is sub gravi se gravi materia spoliare debet quam in propria specie vel aequivalente retineat.

585. Vis erroris. Quid, si erraverit circa corpus damni? Res bifariam accidere potest. Vel volens occidere Titium, bene sibi notum, *casu* occidit transeuntem Sempronium. Is nihil restituere debet: nihil Titio (piem non occidit, nihil Sempronio

quem mero casu damnificavit. — Vel volens Titium occidere, in hunc hominem, quem Titium esse existimabat, sclopetum dirigit eundemque occidit. In hoc casu, ipse sensus communis cum plerisque hodie theologis damnum reparandum esse dicit, quia error iniuriam quidem personalem, non vero iniustam damnificationem quam conscius fecit auferre potest. Verum obligatio restitutionis non se porrigit ultra id quod heredibus Titii deberet: illud solum damnum enim fuit voluntarium. Et sunt probati auctores qui, saltem si error facto causam dedit, cum Lugo, d. 17, n. 75-77, et S. Alphonso, l. 3, n. 629, eundem ab omni obligatione restituendi eximunt: cui sententiae extrinsecam probabilitatem denegare non possumus. Cf. *Quaest. (Je Iustitia.*

586.— Vis dubiorum. Dubium positivum et probabile de iustitia actionis est dubium *Juris,* cui systema probabilismi stricte applicari potest. Dubium autem de damno illato aut de causalitate propriae actionis est dubium facti. Attamen, si post sufiicienteni investigationem perseveret dubium, obligatio fit incerta, propter «piam nemo rebus suis spoliandus sit.

Dubium vero de facta solutione aut restitutione per se aliter solvendum est. Valor enim de quo agitur est quasi bonum inter paucos incertum et in nullius possessione, quod pro rata dividendum est. Quare communis sententia obligat ad solvendum vel restituendum saltem pro rata, nisi probabilitas solutionis longe maior sit. Facilius dubitanti debitori permitti potest ut exspectet petitionem creditoris, si, ex eius silentio, probabilitas solutionis confirmetur. Non nulli tamen satis tutum existimant ut nihil solvat, (piia obligatio eius sit incerta. « Quod — ait Leiimk. I. 1147 — quamquam solida ratione non videtur sustineri posse, adeoque positive consulere debitori non possum, tamen catenae scitu utile est, quatenus in casu difficili debitoris bona fides facilius supponi atque integra relinqui possit ».

587. — Quaeres. Cum restitutio in re eiusdem ordinis fieri nequit, situe in re diversi ordinis facienda ! *V. g.* estne pro irreparabili corporis damno (pia tali (i. e. non considerato detrimento patrimoniali inde secuti») pecunia tribuenda !

Alii id affirmant cum S. Thoma, 2, *2, q. 62* art. 2, ad l. (plia est aliqua, quamvis imperfecta, compensatio ; et modo quo fieri potest restitutio imponitur. Alii id negant, eum nulla sit

aequiperatio inter bona diversi ordinis, ita ut restitutio impossibilis dicenda sit. Haec ratio praeferenda videtur. Attamen insta est sententia (piae reum multa pecuniaria damnat ; quare omnes concedunt pecuniam post indicis sententiam deberi.

Praestatio rei inferioris ordinis cum partiali restitutione in eodem ordine, v. g. cum partiali debitae pecuniae solutione comparari nequit. Altera tamen magis speciosa ratio affertur pro necessitate istius compensationis imperfectae in alio ordine; bona ordinis superioris. v. g. corporis integritatem atterre aliquam commercii humani commoditatem quibus homo mutilatione privetur; obtenta autem pecuniae summa istam iueunditatem vitae éx parte restitui. Verum estne obligatio iustitiae compensandi affectus subiectivos (pii damnum consequuntur? Tunc (pii quempiam tristem effecit ex iustitia ipsi laetitiam restituere debebit. Plures tamen hodie, v. g. TANQUEREY, III, 565, sententiam S. Thomae probabiliorem habent. De re satis fuse agunt PuiiMMER, II. 204; PiSCETTA-GeNNABO, III, 485. 486.

588. — Genus obligationis restituendi. Quamvis obligatio restituendi in negativo officio non violandi ius ad propria servanda fundetur, imperat tamen positivum actum reddendi ac proin pro affirmativa habenda est. Ita dicimus cum LESSIG, *lust.* c. 7, n. 49; PALMIERI, *Opus theol.* III. 335. contra Lugo, *lust.* d. 8, n. 8. (,'f. *Quaestiones de iustitia,* n. 170.

Quia autem obligatio est positiva, instas causas excusationis vel dilationis, postea examinandas, admittit.

SUMMARIUM.

589. — De iniuria. 1. *Quid et quotujdex sit iniuria,* Iniuria est violatio iustitiae commutativae. Pro bonis laesis distinguitur *personalis,* quae bona animae vel corporis, et *realis.* quae bona extrinseca respicit. *Materialis* committitur quotiescumque actio vel omissio ius objective violaverit; *formalit* vero quando intentione inris laesiva agitur. Potest esse *damnosa,* vel bona linquere intacta.

2. */ninriae condiciones,* a) Tt ius violetur; b) non consentientis. — Iniustae porro artes sunt *violentia* et *fraudes,* saltem quando positiva deceptione liberam alterius actionem vel optionem tollunt.

Nemo est iniuriosus per omissionem actionis quae alteri e.\ iustitia non debeatur.

3. .*Ipplicatioiits.* a) Iniuriosus est qui alterum impedit a consequendo

bono ad quod is ins habot; vel otiatn a bono sperato, si ipse sperans inhietis artibus prohibitus fuerit.

b) luiuriosus quoque est qui damnosos propriae actionis effectus non impediverit, nisi relative gravi incommodo excusetur. Censetur enim tunc actio, prius involuntaria, voluntarie continuari.

II. *De restitutione.* i. Restituere est aliquem in possessionem vel dominium rei suae iterato statuere.

2. Damnosa iniuria, eaque sola obligationem restituendi ut *causa remota* gignit. Nisi enim auctor damnosae iniuriae personam laesam in suo iure reposuerit, haec minus habebit quam ex iustitia habere deberet, idque propter factum alterius voluntarium : quod est contra iustitiae aequalitatem. Rursus nihil ei reddendum est qui, modo saltem alteri iinputabili, nihil amisit.

3. *Proximae radice* restitutionis duae sunt : *re aliena accepta,* (piae, ubicumque in specie propria vel aequivalente reperiatur, ad dominum clamare censetur; et *iniuriosa, ëia acceptio,* quo nomine venit omnis formalis ratio damnosae iniuriae. Ut damnum imputetur, opus est ut ex actione sequatur quae non sit causa adeo remota ut humanam precautionem fugiat.

4. *Condicio* obligationis est a) culpa *theologica,* cum secus desideretur necessaria voluntarietas. Culpa autem neglegentiae levis vel non plene deliberata ad gravis materiae restitutionem non est proportionata. Sub gravi autem restituere debebit homo deliberate iniustus materiam cuius pretium non ignorabat, sed qaam moraliter levem esse existimabat. Excipe si error in divitiis personae laesae fundabatur: tunc sub levi tenebitur. Qui per plura levia furta ad materiam gravem sine gravi reatu pervenerit, gravi materia se sub letali culpa spoliaro debebit; qui vero plura damna sine gravi reatu intulerit, lev: restituendi obligatione ob singula tenebitur.

b) Sufficiens *ñexu ĉausalitati* inter actionem iniustam et damnum: isque non nimis remotus.

5. Obligatio restituendi urgeri nequit cum dubio positivo et probabili iustitiae actionis, vel do damno allato, vel de actionis causalitato. Si autem dubia sit solutio vel restitutio certo debita, lex aequalitatis iustitiae certam obligationem gignit restituendi pro rata dubii, ita tamen ut debitori qui benigniorem opinionem sequi velit, restitutio non sit imponenda.

Error vero de persona voluntarie damnificata obligationem restituendi minime impedire videtur.

6. Stando iure naturae, obligatio compensationis in se diversi ŏrdini ac damni illati non demonstratur.

7. Obligatio restitutionis positiva est. Quare causas excusationis et dilationis admittit.

CAPUT II.

De actione principali iniuriosa.

Notandum Non ita, in isto capite, agimus de iniuriis ut conexos licitos actus silentio praetermittamus. Sic, dum vetitum homicidium memoramus. simul ius cruentae defensionis explicamus; iuxta furtum ponimus ius necessitatis: non minus quam do malae fidei possessore, de possessore bon;u« fidei agere proponimus. Inde etiam locus erit pauca dicendi in Appendice de actione potestatis publicae et do iure belli.

Articulus I. — De iniuriis personalibus.

590. — Summum principium generale. *Personae priratae sunt, qua tales, in sua mutua relatione aequaliter inviolabiles;* idque sine ulla meriti vel demeriti, consensus vel dissensus consideratione. Quare nulla malitia, nulla formalis vel virtualis renuntiatio inviolabilitatem istam tollere vel imminuere potest. Igitur:

1. *Nemo potest aliam personam tamquam medium sibi assumere.*
2. *Nullum proximi malum ab altero intendi vel eligi potest,* sed solum propter iustam causam permitti, ita ut omnia alterius mala quae voluntariam cuiuspiam actionem, ut effectus, consequantur, vel nullatenus vel solo duplicis effectus principio excusari possint.
3. *Conflictus iurium,* qui dicitur, *oriri non potest nisi de iuribus rei bonis alienabilibus,* (piae a pluribus possideri et ab una ad aliam personam transire possunt.

Haec omni praesenti argumento veluti dominantur.

Remanet tamen perpetuum aliud principium, iam ante demonstratum, *consentienti non fieri iniuriam.*

Divisio iniuriarum personalium ex obieeto. Aliae iniuriae bona immaterialia: *gratiam supernaturalem, veritatem, usum rationis, honorem, fatuam;* aliae *corpus* laedunt.

§ 1. — De iniuriis quae bona immaterialia attingunt.

I. *Iniuriae circa bona sjnritualia.*

591. — 1. Qui alterum ad peccandum induxerit mera suasione vel exemplo, cum alter libere consenserit, *solo caritatis officio* tenetur eum ad meliorem statum revocare; si autem fraude vel

metu usus sit, haec auferre debet, apta praeterea indicare n». inedia, nisi alter haec, satis noverit, et alia damna sarcire, si qnae inde profecta sint.

II. Qui aliquem *ab ingressu in noviciatum tel* novicium *a professione averterit,* iustitiam non violavit nisi vi vel fraude usus sit. Si alterutra intercesserit, redibit erga novicium vel candidatum obligatio de qua modo in casu superiore dicebamus.

Siintne monasterio restituenda emolumenta cum isto ingressu per se conexaf Quidam id tenent et damna secundum praesentem spem aestimant. Quia tamen huiusmodi actio non tendit do se ad damnum temporale inferendum Instituto, cui nullum in novicium ius acquisitum est, obligatio probabiliter negari potest. — Qui vi vel fraude *professum* abduxerit, is de damnis temporalibus erga Religionem tenetur. Seclusa vi et fraude, cum ipse religiosus contra iustitiam *non certo* peccet, obligatio restitutionis, cum Lrssio, *lust.,* c. 8, n. 16-20, contra multos, negari posse videtur.

II. *Iniuriae circa bona intellectualia.*

592. — I. Gravis iniuriae per se reus est qui invitum inebriaverit vel immissione inorphii aut similis substantiae usu rationis artificiose privaverit vel variis somniis aut phantasmatibus repleverit. Cf. dicta I, 478. Damna inde secuta quantum fieri potest sarcienda sunt.

II. Qui errores practicos docuerit, eos dedocere debet et damna reparare quae inde per se erranti et aliis secuta sint. Si vero fuerint *speculativi,* id pro veniali habetur, nisi error versetur circa principalia et fundamentalia lidei dogmata, aut discipulus fraudetur magna disciplinae parte quam addiscere volebat.

III. *Iniuriae circa libertatem.*

593 — I. Iniuriosus est vir privatus qui alterum vel physica vi liberis gressibus aut actionibus prohibuerit, vel mora liter iniustis minis quaedam facere vel omittere coegerit, vel fraude liberas eius electiones impediverit.

Clerici sanctione canonica i. e. privilegio canonis ab his iniitriis proteguntur. Cf. III. 10.

2. Iniuriosus quoque est qui personam non consentientem v. g. per abusionem hypnotism! suis iussionibus subdit. Debet is ex iustitia personam istam aptis mediis sui iuris reddere.

IV. *Iniuriae circa convictum socialem.*

594. — Unusquisque ius habet ut secundum bonitatem suam sive ingenitam sive acquisitam aestimetur et tractetur. Ius istud *contumelia, detractione* vel *calumnia* et *iudicio temerario* violatur. De singulis breviter dicendum est.

595. — I. De contumelia. 1. *Xotiones.* Contumelia est *proximi inhonoratio,* seu illicita honoris proximi laesio. *Honor* autem est *testificatio* de *alterius excellentia seu bonitate.* Cuique competit aliqua bonitas, et ius est ne contemnatur.

Contumelia est *negativa,* qua signa honoris qnae observantia, pietas postulabit, mere negantur; *positiva,* quando laesio honoris continetur vel *verbo* (per convicia, improperia, maledicta) vel *scripto* (libello famoso) vel *facto* (signis, repraesentationibus contumeliosis).

Specificatio et gravitas. Mera omissio .signorum quae non ex iustitia debentur, pietati, observantiae, caritati, non autem *iustitiae* adversatur; ei autem adversatur positiva negatio quae sit virtualis inhonoratio; ac multo magis actus honori alterius contrarius. Estque *genere suo mortalis,* quia adversatur bono quod pluris iit ipsis divitiis. Ac mortalis erit re vera, eum ex affectu mortaliter malo sive contemptus sive odii procedit, vel si *gravis* (lehonoratio sequatur: hic plurimum potest (puditas tum peccantis tum personae (piae inhonoratur. (Locus S. Mattii. « Si (piis dixerit fratri suo *fatue,* reus erit gehennae ignis », explicatur, quatenus contumeliosum verbum manifestet odium mortale.)

Quamvis (puditas personae laesae, ut puta parentis, novam speciem addere possit, contumelia, (pia talis, est species *infima* cum hanc unam formalem malitiam contineat praeiudicii facti honori proximi. Sic plerique, etsi S. Alph. *De Peccatis,* n. 48. contumelias existimet probabilius ex obiectis distinguendas esse, quia singulis excellentiis proprius honor tribuendus sit.

Animo corrigendi, humiliandi, aliave insta ratione, potest Superior verbum aliquod, secus contumeliosum, subdito obicere: sed caveat ab excessu.

loci causa leves defectus obicere, modo ne alter contristetur vel ad iram moveatur, pertinet ad urbanitatem, secundum S. I H. 2. 2, q. 72, art. 2. Convicia quibus mulieres, pueri, homines intimae sortis se onerant, non cen-

sentur graviter honorem laedere, ita ut excusentur a mortali, quia iisdem tides non adhibetur. Perinde saepe dicendum est de conviciis ab homine irato prolatis.

Cf. quoquo dicta de pietate n. 290.

596. — 2. *De restitutione ob laesum honorem,* quaeritur utrum ex sola caritate an etiam ex iustitia quaedam reparatio facienda sit. saltem si fama integra remanserit. Ac Molina, *lust.* tr. 4. d. 46, nova signa honoris ex sola caritate deberi existimat. Verum contraria sententia praeterenda est, quia inhonoratio est, (pia talis, damnosa. Etenim, in ipso homine qui contumelia afficitur, deminuitur animus et confidentia agendi: quod est ipsi non leviter nocivum. Praeterea, in aliorum opinione, dignitas seu titulus honoris ex contumelia decrescit et ita inhonoratus etiam in vita sua sociali damnificatur.

Reparatio lit per honorificam et amicam salutationem, vel invitationem ad mensam, vel petitionem veniae (etiam subinde Hexis genibus et coram testibus: quod etiam per mandatarimn fieri potest), prout laesio gravis fuerit. Si damna materialia secuta fuerint, haec reparanda esse non ambigitur. Ex communi autem hominum sensu, venia iam non debet peti, si offensus vindictam sumpserit, per se vel per indicem.

597. — II. De Detractione et Calumnia. 1. *Notiones, a)* Detractio, usu latiore, est *quaevis iniusta alienae famae violatio.* Atque iniusta est. ex dictis n. 580, quaevis *directa* a privato commissa. Strictius dicta detractio a *calumnia* distinguitur. Calumnia enim committitur cum *falsum crimen* cuipiam imputatur; *detractio,* cum verum sed occultum revelatur.

In foro civili *Belgii, Galliae,* cura offlciales publici agere non possint nisi de calumnia, dum probatio peccati seu delicti adversus privatos non admittitur, distinguunt interdum *diffamationem,* quae est laesio famae privati viri, et *calumniam,* qua faina oflicialis laeditur.

Per intentionem laedendi famam, *formalis* detractio a *materiali* separatur.

b) Fama autem est *opinio seu existimatio dc alterius excellentia.* Est ergo bonum quod apud alios habemus.

Fama distinguitur: *a)* ordinis *moralis,* quae, in usu liberi arbitrii fundata, libere perit et libere restitui potest. Haec fama honestatis, probitatis est fama simpliciter dicta, et habetur vel

conaturalis seu negativa et communis, quatenus non reprehenditur qui malus non prpbetur. vel *positiva, specialis,* per virtutis exercitationem acquisita; *b)* ordinis *physici* vel *intellectualis,* quae, subtracta libero arbitrio, capacitatem, ingenium, talentum honorat.

Fama utilis, immo necessaria est ut facile, dignum et ineundum commercium cum aliis hominibus foveamus, et secundum capacitatem nostram nos utiles reddere aliis et societati, sen functione nostra sociali fungi possimus.

Valde utile quoque est bona capacitatis et talenti fama frui.

598. — 2.lus habendae famae, *a)* Bonum quod tantopere fini humanae vitae inservit manifesto est obiectuni iuris. Atque ipsa communis utilitas postulat ne propter accidentale vitium intereat: ideo famam auferre est simul tollere stimulum conversionis et occasionem reparandi commissa. Ceterum est eripere alicui bonum quod adhuc habet.

Verum etiam in re morali nemo praetendere potest ad famam *positivam* quae suis meritis sit maior.

Demum, bonum istud morte non finitur; nam tama quoque *postuma* in magno pretio habetur, et spe talis famae plures ad praeclara facinora excitantur.

b) Quia fama est bonum distinctum a persona, est in perfecto hominis dominio, ita ut quis possit propriae famae valide nuntium dare. Ac propter eandem causam in alto dominio Status versatur, ita ut auctoritas socialis possit, propter vera sed occulta delicta, quempiam infamia notare et punire. Quamquam menti hodierni legislatoris potius repugnat ut etiam sontem perpetua infamia afficiat.

599. — 3. Moralis aestimatio laesae famae, *a) Malitia.* Famae cuiuspiam inviti *directe* detrahere est, in privato viro, peccatum iniustitiae quod rationem furti participat, et genere suo est grave, quamvis *contumelia* gravior existimetur.

Gravitas autem detractionis, minus quam ex defectu narrato, ex detrimento quod cuiuspiam existimationi infligitur aestimanda est. Quare saepe gravius erit secretarium de garrulitate quam de peccato mortali temere accusare.

Nec de mortuis detrahere fas est.

b) Specificatio. Quamvis *calumnia* detractione sit gravior, specie tamen ambae non differunt, nisi quatenus calumnia simul

adversatur veritati: sed haec malitia non est mortalis. Nec variae detractiones inter se specie differre videntur, quia eidem famae adversantur. S. Alphonsus tamen L. V *(De Peccato),* n. 48 pro habilius putat variare species quia distinctae sint famae secundum obiectum seu materiam.

c) Ejrcusatio. Iniustus non est qui *.secundum veritateni,* quempiam a speciali virtutis fama ad communem detrudit, vel qui iustam peritiae vel imperitiae aliorum notitiam suppeditat. Neuter enim famam maiorem *vere* acquisierat seu possedebat.

Nec iniustus est qui propter proportionatam utilitatem notitiam communicat quae simul alterius famae nocet. Saepe enim actio quae famam laedit aliam huiusmodi utilitatem possidet. Alterius diffamatio tamquam alter datae notitiae effectus mereactiv- permittitur. — Ac facilius proportionata causa adest historicis ut de factis, praecipue non recentibus, et de hominibus quorum fama iam minus intersit aliarum personarum viventium, secundum veritatem plene dicant, soluta omni personalis famae consideratione: tum quia scientia historica communiter interest; tum quia condemnatio viri noxii plerumque restitutionem bonae famae innocenti parat.

6t)O. — 4. Corollaria seu applicationes. In loco ubi quis ita ignoratur ut etiam praesens a nemine nomine suo designari possit, persona nullam famam habet. Quare calumnia contra ipsam prolata rationem mendacii non autem iniustae detractionis habebit.

Non peccant detractione qui, in ordine ad correctionem, occultos defectus filiorum et subditorum *parentibus* et *Superioribus* deferunt (cfr. supra n. 116); — qui *consilii* et *auxilii* capiendi causa revelant quae necessario communicari debent ; — qui revelatione sua proportionatnm alterius *damnum impedire* proponunt: unde, eum agitur de conferendo officio, de contrahendo matrimonio, de suscipienda religione, de assumendo medico, praeceptore, famulo, licet, immo interdum oportet, occulta alterius impedimenta, inhabilitatem, crimina, unde *notabile* aliquod incommodum merito timetur, manifestare, dummodo nulla alia ratio commodior impediendi praesto sit, et damnum quod proximo timetur ne sit nimis infra damnum quod ex revelatione sequetur; —qui revelatione consulit *propriae famae* ininste per nliiiui laesae; — qui, *solacii* causa, injuriam ab alio sibi factam alicui amico, nou pluribus, communicat, praesertim si caveatur ne persona apertius nominetur quam ad solacium nccesse ait; — qui crimen, notorietate *iuris* publioûm, i. e. de quo constat definitiva indicis sententia, manifestat, etiam in aliis locis ubi fama non erat facile perventura. Id fit sine *iniustitia,* quia divulgatio sententiae rationem habet utilis poenae, et ad publicum bonum expedit ut

facinorosi cognoscantur. Nec repugnat *caritati,* nisi mala agas intentione, vel, propter personae emendationem, ratio boni publici desierit. Immo si res solam *facti* notorietatem habeat, videtur bonum publicum postulare ut de huiusmodi publicis rebus homines colloqui possint et sic errores vitent qui ex falsa existimatione facile manarent. Sic LUGO, d. 11, n. 61. contra alios qui severius loquuntur, cum res divulgatur in loco quo fama non est nisi post longum tempus perventura. l'otestne autem, salva institia, excitari memoria antiquae condemnationis? Id olim admittebant; res a mente legislatoris pendet, quam contrariam arbitramur.

Leris tantum est per se *detractio* illius qui aliorum naturales defectus vel generales propensiones iracundiae, etc. (excepta luxuria) revelat ; vel etiam peccata mortalia quae, propter personae condicionem, eius famam parum laedunt, ut si de adulescente saeculari et parum pio dicas eum esse prodigum. amoribus deditum, etc.; — illius qui cuiuspiam crimen occultum revelet uni alicui viro prudenti et taciturno, nisi persona sit cui quispiam speciatim probari cupiat. Neque obstat grave reputari amissionem famae apud unum, per indicium temerarium; quia per illud indicium crimen cuipiam imponitur quasi falsum, quod, in re gravi, semper grave est; — illius qni crimen manifestat quod brevi publicum erit, quia parum nocet: nisi tamen gravia damna ex ista anticipatione sequantur; — illius qui infamem in uno crimino, v. g. adulterio, de altero valde affini, utputa de fornicatione, infamet; — illius qui de *vitio gentis* in genere loquatur, aut de tali civitate dicat ibi multos esse improbos, etiam crimen determinando, quatenus aut notorium est, aut neminem determinatum laedit. Immo peccatum saepe nullum hac narratione committetur.

Grave autem erit, contra iustitiam, narrando defectus etiam leves *graviter nocere,* ut si optimi nominis Praelatum dicas esse mendaciis assuetum, illegitime natum; — vel de aliquo dicere te novisse quidpiam de illo quo magno rubore sit afficiendus; — res graves quae intra ambitum restrictae communitatis, ut capituli, monasterii, religionis, continentur, iis revelare qui ad illam communitatem non pertinent, praesertim cum infaniatio religionis, ordinis, etc. indo non raro sequatur; — detrahere ordini seu statui religioso in communi, vel *monasterio,* dicendo v. g. quod in eo male vivatur, observantia regularis non servetur (nisi id notorium fuerit), vel, tacita persona, indicare monasterium ubi grave peccatum occultum commissum fuerit; — detrahere loco cuidam si infamia in singulos quasi redundet: id tamen hodie, ob mixta omnia personarum genera, difficilius accidet.

601. — 5. Detractio materialis *e.v loquacitate* orta est mortalis. si gravem proximi laesionem interat, idque advertatur. Poterit autem esse obiective venialis, si non serio accipitur vel creditur. Similiter veniale existimant audita referre ut audita tantum, nihil affirmando de rei veritate, sed dubitationem potius suam de ea significando, nisi tamen grave damnum ex modo nar-

randi vel ex levitate audientium, qui temere crediturí et vulgaturi sint, secuturum praevideatur. Cum autem non ex modo narrandi sed ex levitate sua auditores crediturí sunt, grave erit contra solam caritatem. Ipsa iustitia autem graviter laedetur si rem ut a viro fide digno narratam referas: alii enim tunc rationabiliter credent. Cfr. Lugo, d. 14, n. 56. 57; S. Alph., l. .3, n. 977.

602. — 6. Non nulla notanda, *a)* Qui publicum delictum refert, poenitentiam et emendationem quoque, ex iustitia referre debet.

b) Pro persona audientium qui similium rerum conscii sint vel prorsus ignari, poterit revelatio delicti communitatis, vel clericorum, monasterio, ordini clericali graviter vel non nocere. Et quo artiore secreto (v. g. confessionis) astrictus sis graviore prudentiae obligatione teneris. Scandala quoque vitanda sunt.

c) Ex gravi alterius contristatione, potest narratio defectus naturalis, gravis contra caritatem evadere. Pariter, *illaesa* saltem *caritate,* memoria facti quod oblivioni traditum est fieri nequit, nisi ratio boni communis id postulet.

Admittunt fas esse reo, si conferat ad suam defensionem, in indicio criminali, vera crimina testium revelare. Et si testis illegitime respondeat, ipsa calumnia veritati quidem non tamen iustitiae adversabitur.

603. — 2. Famae restitutio. a) *Restituenda* est ipsa fama a detractore, non ab eius heredibus, cum personalis obligatio personale delictum sequatur; secuta damna *materialia* onus fiunt ipsius patrimonii.

Z>) Qui *verum crimen* narravit, possit laude, honore reddito famam paulatim reparare. Nobis probari nequit usus restrictionum mentalium quem alii concedunt, immo imperant. Imputatio autem criminis falsi aperta retractatione apud auditores immediatos. et etiam mediatos, *per se* destruenda est. Interdum sufficiet dicere, se penitus deceptum esse et res aliter haberi ac dictum erat. Plerumque tamen confessorii retractatione apud auditores immediatos contenti sunt : cum alia retractatio difficillima fiat, et immediati taciti invitentur ad corrigendum aliorum errorem. Cf. Lugo, d. 15, n. 15. 16; d'Ann., II, 226; S. Alph. 1.3. n. 991.

Qui *bona fide* vel probabili errore ductus, falsum de alio sine formali mendacio dixit, errorem corrigere *er iustitia* debet quatenus id sine notabili suo incommodo possit. Si autem error audientium causa fuit cur de alio intellectum sit crimen de nuo dictum, debet saltem *er caritate* grave proximi detrimentum sine suo damno praecavere.

c) Obligatio restitutionis *excusatur* vel *cessat :* ob physicam vel moralem *impotentiam ;* sed qui formaliter iniuriosus fuit debet cum aequali suo damno restituere; - si crimen occultum quod narratum sit vel aliud simile evaserit alia ratione publicum; — si fama probabiliter non fuerit laesa, quia veri simile sit fidem non fuisse adhibitam ab auditoribus ei qui ex ira vel passione loqui videbatur; — si fama aliis modis recuperata sit (secuta tamen damna materialia reparanda sunt):— si probabili oblivione res tecta sit, et periculosum sit rei memoriam renovare: — si alter tibi detraxerit et restituere nolit:—si restitutio condonetur. Condonatio illa licita est, si infamia non redundet in alios, nec fructus impediat communiter utilis laboris.

604. — III. De indicio temerario. 1. *Notiones. Indicium* est *firma animi sententia,* seu assensus indubitatus; *suspicio* est *assensus inchoatus ; dubitatio* non est assensus nisi causaliter, sed *quasi suspensio animi* in neutram partem inclinantis.

2. *Quaenam liceant.* Propter sufficientia indicia indicare, suspicari, dubitare nemo prohibetur; immo id facere in rebus practicis ipsa prudentia cogitur. Nec, eum dubitamus, dummodo positivo indicio de improbitate abstineamus, vetamur ita ad maiorem cautelam agere et res disponere ac si alius sit iniquus. Hoc secluso, potius animo propendere debemus in bonam interpretationem, et falsitatem aliquam spernere si qua huic favorabili indicio subsit, quia veritas contingens particularis non pertinet ad perfectionem intellectus secundum se, et indicium istud magis ad bonum animi affectum spectat. Cf. 2, 2, q. 60 art. 4, ad 2.

.3. ludicii temerarii peccatum. Quia fama est bonum quod habemus apud alios, indicium temerarium, cum plena advertentia, de graviter infamante proximi reatu, adversatur iustitiae et quidem graviter. Sed peccatum istud raro committetur, sive quia indicia saltem probabilia adsunt, sive quia detectus rationum non advertitur. Fere tunc committetur, quando advertens obligationem examinandi rationes, examen ex malo affectu neglegat, et ia apprehensione alterius infamiae delectetur.

4. Quid de suspicione et dubitatione. Suspicio et dubitatio temeraria ex genere suo veniales esse videntur. (Iuη enim in mente suspicantis supersit aliqua bona proximi existimatio, ei nulla gravis iniuria irrogatur. Gravis tamen esse potest malevolentia ob quam in suspicione gravi vel in dubitatione de re gravi persistatur. Qui interrogatus responderit se non esse moraliter certum sed falli posse, non indicat sed suspicatur; indicat vero qui rem certam vel fere certam affirmaverit.

§ 2. — Iniuriae in corpus seu vitam temporalem proximi.

Ordo dicendi. — Iniuriae istae committuntur per homicidium et mutilationem et proin per feticidium ; per duellum, per directam abortus procurationem ; per stuprum et adulterium. Cum homicidio quaestio de cruenta defensione ; cum feticidio, quaestio de fetu ectopico ; cum abortu quaestio de partus acceleratione conectitur. De feticidio tamen post duellum, et postea de abortu agemus.

I. *De Homicidio et Mutilatione.*

605. — Malitia. 1. *Directa hominis occisio,* privata auctoritate facta, est intrinsece illicita. Perinde dic de *mutilatione,* ea excepta quae ad corpus seu vitam temporalem servandam dirigitur. Haec manifesto colliguntur ex principio hic supra, n. 590, jiosito. et ex dictis n. 320-323.

Specificatio. Consensus patientis solani iniustitiae notam, non autem alias malitias auferre potest; ne gravem quidem pietatis offensionem, quae voluntarium *parricidium, conitigioidiiim, fratricidium* inficit. Offensiones contra pietatem inter se gravitate, *non* tamen *specie* differunt. Gravis annexa *crudelitas* in exsecutione. novam addit speciem *feritatis.* Medium autem seu modus homicidii speciem non mutat.

Nec malefactorem aut reum morte damnatum, privatus occidere potest, nisi agatur de legitime proscripto, quem occidere enixis licet, mandato auctoritatis publicae.

2. Homicidium *casuale* seu quod, praeter intentionem, sequitur actionem vel omissionem, imputabitur, quatenus secuturum praevidebatur ex actione quae propter periculum talis effectus erat iure naturali vel positivo prohibita. Dicitur *casuale mixtum.* Casus est clerici qui. necessitate non excusatus, medicinam cum adustione vel incisione illicite exercuerit.

606. — Detrimentum valetudini illatum, v. g. activa communicatio gravis morbi ad mutilationem refertur.

Peccant igitur graviter qui infantem syphiliticum nutrici lactandum tradunt. Nec, utilitas infantis tamquam alter buniis effectus, solue intentus, allegari potest, tum quia, ut. sic do aliena valetudine, disponatur, requireretur consensus nutricis quae ne moneri quidem consuevit, tum quia alia via infantem alendi communiter praesto est.

607.— De cruenta defensione. 1. Fas est vim vi repellere, et aggressorem qui eripere tibi conatur vitam aut (piae ad eam honeste ducendam necesssaria sunt, praevenire, etiam actione quae simul necem inferat, animo se defendendi, et cum « moderamine tutelae inculpatae » (i. e. defensionis licitae ; classica formula desumpta est ex iure rom. *Cod.* L·. 8, t. 4. c. 1). Servatur istud moderamen, si id solum Iit quod ad arcendam iniuriam necessarium videatur.

2. *Ratio honestatis* non est, ut plures dicunt, aliquis conflictus iurium, namque persona aggressoris manet inviolabilis; nec delicto alienare quispiam potest ius quod consensu amittere nequit ; sed, cum S. TH0MA, 2. 2, q. 64 art. 7. principio duplicis effectus utendum est (I, 131). Alterius enim aggressio efficit ut actus qui secus immediate non essent nisi vulneratio et occisio, simul sint immediate propria defensio. Quare occisio solummodo permittitur. nec intendi potest qua talis. Ac difficultati motae a Li g o. *lust.* ‹l. 10, n. 149: honeste intenditur quod honeste efficitur, respondetur concedendo maiorem, sed negando minorem: in casu, occisio proprie non efficitur, sed permittitur.

3. *Condiciones.* Data ratio demonstrat : u) requiri *aggressionem moraliter praesentem,* non praeteritam, nam tunc exerceretur vindicta ; non men praevisam, nam defensioni nondum locus est. Aggressor autem moraliter est (pii te aggredi animo destinavit, et occasionem simul aggressionis quaerit.

Quid in dubio ' Si nulla actione exteriore confirmatur, suspicio cautioni non autem cruentae defensioni locum dare potest. Qui autem ex hora vel modo quo se praesentem sistit timendus videtur, monendus est ne accedat. Si accedere pergat, ut iniustus aggressor tractari poterit. Si vero, sicut fur nocturnus, cuius quaedam mala intentio iam est certa, ipso verum periculum creat, nisi clamore homines acciri possint, ut aggressor etiam morte repelli posse videtur. Quod ipsa positiva lege interdum sancitur.

Propter periculum alucinationum et abusionum, propositionibus 17 et 1« damnatis ab \lexandro VII reprobatur occisio falsi accusaturis, falso-

rum testium et iudicis a quo iniqua certo imminet sententia *(Dent.* 1117, 1118); — prop. 32 et 33 ab Innocentio XI reprobatur defensio occisivn pro bonis speratis, aut contra eum qui impediat heredem vel legatarium ne hereditatem vel legatum obtineant (Dear. 1182. 1183). Propositione? istae ab Alex. VII damnatae sunt ut minimum tamquam scandalosao ; ab Innoc. XI ut minimum tamquam scandalosao et in praxi periculosae.

Quia non agitur vindicta, sed propria defensio, haec etiam contra *materialiter* iniustum hominem, puta ebrium, exerceri potest. *Nec alterum cruenter defendere prohibemur:* puta invasorem pudicitiae feminae. Id tamen non licebit, si haec consentiat vel cum possit, non resistat, nisi, propter coniunctionem, tua intersit nt eius honor sit incolumis. Et cruenta alterius defensio potest vario officio imperari.

6) Requiri *boni proportionali laesionem :* vitae, mutilationis. pudicitiae, rei temporalis quae in se vel laeso sit magni momenti. Quantitatem absolutam non infra mille libellas aestimarim. Begulariterunum aureum sufficere, est propos. 31 damnata ab Innoc. XI *{Denz.* 1181); d'Ann. II, 283 (9). quantitatem absolutam circa 400 libellas suo tempore ponebat. Verum furi minitanti vim nihil dari debet. Quare aggressio boni temporalis facile in aggressionem personae converti poterit. Periculum autem salutis aeternae aggressor sibi imputet.

c) Requiri *necessitatem defensionis.* Unde si iniuria minore aggressoris damno averti potest, maius inferre non licet. Immo, si sine dedecore fugere potes, fuga eligenda est. Quare occidere non licet furem, si res quam aufert satis certo alia via recuperari potest.

608. — Quaeres de vindicta. Per vindictam, *poenae post perfectam iniuriam sumuntur.* Haec privato non licet sed publicae potestati reservatur. Punitio tamen quaedam *medicinalis,* quae ictibus non periculosis fiat, ex quadam epikeia permittitur et mulieri quae invasa fuit, et omnibus, post parvas iniurias quas iudici deferre nimis molestum foret.

Quare ne de veniali quidem arguendus est adulescens qui sic modicae iniuriae expeditam sed aequam rationem exigit. Multo magis mulieri sollicitatae licebit manibus suam constantiam ostendere, quo certius alter discedat et ne conatum repetat. Nec in hac re scrupulus habendus eat, vel censura aut irregularitas timenda est, quicumque sit sollicitator. Cf. Lehmkuhl, I, 996, — ubi etiam S. Ioaxxf.m Ciirysostomum allegat.

609. — Poenae ecclesiasticae. Laicus legitime damnatus propter homicidium, ipso iure excluditur ab actibus legitimis ecclesiasticis et a quolibet munere si quod in Ecclesia habeat; clericus vero degradandus est (c. 2354, §2). — Qui voluntarium homicidium perpetrarunt et omnes coopérantes sunt irregulares ex delicto (c. 895, 4°). — Notorio delicto homicidii in ea facti; vel iniuriosa et gravi sanguinis effusione, ecclesia violatur (c. 1172 § 1, 1° et 2o).

N. B. *De restitutione propter homicidium commodius et plenius post quaestionem de duello agetur.*

II. *De Duello.*

610. — L Notiones. Duellum, *est duorum vel paucorum certamen periculosum, ex condicto, i. e. e.i praevia/nte pactione, armis letalibus susceptum.*

Periculum postulatur vel mortis vel saltem mutilationis aut gravis vulnerationis. Absente enim tali periculo, actio exterior nequit ex iure naturae et in se sumpta dici graviter peccaminosa.

Sine condicto, iniusta aggressio, quae sane haberi potest, versatur extra istam funestam institutionem (piam Ecclesia poenis suis abolere intendit.

Arma letalia ex communi sententia requiruntur. Quamquam, ut refertur in causa Wratislaviensi 9 aug. 1890, non nulli sufficere putarunt ut arma vulnera infligere possent.

Porro qui sive provocatione sive auctoritativa iussione aliquem invitum ad certamen huiusmodi ineundum moraliter coegerit, reus est formalis iniuriae, cum unicuique ius debeat servari expeditum detrectandi quod ipsa naturae lege facere vetatur.

Stultus iste usus originem habet superstitiosam. Ad genus divinationis referebatur sicut *ordalia* medii aevi et erat forma tentationis Dei. Quare auctores de duello agebant ubi de superstitione tractabant. Cf. S. Thomam, 2. 2, q. 95 art. 8, ad 3; Sanchez, *Prave. Decal.* L. II, c. 39.

Hodierna duella, praecipue inter viros militares celebrata sunt ut demonstratio animi fortis et zelantis honorem proprium: et simul ut modus cohibendi, ipso duelli timore, mutuas offensiones. Quasi haec per media illicita quaeri debeant vel possint! Atque ad eam absurditatem perventum est ut lex criminalis duellum vetaret et simul exercitu excluderentur qui legem istam non infringerent!

611. — II. Iudiciuni morale. I t satis per se liquet, duel· Ium. privata auctoritate susceptum, intrinseca homicidii et sui-cidii malitia inficitur.

Ab aliquot annis, maxime post recens bellum, fortuna, etiam mundana, duellorum inclinare coepit. Erit tempus ubi mirabuntur quomodo adeo ineptum praeindicium tam diu saevire potuerit.

Neque excusantur duellantes malis ex negato duello sibi imminentibus, eum immunitas ex actu malo quaeri nequeat. Cf. propositiones damnatas a Benedicto XIV in C. *Detestabilem,* 10 nov. 1752.

De duellis publice imperatis infra dicetur, n. 638. 2 b

612. — Quaeres *num* in locum pugnae singularis, *substitui possit quod-piam tentamen periculosum* quo quis se contemptorem periculi ostendar.

Resp. 8i tentamen istud simul aliam, proportionatani, utilitatem habeat, occasione quis uti poterit constantiam animi demonstrandi. Probatio autem virtutis per temeritatem qua talem ettioi non potest.

613. — III. Poenae ecclesiasticae. 1. Duellum punitur *ex-communicatione* Romano Pontifici simpliciter reservata, quae, e c. 2351. § 1 plectit ipso facto «Duellum perpetrantes aut simpliciter ad illuti provocantes, vel ipsum acceptantes, vel quamlibet ope-ram aut favorem praebentes, nec non de industria spectantes illudque permittentes vel quantum in ipsis est non prohibentes, cuiuscumque dignitatis sint». Quae verba fere identic:! sunt verbis censurae antea latae ('. «Apostolicae Sedis», ita ut ean-dem interpretationem (cfr. c. 6, 2°) recipere debeant.

Itaque: Duellum quod censura plectitur supponit, ex sententia proba-bili, condictionem *loci, temporis,* et *armorum.* — Quare censuram effugiunt qui, oborto improviso conflictu, ex eodem rixae impetu ad locum aliquem idoneum ex aequo pergunt pugnaturi (5. *C.* 15 oct. 1711). Plectitur au-tem duellum ad primam sanguinis effusionem vel quod certo ictuum numero finiatur, nisi re vera, ob cautelas sumptas, morale gravis vulneris pericu-lum absit. — *Perpetrantes, prorocantM, acceptantes,* principaliter puniuntur; quare provocantes et acceptantes plectuntur censura etiamsi nulla pugna secuta sit, dummodo non ficta, sed *rera* fuerit provocatio vel acceptatio, et locum, tempus, arma determinent aut eligenda ab adversario acceptent.

Complices, contra, secundario plectuntur. Quare oportet ut factum prin-cipale advenerit, quod, si de spectantibus agitur, non potest esse, nisi ipsum duellum. Operam autem vel favorem praestant *(estes, patrini,* etc., medici quoque et confessarii si, a duellantibus rogati, intersint etiam cum inten-tione abbreviandi pugnam vel vulnera curandi aut absolvendi. Non autem

annorum magistri qui eos quibus certare destinatum est mere artem pugnandi docent, nec aurigae qui duellantes ad locum pugnae vehunt, si inde pugna non est facilior vel certior facta. — De *induetria* spectant ii soli qui praesentia sua animum pugnantibus aut splendorem pugnae addunt et sic damnanda praejudicia continuant. — *Permittentem* et *non prohibentem* non sunt privatae personae sed potestates publicae, civiles aut militares, quae vel positivam licentiam dant, vel, eum possint, duellum minime impediunt. — *Cuiu«cum<ine dhfniittttH mini:* hodie ex c. 2227, omnes personae, si solos excipias Cardinales, pontificiis excommunicationibus latae sententiae atticiuutur.

2. «Mortui iu duello aut ex vulnere inde relato» *privantur ecclesiastica sepultura,* et. consequenter, Missa exsequiali et publicis officiis funebribus. Verum hodie, contra atque ante Codicem, haec poena cessat, si. ante mortem, aliquod paenitentiae signum dederint (c. 124(1. 1241).

3. *Duellantes eorumque patrini* sunt ipso facto *infames*^·. 2351. § 2), ac proin sunt irregulares *e.r defectu,* inhabiles ad beneficia, etc. ad actus legitimos, ad exercitium iuris aut muneris ecclesiastici, arcendi a ministerio (c. 984. 5°. 2293. 2294). Commisso autem homicidio, sunt praeterea irregulares *e.r delicto* (c. 985. 4°).

614. — Quaeres num duella quae « *americana* » vocantur poenis ecclesiasticis plectantur.

Huc redeunt ut ambo adversarii se exponant periculo mortis vel gravis damni, unde alter casu occumbat, alter casu indemnis evadat : ut si duorum pastillorum alter sit innoxius, alter veneno infectus, et ambo debeant alterutrum absumere.

Hemp. Cum nullam pugnae speciem habeant, duella ista poenis istis non afficiuntur.

615. — Quaeres de sic dictis « mensuris» iuvenum qui Germaniae universitates frequentant.

In hoc consistunt istae « mensurae » ut, in principalioribus corporis partibus bene protecti, ambo iuvenes alter alterum parvo quodam cultro lacessant atque vultu incidere contendant. Permanens deiu accepti vulneris vestigium ut quidpiam honorificum et gloriosum exhibetur.

Interrogata ab episcopo Wratislaviensi, S. Cong. *Concilii.* 9 aug. 1890, respondit sic duellantes eorumque patrinos irregulares fieri ex infamia iuris.

Quam resolutionem adhuc vigere declaravit eadem S. Congregatio, die 10 feb. 1923, episcopo Itatisbonensi. qui simul scandala benignioris sententiae allegarat (A. A. S. XV (1923) 151; /Vr. XII. 51). Declarationem istam alii perhibent ut extensivam, propter specialia Germaniae adiuncta datam, dum alii « mensuras » leves a gravioribus distinguunt. Solas graviores in

quibus probabile inutilntionie vel gravis vulneris periculum re vera habetur responsioni obnoxias esse arbitrantur. Utcumque res se habeat, oportet ut ad completam omnis barbariei suppressionem contendatur.

III. *De restitutione propter homicidium vel vulnotationem.*

616. — In re quae difficultate non vacat, prius quae omnino constant referre praestabit.

Principium. Iniustus *occisor* aut *mutilator* directe attingit ipsam personam quam occidit, vulnerat, etc. et, si paterfamilias fuerit, etiam causam per se alimentorum familiae proprie dictae: uxoris et liberorum. Inde est per se ipsi vulnerato principaliter, eiusque familiae secundario iniuriosus. Hinc varia corollaria.

1. Nihil debetur ex iustitia, propter *occisionem* vel *vulnerationem in duello,* nisi victor alterum vi vel minis ad decertandum coegerit: consentienti non Iit iniuria.

Auctores, post LuGO, d. 11, u. 66 ss. S. Alpiionsim, l. III, η. 63$ provocantem obligant ad sarcienda damna provocato qui communi respectu humano duellum acceptare coactus fuerit. Contra tamen hanc obligationem obici potest : *a)* ipsam provocationem saepe eodem respectu humano imperari ; *b)* causam coactionis in proposito casu non osse ipsum provocantem sed praeiudicia mundana. Provocans sua provocatione timori humano occasionem dedit sed eum non excitavit. Cf. Noldin, II, 468, 6.

2. E communi sententia, nihil ex iustitia debetur, si ante mortem, vulneratus *omnia* remiserit. Cum enim alimenta familiae non suppeditarentur nisi a patre volente, iniuria non censetur familiae in bonis facta nisi quatenus haec laesio voluntati patris repugnat. Actio tamen iudiciaria ad obtinendam compensationem hac defuncti renuntiatione non perimitur.

3. Seclusis his casibus, ratione ipsius *vulnerati* vel *occisi,* debetur *ipsi* vel *heredibus, a)* pro ipso corpore laeso, id tantum quod index definiverit; *b)* compensatio praevisi damni *spiritualis,* per suffragia, Missas quibus, ex facto occisoris, victima privata fuerit : *c)* compensatio damni *temporalis :* impensarum pro morbo; damni (“mergentis vel lucri cessantis ex inhabilitate ad laborem. — *Funeris* expensae per se non sunt restituendae, nisi maiores inde evaserint quam secus fuissent. — Ob aestimationis difficultatem, compositio cum ius habentibus ineunda erit.

4. *Uxori et liberis* per se tantum certo restituenda sunt alimenta quibus per illam necem priventur. Si itaque alia bona

praesto sint familiae, si vidua bene nupserit, nihil iam *certo* debebitur. De cetero enim oe,cisio non est familiae iniuriosa.

5. Cum debitor non sit res *creditorum,* his occisio non est iniuriosa: (piare non constat quidquam iisdem deberi. Nec videtur aliquid deberi societati quae vitam assecuravit. quia respectu societatis assec.urant is. occisor non debebat ex iustitia occisione abstinere.

(i. Si occisor autem creditoribus vel societati directe nocere voluerit, non pauci tunc eum ad damnum quod passi sunt reficiendum obligant.

7. Qui, iniuste invasus, moderamen inculpatae tutelae excesserit, raro aliqua restitutione facienda ob damna inde secuta tenebitur, tum (piia ipse invasor ultro tale periculum adierit et acceptaverit, tum quia invasus plerumque sine plena deliberatione excessum commiserit. Cf. Pisgetta-Gennaro, III, 498.

617. — Plenior rei expositio. « Difficilis est resolutio huius quaestionis propter argumenta (piae ex omni parte fieri possunt, quibus non ita facile satisfieri potest » (LUGK), *lust.* d. 11. n. 73).

1. *Tria potiminiuni quaeruntur.*

a) Quia, praeter damna materialia ordinis oeconomici, solet quoque homicidium afferre detrimenta ordinis moralis et superioris, auctores introducunt hac occasione quaestionem de obligatione compensandi pecuniis haec posteriora detrimenta. Controversa ista quaestio a nobis iam supra, n. 587. negative soluta est,

h) Quaenam damna realia et quibnsnam sarciendo sunt ab homicida.

c) Universalis condonatio quam, ante mortem, vulneratus fecerit, valetne ad pleno auferendum omne iustitiae debitum ?

2. *damnis materialibus reparandi#,* a) *Principia solutionis* statuamus.

Homicidium damnosum esse potest ipsi occiso, ante mortem; dein familiae, heredibus, coniunctis; tum multis aliis, v. g. creditoribus, pauperibus, piis operibus.

Qunecnmquc damna temporalia, saltem in confuso praevisa, acciderunt, ante mortem, personae occisae, huic conferunt ius activum, quod eius patrimonium ingreditur et. post eius mortem, ad heredes et legatarios sicut quaelibet alia iura pervenit. De iure isto eiusque translatione ad successores nulla dubitatio oriri potest, neque exoritur.

Homicidium tamen non est iniuriosnm pauperibus, piis operibus, creditoribus nec ipsi familiae, nisi quatenus laedat eius ius sustentationis a defuncto obtinendae. Etenim defunctus non erat ros seu mancipium pauperum vel creditorum, nec propter ipsos vivere debebat. Neque erat res fa miliae. Quasdam tamen intime coniunctas personas stricto pietatis officio

alere debebat, adeo ut personae istae, si opus esset, sustentationem istum occulto ex cius patrimonii» sibi quaerere permitterentur. Copia vero alimentorum quae sic ex stricto pietatis oflicio debentur familiae tolli nequit sine iniuria adversus eam commissa. Sicut qui tutorem pupillo eripuerit, huic foret iniuriosns, sic qui familiam naturali alimentorum provisore privat, ipsius familiae iura damnose violat: quod damnum ei compensandum est. His positis, habemus unde varias sententias intellegamus et diiudicemus.

b) *Fariar sententiae.* a) Omnia detrimenta materialia, saltem in confuso praevisa, omnibus qui ea patiuntur compensanda sunt. Istum plurium antiquiorum et etiam VasQTEZ *(Restitutio,* ὐ 3 dub. 7), sententiam LüGO (d. 11, n. 75) potius practice impossibilem quam speculative falsam aestimat. Λ nobis reicitur quia prima condicio restitutionis faciendae desideratur: actio ei iniusta qui damnum patitur.

. β) Multi tenent et S. ÀLPHONSls L. 3, n. 631 pro certa habet, sententiam quae obligat homicidam ad restituendum *heredibus necessariis* et etiam uxori omne lucrum quod ex defuncto superstito fecissent, secundum rationabilem praesentis spei aestimationem. Ratio affertur quia damnum istud sequatur per se (Noldix, *De praeceptis,* 466), atque heredibus ius sit ne spe ista per homicidium deiciantur. Verum demonstrandum foret homicidium esse respectu istarum personarum iniustum, non solum quatenus auctorem debitae sustentationis verum etiam largitorem indebiti beneficii ipsis auferat. Cum istud non probetur, proximitas damni obligationem restitutionis gignere nequit. Quod indirecte confirmatur iis quae contra exceptionem « *per accidens* » habentur apud LvGO d. 11, n. 78.

Id sentiens, Lkhmkvhl, I, 1179, absolutam voluntatem appellat qua defunctus intendebat istis personis conferre omne lucrum quod vivens obtinuisset. Scilicet personae istae emolumentum istud ex *successione* defuncti perciperent. Verum ratio ista supponit ius ad ista lucra exstare in patrimonio defuncti cui succedunt. Iam voro, ut observat LESSIUS *lust.* e. 9, n. 155, et post cum LüGO, l. c. n. 78, occisus numquam ius habuit ad istam restitutionem, « utpote cuius obligatio post mortem eius orta sit ». Seu alias, lucrum cessans nulli iam est ac proin nulli debetur pro tempore quo res temporales aeternis commutaverit.

Quare iis potius adhaeremus qui obligationem restitutionis circumscribunt debitis alimentis, quatenus personae istae stricte coniunctae iis per mortem patris vel mariti priventur. Nec accidentalis voluntas qua defunctus de facto alii personae dilectae providere intondebat huic ius ad alimenta conferre potest.

Observamus quoque auctores etiam optimos de quantitate heredibus necessariis restituenda satis confuse loqui. Dum enim prius quantitatem omni emolumento sperato definiebant, subinde, cum loquuntur de causis ab hac restitutione excusantibus ea proferunt unde dixeris sola alimenta fuisse debita. Cf. iam LüGO, d. 11. n. 87. 88; 8. Axphoxsvm, l. Ill, η. 631 ; Noι.ηιχ, II, 466, 2; Tamqi'erey, HI, 566.

γ) Cnin agitur de heredibus remotioribus et de creditoribus, communior fit opinio quae negat quidpiam ipsis restituendum esse, sive quia damnum istud sequatur *per accident:* quae ratio obscura parum probat, si de facto occisor novit consectarium; — sive quia non constet de absoluta defuncti voluntate (ita Lehmkihl, I, 1180), — sive, haec nostra est ratio, quia emolumenta ista non sunt in patrimonio defuncti; et, ut ait Lehmkuhl, I, 1181, de creditoribus, « habent actionem in debitorem eiusque res, quam diu vivit; non habent ius ut vivere pergat ».

δ) Non pauci severius respondent, si homicida creditoribus nocere *voluerit,* quia tunc, sic Lehmkuhl, I, 1180, intentio ista demonstret praevisionem er attentionem ad nexum causalitatis. Verum, ut observant Piscetta-Gennaro III. 495, intentio occasionem in causam non convertit; i. e. actionem externam iniustam facere nequit. Nexum causalitatis non negavimus, sed causalitas non demonstratur fuisse creditoribus iniusta.

Nec, contra atque existimant Piscetta-Gexnar0, III, 491, refert qua voluntate fuerit defunctus, qui fortasse ut iam solvens considerari possit, quia voluntate ista defunctus emolumenta postuma acquirere non potest.

3. De efficacia condonationis. LüGO, d. 11, n. 63, negat, cum pluribus, ab occiso condonari potuisse alimenta uxori et liliis debita, cum haec *(lirtde* istis personis competant. Sed iis non competunt nisi defunctus re vera alimenta ista praestabat, ac proin praestare volebat. Quare cum Lkhmkuiil, I. 1181, et aliis existimamus omnia valide remitti potuisse.

Verum ne confundas condonationem iniuriae qua talis cum remissione eam consequentis debiti iustitiae.

Heredes quoque conservant actionem in foro externo quam lex čivili ipsis tribuerit. Sed, si actio criminalis instituatur, et ipsi facultate petendi compensationem pecuniariam non utantur, satis facile remissio istius debiti, saltem ex quodam despectu, inde colligi potest. Sic tit non raro ut tnodicissima quaedam pecunia, v. g. unius libellae, petatur ad affirmandum ius quo tamen pars uti nolit.

618. — Societati quae vitam personae occisae forte assecuraverit: Statui vel institutioni quae propter homicidium istud liliis vel viduae pensionem solvere debet, nihil restituendum videtur. Actio enim non fuit ipsis iniuriosa. Nec mutanda responsio videtur si intentione obligandi societatem vel Statum ad istas pecunias solvendas scelus commissum sit. Intentio enim potest quidem tollere excusationem quae a nimis distante effectu interdum petitur, actionem autem exteriorem quae obiectivo iuri non adversetur iniustam efficere nequit.

Noldix, Π, 466, ex eo potius argumentatur quod aerarium publicum et societas assecurationis obligationem reparandi damnum sibi illatum fortasse non urgent: « de eiusinodi enim casibus, etsi praevisis, in eorum sta-

tutis nihil est cautum. » Ratio ista nobis parum eflica.x videtur. Alieno enim iuri quod ex delicto nascatur ultro satisfaciendum est, nisi positiva condonatio praesumi possit : huius autem nullum indicium demonstratur.

Si vero quis voluerit per necem personae assecuratae pecuniam promissam sibi comparare, ex ipso contractu nullus titulus habet eam obtinendi.

IV. *De feticidio.*

619. — Principium. Ex quo anima rationalis infusa est. fetus, etiam in sinu matris, est persona a matre distincta et aeque inviolabilis. Nullatenus ergo diei potest eum pertinere ad viscera matris, de quibus haec rationabiliter statuere possit quid velit. Nec minus repudiandae sunt computationes quorundam qui utilitates utriusque vitae, matris et naseiturae prolis, inter se conferentes, eximie colligere conantur utra vita in conflictu (ut ipsi aiunt) immolanda sit.

620. — Corollarium. In fetum *certo* vel *probabiliter* viventem exercere *enibryotomiam* (qua vel rupto capite, vel secto corpore occiditur) numquam licet. Contraria sententia tuto doceri nequit ex ¡S. *Ofjicio,* 11 mai ¶88 et 19 aug. 1889. Actio enim ista est certum aut probabile (probabilitate facti) homicidium innocentis, quod ne ut medium quidem maximi boni intendi potest. Neque obstat, modicam vitae iacturam fore, quia vitam directe abbreviare numquam, etiam moribundis, fas est. Nec fetus (pii loco suo naturaliter evolvitur, pro aggressore materialiter iniusto haberi potest.

Gravi» dubitatio. In casibus ubi salus matris omnino requirit ut fetus expellatur, et, propter artitudinem ostii non potest nisi per embryotomiani expelli, medici catholici solebant exspectare momentum quo, sthetoscopio edocti, infantem existimabant mortuum, ut tunc, sine culpa, eius corpus in partes secarent vel caput terebrarent. Cum autem recens sparsa opiniodemultis casibus in quibus mors non est nisi apparens, certitudinem mortis in tali casu saltem per horam differre videatur ; cum eveniat etiam ut in casu suffocationis, respiratio artificialis quasi vitam restituere videatur iis quorum cor iam non palpitabat, quaeritur utrum necne liceat medico embryotomiani exercere statim atque cor iam a palpitationibus cessaverit.

Profecto, si casus moram toleraret, diutius exspectandum foret. Sed in casu praesenti dilatio esset pro matre letalis. Rursus *nulla poxitivu probabilitax* adest qua de tali infante dicere possimus: « probabiliter vivit r. Experimentum autem artificialis respirationis tentari nequit.

Ideo, cum mera possibilitate dirigi non possimus, et urgeat matris necessitas, nonne erit qui existimet licere ut, signo cuius copia habetur contentus, chirurgus infantem pro mortuo habeat et qua talem tractet? Dubium potius proponere quam resolvere in animo habebamus.

Rem incunctanter permitterent Ferreres, I, 501, II, tine, cum ius certum matris praeferendum esse putet iuri, ut ipse ait, dubio fetus probabiliter vel probabilius mortui; et PRÜMMER, II, 136, ubi haec habet: «Aliquando autem fetus non est certo mortuus, sed probabilius iam non vivit. Tunc etiam plures auctores recte docent licitam esse craniotomiam ad salvandam matrem, quia mater vivens non debet vitam suam dare pro fetu probabilius iam mortuo ». Potius tamen quam de vita danda pro fetu, agitur in casu, de vita propria conservanda cum nece prolis si haec vivat, ut est satis probabile.

621. — Bonae fidei tolerantia. Variis verbis, auctores monent prudentiae sacerdotum permittendum esse ut. in casibus extremis qui, proh! dolor occurrunt, bonam chirurgi tidem non perturbent. Quando enim secus mors matris imminet, et saluti aeternae fetus per baptismum saltem in utero probabiliter est consultum, inhonestas actionis quae, supprimendo fetum certo moriturum, salvat matrem, non adeo perspicua est, ut non fuerit a summis quibusdam theologis moralibus ut C. D'ANN (II, 284) et Ballerinï (Ball.-Gury, I. 403 nota 13) negata vel in dubium revocata. Atque observes in praesenti mortis discrimine, abortum tardius tentatum iri, ita ut tunc de sola craniotomia vel embryotomia agi possit.

I)e ista bonae fidei tolerantia cf. Lehmkchl, I, 1002; Noldin, II, 340; Pkümmer. II, 136; Gennari, *Conn,* wior., T. I, Cons. 77, ubi haec probat ex Kenrick, *Theol mor.,* I. 130: «si chirurgus quid liceat petat, respondeat: « nescio quomodo vita fetus tolli absque culpa queat » (ac proin omissa mentione resolutionum S. Sedis). Si mater potat quid sibi faciendum sit. videtur dicendum oportere chirurgum orare ut vitae fetus omni qua possit ratione consulat ».

V. *De abortu.*

622. —Notiones. 1. *Definitio.* Abortus definitur *eiectio fetus immaturi·,* seu qui extra matrem nondum vivere potest; dum *acceleratio partus,* theologice, est expulsio praematura fetus qui tamen iam vitalis edi potest. *(Medicis* abortus est potius eiectio fetus nondum formati, unde latius intellegunt accelerationem partus etiam de expulsione fetus immaturi).

Regulariter, nt fotus vitalis in lucem edatur, per soptoui minimum mouses corpore matris contineri debet; nec sine speciali periculo ante 34 hebdomadas expellitur.

Nunc tamen, ope specialis cuiusdam incubationis, quidam fetus eenir-«*tres* servari possunt.

2. *Quandonam anima rationali» infundatur. Orulum fecundatum* inoraliter statim *physiologice* sibi vivere incipit. Ne tamen inde concludas cum pluribus saec. XIX scriptoribus, ilico etiam, seu a primo momento, animam rationalem a Deo infundi. Immediata ista animae rationalis infusio, ut notat I'rümmer II, 138, nullo solido argumento probari potest. Contra, recta philosophise documenta de anima, forma corporis, postulant (secluso miraculo, quale Christi conceptionem secutum est) ut cum S. Thoma *Summa theol.,* 1 p. q. 76 art. 3 ad 3; q. 118 art. 2 ad 2, et omnibus scholasticis, post phires Patres, dilatam ad aliquod tempus infusionem istam teneamus; quod recentiores physiologiae observationes (prorsus sane diversae atque illae quae aetate S. Thomae admittebantur) continuant.

Cf. nostrum *De Cantitate* 3 ed. Nihilo minus immediata spiritualis animae infusio satis probabilis manet ut *theologice* fetus a primo instante nt homo baptizari et tractari debeat.

3. *Quid materialiter .sit abortus.* Observes quoque abortum voluntarium describi non posse actionem qua mater infantem ceterum incolumem, gestare desinit, eumque veluti deponit extra sinum suum, in loco ubi tamen, deficiente respiratione, vivere nequeat, sed « primo et per se ipse fetus vivus invaditur eodem modo quo quis, quem letali vulnere alter confodit, invaditur. Violenter enim disrumpere membranas et libras quibus fetus cum utero materno concrevit, re vera nihil est nisi letale vulnus fetui intligere» (Lehmkuhl, I, 1008); «privat fetum officio *placentae* qua matri adhaeret et nutrimentum sanguinisque repurgationem accipit». (Aertnijs-Damen, I, 571).

4. *Baptismus in utero.* Non ita pridem instrumentum inventum est quo membranae quibus foetus obtegitur ita scinduntur ut aqua ope siphunculi inici et, in ipso matris utero, probabilis baptismus infanti conferri possit.

5. *Medicae causae abortus* triplicis generis sunt. Vel enim: «) mater laborat morbo quo difficilius vel nullatenus sanabitur nisi graviditas supprimatur. Exemplum est phtisis pulmonaris: /›) vel ipsa uteri gestatio morbum secumfert. Pessimus perhibetur vomitus inexsuperabilis; c) vel propter ostii artitudinem mater fetum maturum edere nequit. Huic difficultati non raro sive per sectionem caesaream (cf. 625) sive per *symphyseotomiam* occurri

potest. Hac posteriore operatione, « fibro-cartilago », qua ambo pubis ossa coniuiigiintur scinditur, qua peracta scissione, ostium pelvis uno vel duobus centimetris dilatari potest.

623. — ludicium morale. *Directe* procurare *abortum* aeque illicitum habetur ac feticidiuni. Sic sentiunt classici doctores; si qui exceptionem admittere visi sint, supponebant fetum nondum animatum. Sic S. Alph, l. 3, n. 394; sic plerique recentiores; sic S. *Officium,* quod abortum assimulavit operationi directe occisivae, quam, in ullo casu licere, tuto doceri non posse declaravit 19 aug. 1889. Cfr. resp. 24 iul. 1859; v. g. Analecta ECCLESIASTICA, **III**, 483. De vi formulae *tuto doceri non posue,* cf. (rENNARI, *Cons. mor.* t. L cons. 77. in qua citat BUCCERONI. Expellere enim fetum immaturum, qui non edetur vitalis, est eidem vulnus letale infligere. Qui autem homini proximam mortis causam induxerit, malitiam homicidii contrahit. Atque etiam si fetus nondum sit animatus anima rationali, directe expelli nequit quin similis genere, gradu autem gravior malitia quam quae inest in pollutione vel onanistico matrimonii usu. contrahatur. In utroque enim casu, etiam si salus corporalis procuranda sit. facultas quae immediate propter bonum speciei nobis collata est. inverso ordine speciei, ad bonum singulare dirigitur. Est igitur peccatum contra naturam.

Non pauci scriptores, v. g. Lehmkuhi. I, 1003 directum fetus nondum animati abortum ea sola ratione condemnant qnod sit « anticipatum homicidium ». Fatemur a nobis non capi distincte quaenam vie in ista ratione insit. Homo enim quomodo occidatur antequam exsistatf Neque hominis futuri ius aliquod est. Quare ista argumenti forma, propria istius abortus malitia non declaratur, nisi addas cum Aertnijs-Damen, I. 576, id, magis quam pollutionem, adversari naturae, et sic rationem modo a nobis datam insinues.

— Ante ultima S. Sedis responsa, nonnulli, ceterum probati auctores, ut Ball.-Palm. II. 910 ss., Lehmkuhl, I, 818 (non tamen post septimam editionem) in quibusdam gravissimis casibus benignius putabant vel intentione salvandae matris directam abortus rationem auferri, vel matrem quasi a conservando fotu cessare posse. Verum, cum salus matris sequatur abortum et per eum obtineatur, intenti»» huiusmodi directam abortus procurationem non tollit; et nuitor non mero cessat a conservando fetu, sed positivo et saepe difficili conatu eundem expellit. Fieri utique poterit ut in casu extremo bona fides modici turbanda non sit, insistendo tamen ut his operationibus incumbant quae matrem et prolem simul servant et de aeterna prolis salute sollicitam curam gerant,

Observes quoque ad salvandum matrem in caan extremo potius njms fore (si liceret) craniotomia quam abortu qui, in praesenti mortis discrimine, tardius tentaretur.

Quia nostrae aetatis homines minus philosophicis quam practicis rationibus suadentur, opportune ipsis ostenditur qnompdo severitas S, Sedis pluribus humanis vitis parcat, nedum causa sit, etiam per accidens, cur plures pereant. Etenim si, ob temporalem vitam matris salvandam, occisionem infantis licitam dixeris, haec ob probabilem etiam necessitatem exercebitur, nec ad salvandam utramquo vitam omnia eadem sollicitudine lentabuntur. Ac notes, nullam mundanam reprehensionem incursum iri a medico qui, necessitatem allegans, infantem occidit qui cum matre salvari poterat ; dum si mater moriatur in partu periculoso, haec mors prndentiori medico facile imputabitur. Ipsa itaque famae suae utilitate, medicus impelletur ut, contra fetum, securiores partes sequatur, multos sic immolando qui cum matre vivere potuissent. Ipsa experientia id luculente confirmat. Addas quoque ab una causa excusante ad alias admittendas homines perduci : satis est academic»» relationes legere ut videas quam latus iam campus feticidio et abortui patere quidam velint.

624. — Accelerare partum licebit quotiens melius, hac ratione. ipsi vitae infantis consulitur. Ut autem fiat propter matris salutem, oportet ut perficiatur « eo tempore ac modis quibus, ex ordinarie contingentibus, matris et fetus vitae consulatur» (S. Off. 4 maii 1898, ad II). Ratio est, quia voluntas infantis, ubi de discrimine vitae suae agitur, a parentibus suppleri non potest nisi ut eius bono et utilitati provideatur; minime vero, contra atque existimat Lehmkühl, I, 1007, ut fiat actus etiam indirectae immolationis vitae, quem adultus ex heroica caritate facere posset. Id tamen aliquanto latius intellegi potest, quia ipsa mater est infanti necessaria.

625. — De sectione caesarea. *Sectio caesarea* est *incisio ventris et uteri matris ad extrahendum fetum peracta.* Sic, statim post mortem matris licita, immo per se obligatoria erit sectio caesarea ad extrahendum fetum etiam immaturum, qui sic morti aeque certae et promptiori eripitur et baptizari poterit. Ilie rursus praeiudicia mundana aeternae saluti obstant; et qui praedicabant abortum ad salvandam temporalem matris vitam, damnabunt mortuae matris excisionem ad aeternam beatitudinem infanti procurandam'. Propter hodiernas leges poenales, sacerdos non poterit nisi medicum et familiam officii sui monere. Quamvis autem absolute propinquorum voluntati aegre resistere possit,

medicus seu chirurgus tamen in ipsa peritia sua auctoritatem possidet (pia operationem istam peragere rutus queat. Optimum saepe consilium erit ut statim, nihil rogando, fetum extrahat, quasi naturale complementum promissae curae. Si nulla moralitei est spes baptismi, desinit ratio ob (piam, etiam post matris mortem, fetus extrahendus sit. In ipso autem sinu matris mortuae mox peribit asphyxia.

Operatio chirurgica, puta sectionem caesaream. quae ad procurandum baptismum infanti suo sit necessaria, per se a matre subeunda est, etiam cum proprio periculo, si satis certus sit baptismus «pii aliter conferri nequeat. Ad vitam temporalem servandam. periculum istud admittere non debebit. Cum hodie operationes multo securius fiant (piam ante, nec ullum personae sopitae horrorem verum iniciant, mater suaviter inducenda est ut probi medici consiliis obsequatur, ('avebimus tamen ne mulier (piae moritura praevidetur in mala fide constituatur. Saepe ita (pie de gravi obligatione sua tacendum erit.

626. — De poenis ecclesiasticis. « Procurantes abortum, matre non excepta, incurrunt, effectu secuto, in excommunicationem latae sententiae Ordinario reservatam; et si sint clerici, praeterea deponantur » (c. 2350 § 1). — « Sunt irregulares ex delicto.... 4° Qui.... fetus humani abortum provocaverunt, effectu secuto, omnesque cooperatores » (c. 985, 4°).

Procurant abortum quicumque actione physica vel morali, efficaci et directa intentione, efficiunt ut expellatur fetus non mortuus ante septem menses a conceptione. Iure novo ex c. 2209 § 1-3, comprehenduntur censura *mandantes,* et *praestantes cooperationem* positivam et necessariam, quales medici ; ii quoque qui propter ulteriorem finem bonum, illicitum abortum exercuerunt. De cooperatione pharmacopolae qui mere vendit potionem, difficilius constabit eam fuisse necessariam. Mater ipsa non iam est a censura immunis, Quae tamen metui gravi extrinseco cesserit, censuram effugit. — Censura autem incurritur a momento quo eieetus est fetus, ex medio adhibito. — Si quem, ante secutum affectum, paeniteat, ita ut absolutionem receperit, immunis videtur a censura, quae nequit iam ad peccatum ut accessoria accedere. Si aliter sine usu sacramenti poenitentiae sincere doluorit, videtur hodie ex can, 2209 $ 5, collate» cum 2229 3, censura teneri (cf. quoque c. 2231).

N. B. In interpretanda praesenti censura, auctores quidam, quamvis post Codicem scripserint, canones 2209. 2229-2231 praetermisisse videntur. Ita PlGHI, *Cars. theol. tnor.* 1. 3, n. 551. 552.

[624-626.]

Craniotomia, quamvis in se gravior, cum ab abortu plane sit distincta, hac censura non adicitur.

Irregularitas autem, hodie, eandem ac censura interpretationem recipit. Cooperatores vero esse videntur cooperatores positivi tantum (ex c. 2231). quamvis Cerato *{Censurae vigentes* n. 161, p. 229) etiam negativos comprehendat. Cf. GÉN. I, 634; PiGHi, l. 3, n. 602. Qui vero craniotomiam exercuerint, irregularitatem ex homicidio non effugiunt.

627. — Abortus indirectus propter gravem et proportion»· tam causam, ab omnibus admittitur. Tunc, enim intenditur vel eligitur alius effectus bonus qui nulla alia via obtineri potest, et expulsio fetus active permittitur.

Verum « in praxi non semper facile est discernere mini actio quaedam medica sit directa an indirecta occisio fetus » (Peümmer, II, 141). Ut sit indirecta, nulla utilitas ex ipsa fetus expulsione, qua tali, vel ex vulnere gravi ipsi inflicto quaeri potest.

Casus. 1. Itaque mater, letali morbo affecta, uti potest remediis *necessariis* quae, simul ac morbum sanant, periculum abortus inducunt: ei auferri potest ipse uterus morbide affectus qui. sine vitae discrimine, diutius tolerari non potest. Atque haec constant.

2. *Licetne* autem ad *reponendum uterum, amnii liquorem evacuare '* Id controvertitur. Sane incisio amnii est modus usitatissimus procurandi abortum. Verum, in casu, incisio non fit ut abortus sequatur sed ut uterus qui collapsu suo matrem in discrimen vitae adducit loco suo restituatur. Inde dixeris rem licere. Suboritur tamen rursus difficultas eo quod liquor iste contineatur membrana quae ad fetum pertinet. Incisio igitur rationem vulneris letalis habere videtur. Quare res disputatur, et negativae partes veriores videntur, nisi prudenter facta incisione, seu punctione, qua sola pars liquoris effiunt, ipse abortus probabiliter vitari possit et solum per accidens sequatur. Et similes casus difficiles nasci possunt ubi ipse fetus actionem positive et graviter nocivam exercere videatur.

3. Proin si. novis scientiae incrementis, similes difficiles casus proponantur ubi ipse fetus, non simpliciter qua fetus, sed v. g. qua morbidus, actionem positive et graviter nocivam exercere videatur, nihil est praepropere statuendum, sed casus serio examini subiciendus est. firmo semper principio quod *per actio-*

nem directe occisicum tamquam per medium nulla utilitas legitime obtineri potest.

628. — De fetu ectopico. 1 *Facti descriptio.* Interdum, ob varias causas, plerumque ignotas, ovulum fecundatum, *extra uterum,* vel adhaerescit ovario aut oviductui, vel. in ipsum ventrem deridens, applicatur alicui matris intestino, et ibi grandescere coepit. Inde distinguitur praegnatio *tubaria, orarica, abdominalis.* Tertiam tamen haberi non ita constare monet Cappelmann-Bergmann, *Medicina pastoralis,* p. 50.

Praegnatio extra-uterina, ut iidem Doctores explicant, plerumque naturaliter interrumpitur, sive per abortum internum, (piando vel resorbetur vel quasi « petrificatur», sive scissione oviductus, seu ruptura. Tunc aliquando sanguis maternus tanta copia effunditur ut inde mater in periculum vitae adducatur. Sed effusio interdum minima vel etiam nulla est. Raro fit ut praegnatio perseveret ita ut, ope laparotomiae, fetus vivus et vitalis educi queat.

Omnis itaque praegnatio extra uterina, reddit vitam matris minus securam ; internus abortus vel ruptura positivum creant periculum vitae. Gestatio extra-uterina, per certum tempus valde difficile dignoscitur. Si autem, ad eam dignoscendam, ventrem matris aperias, tunc quasi cogaris ad excidendum saccum cum fetu, ut diebus matris parcas. Si autem aliter agnita est. tunc accurata observatio minuit periculum matris.

Medici non pauci gestationem extra uterinam tractant quasi nocivae cellulae in corpore accreverint *(excroissance)* seu tamquam tumorem excidendum, vel directe, v. g. vi electrica aut immissione morphii perimendum.

Alii negant manum chirurgi apponendam esse, donec cogens necessitas non adfuerit.

2. *Indicium morale.* 1. Negari non potest discrimen istud (piod inter fetum ectopicum et fetum utero contentum intercedit. Ipsa natura, ut ait Lehmkuhl, I. 1007, inexistentiam in utero pro fetu praeparavit, dum fetus ectopicus non est loco suo. Inde magis per se est matri periculosus et damnosus, et parte qua matri adhaeret facilius rationem exitialis tumoris seu cystis habere potest. Quia autem saepe dubia est natura rei <piam mater extra uterum gerit, statim ipsa quaestio in has duas dividitur. Quid liceat si incertum sit utrum tumor an fetus habeatur: quid autem, si adesse fetum constet.

2. *Dubium,* ut perse liquet, tale supponendam est quod sit moraliter invincibile. Itaque, quam diu incertum est utrum sil tumor (qui potest esse caneerosus) an fetus, non pauci hodie, praeeunto Génkot (I. 376, in prioribus editionibus) permittunt ut auferatur, sive quia ius certum matris praevaleat probabili iuri fetus, sive quia mater sit in possessione et se protegere permittatur contra id quod potest esse exitiosum et non probatur esse homo; sive quia, ut ait Ferreres, I, 501, II, deficientibus argumentis positivis, non sit *probabilis* vita humana. Is bene ponit principium, non licere probabiliter gravidae quod non licet certo gravidae matri.

Huic principio innixi, quod etiam memorat AERTNIJS-Damek, I, 581, dicemus cum P. SALSMANS ed. 10, 1, 377, ad fetum probabilem normas de fetu certo fere aequaliter traducendas esse.

Fas tamen est de solo fetu certo accipere statim alleganda responsa S. Officii.

3. *Quid si fetus ectopicus certo adsit.* De hac re bis respondit iS'. *Officium.*

Priore decreto, 1 maii 1898, declaravit « Necessitate cogente, licitam esse laparotomiam ad extrahendos e sinu matris ectopicos conceptus, dummodo et fetus et matris vitae, quantum fieri potest, serio et opportune provideatur». — Altero, 5 maii 1902, quaestionem « Utrum aliquando liceat, e sinu matris extrahere fetus ectopicos, adhuc immaturos, nondmn exacto sexto mense post conceptionem ? » — solvit « Negative, iuxta decretum 1 maii 1898, vi cuius fetus et matris vitae quantum fieri potest serie et opportune providendum est ; quoad vero tempus, iuxta idem decretum orator meminerit, nullam partus accelerationem licitam esse, nisi perficiatur tempore et modis quibus, ex ordinarie contingentibus, matris ac fetus vitae consulatur ».

His responsis certo confirmatur quod iam antea tradebant theologi : excisionem fetus non licere ante praesentem matris necessitatem. Quid autem, si necessitas salvandi matrem urgeat? In re tam gravi iuvabit audire recentes auctores.

Antonelli, II. 112. recedens in ed. 1909 a benigniore sententia quam prius propugnabat, iam permittere non audet ut in extremo discrimino, ubi mater cum fetu moritura sit propter imminentem cystis scissionem, fetus immaturus extrahatur ; contentus tamen est Zerissima *ṗc* salvandi fetum. — Quomodo id componatur eum verbis responsi 5 maii 1902 postulantibus tempus, et modum « quibus ex *ordinarie ṗontinyentibu* matris ac fetus vitae consulatur », nos non perspicere fatemur.

Lehmkchl, I, 1010. 1011, observat decretum 5 maii 1902, quod severius sonare videtur, carere approbatione pontificia, et restringi posse « ad eos casus in quibus excisio illa *directae abortu» procurationi* aequivalet. In casu autem proposito» seu (piando reseretur tumor u qui ex conceptione extra-uterina in variis matris organis aliquando appareat, et nisi reeecetur. matrem in suminum discrimen atque disruptis organis in certam mortem coniciat », non haberi nisi indirectam fetus exstinctionem. « Sicuti enim, in praegnatione normali, uterum morbide affectum, qui matrem in vitae discrimen inducat, excidero licet eum fetu, neque tamen hoc modo fetus directe, sed indirecte tantum morti devovetur : sic tumorem matri letalem excidere licebit, etsi fotus ectopicus in eo contineatur, neque haec sectio est fetus occisiva directe, sed indirecte tantum ».

Solutio ista probatur Génticot-Salsmans, I. 376; Piscetta-Gennaro, II, 223. 221 ; Prümmer, II, 146.

Aertnijs-Damen, I. 58.3 haec habet : « Decisiones allatae intellegi possunt de laparotomia fetus ectopici, ut sic. seu quatenus ipse fetus sede sua anormali matri periculum creat, ita ut fetus extractio re vera sit *medium* ad salvandam matrem : in casibus autem expositis, non anormalis status fetus, sed alii morbidi allectus periculum matri creant. Neque videtur adesse occisio directa, cum mors fetus neque sit medium ad salvandam matrem, neque necessario sit finis actionis sive operis sive operantis.

Ca PELLMAN-Bkr GMann, *Pa»toral Medizin* (ed. 18) responsum 5 maii 19(12 de extractione fetus ectopici qua talis, non de excisione tumoris cum fetu coniuncti, intellegit.

629. — Modus a pluribus prohibitus. Lehmkuhl, l. c.. GÉnicot-Salsmans, l. c. prorsus prohibent usum vis electricae quia fetus tunc directe occideretur. Potius tamen, ut videtur, vis c'4'ctrica vel simile medium per modum unius supprimerent tumorem et fetum. Sed accedit haec altera ratio, per solam extractionem (si fieri possit) baptismo fetus provideri posse. Immissio morphii, teste Antonelli *(Medicina pastoralis,* II, 111) tantum ad occidendum fetum utilis foret.

630. — Conclusio quaedam. Non sine anxia quadam sollicitudine casus perpendimus quorum solutio, sive benigniorem, sive severiorem amplectaris, pluribus dicenda est vitis humanis saltem indirecte exitiosa. Dolendus praeterea est conflictus quo. in hac re. hodiernae scholae medicae a scholis theologicis divelluntur. Et si. ut nobis relatum est. etiam accidit ut catholicus medi cinae professor ea plus vel minus aperte tradat de medicis abortibus quae cum S. Sedis responsis non congruunt, quanto graviore

difficultate in arte sua exercenda prementur gynecologic! catholici, qui, dum S. Sedi obtemperant, o) a propriae .scholae praeceptis recedere videntur, *b) nisi saltem* tempestive difficultatem conscientiae obiciant, fortasse poenas civilis legis non effugiunt ob neglectam, in extrema necessitate, operationem qua mater salvari potuit. Cf. Prümmer, I, 136, citantem art. *222* criminalis Codicis Germaniae. In votis igitur habemus ut perspicuis documentis catholicoruhi conscientia firmiter dirigatur, et ut ipsi medici absoluta moralia principia maiore attentione considerent, et agnoscant quam bene de humanitate mereatur Ecclesia, dum inviolabilia personae humanae iura fortiter inculcat et urget.

VI. — *De stupro et adulterio.*

631. — 1. Stupri nomine intellegimus hic *luæuriosam oppressionem personae invitae.* Iam vero iniuriosus est mulieri qui ei vi vel fraude copulam extorsit; huic autem soli, nisi nupta fuerit directe fit iniuria.

De sola oppressa muliere loquimur, quia libidinosae violentiae in alias personas per se non sunt corpori damnosae, nec habent consectaria etiam ordinis oeconomici quae involuntaria fecunditas secum trahit.

2. *Adulterium,* si uxor invita opprimitur utriusque coniugis violat; adulter vero coniux eiusque complex sunt alteri coniugi iniuriosi.

632. — De restitutione propter stuprum. *Damnum temporale,* quod solum est sarciendum, hic *est difficultas* quam puella patietur *bene nubendi, et sumptus alendae prolis, si* qua *ex copula* nascatur. Hinc corollaria:

1. Nihil debet *stuprator,* si defloratio nuptias non impedivit, quia occulta mansit, aut per *indiscretam* puellae revelationem (secus si per iustarn eius actionem) solummodo innotuit, aut si virgo nubere non potuisset, vel noluisset, aut si aeque bene nupsit.

Optima compensatio fiet per *nuptias.* Has tamen *perse* exigere posse puella non videtur. Qui tamen, per veram aut fictam matrimonii *promissionem* puellam flexit, hanc, secundum communissimam sententiam, ducere debebit. Nec obstat nullitas canonica promissionis, cum haec ut instrumentum deceptionis seu

fraudis consideretur. Obligatio tamen nubendi cessat, si ex nimia condicionis inaequalitate vel tenore verborum, fictio facile cognosci poterat; vel si ipse stuprator deceptus sit circa virginitatem mulieris quacum peccavit; vel si matrimonium propter coactionem aut disparitatem condicionum, praesertim educationis, non videatur felix esse posse. Nimis durum enim foret aliquem ad vitam infelicem damnare; nec ipsius mulieris vere interest ut tale matrimonium fiat. Suflicit tunc ut stuprator mulieri dotem praebeat quae obstaculum aeque honestis nuptiis ac quas obtinuisset tollat.

Si mulier non fuerit integra, saepius damnum abest. Et. nisi de honesta vidua agatur, mulier iam ante inhoneste cognita fictionem nimis prodigae promissionis facile percipere potuit.

2. Quod *ad sumptus alendae prolis, iniquus stuprator* solus expensas alendae prolis suae ferre debet.

('outra, mulier quae quaestum corporis sui facit, ante virum tenetur, quia onus istud in se suscepisse censetur.

Alias, ambo pariter per se tenentur.

Semper praeterea ex *pietate,* uterque parens *in solidum* (cfr. infra) ad alendam prolem tenentur. Suflicit ut secundum matris condicionem alatur. — Quod ad filios cuius filiatio civiliter demonstrata sit, obligatio evadit civilis.

633. — Prudentia consiliarii. Antequam obligationem restitutionis declaret vel modum suadeat externae actionis in hac re, confessarius seu consiliarius omnia bene perpendat, et de prudenti exsecutione virum peritum interroget, nisi paenitentem ad huiusmodi virum remittere malit, ('allidar enim feminae iuvenem inexpertum ita pellicere norunt ut ipse se seductorem reputet dum mere in laqueum a feminis paratum incidit. Commisso autem peccato, se ab illo concepisse conqueruntur, quando vel nullatenus gravidae sunt vel cum pluribus peccarunt. Pecunia dein quam quis dederit ad impediendam rei divulgationem vel ad redimendam accusantium et latrantium vexationem, facile in argumentum rea tus convertitur, ita nt diuturnae servituti occasionem praebeat.

634. De restitutione propter adulterium. 1. *Adulterium damnum temporale* affert *e.r suppositione prolis adulterinae,* quae ut legitima habetur et tractatur ab *inscio* marito et parentibus. Si enim consent irent, nullam paterentur iniuriam.

Suppositio pueri est fraus qua viro extraneo ut patri praeseutatur, atque ut legitimus in eius familiam introducitur.

2. In dubio autem proles legitima praesumi potest.

3. Uterque autem adulter in solidum tenentur de omnibus damnis quae *per* se secuta sunt; non autem de aliis. Tenenturne ambo pari loco, an adulter tantum post mulierem: id disputatur. Mulier enim sola filium adulterinum *supposuit.* Sed quia ex communi adulterio id facere moraliter cogebatur, plerique aequalem obligationem astruunt. Sola tamen mulier tenebitur, si filium subducere facile potuit, sicut solus tenebitur adulter qui mulierem vi oppresserit.

4. Damna autem *per se conexu* continentur alimentis, solitis muneribus quae proles a parente vel ascendente suo recipere consuevit, bonis (piae legato vel hereditate ab iisdem acceperit. *h'c(/ulariter,* per accidens conexa seu potius difficilioris praevisionis aestimantur bona (piae ab aliis consanguineis dono, testamento. successione obtinuerit. Cfr. Lugo, d. 13, n. 39. 40; d'Ann.. II. 280; dum severius dicit Molina, tr. 4, d. 102.

Ratio cur aliis consanguineis atque ascendentibus, plerumque nihil restituendum sit, melius et distinctius sic proferenda vi detur. Suppositio infantis ipsis non fuit iniuriosa, nec sine eius infamia ipsis manifestari non posset. Ipsi rursus non tam ad veram originem pueri (pii statu legitimus perhibetur attendere solent, ita ut non constet ipsos re vera esse invitos.

5. *Excusatio.* Non debent autem restituere nisi quatenus id possint sine detrimento altioris boni vel periculo maioris mali. Quare propter discordias, infamiam, odia timenda, et iam ipsam immensam tristitiam cui exponitur maritus rei ignarus, vix uniquam *ipsa adultera* scelus suum fateri cogetur. Debet tamen, quantum potest, aliis modis damnum compensare: diligentiore administratione rei familiaris: minore cultu proprio; favore in testamento facto filiis legitimis, si nihil grave inde timendum sit; consilio prudenter dato lilio spurio vitae religiosae. —*Adulter ipse* saepe excusabitur vel nimia difficultate, vel ipso dubio in (pio versari potest, utrum necne sit propria ipsius proles.

(>. *Adulterinus filius,* quam diu saltem suam originem ignorat. est ut possessor bonae fidei tractandus. Nec. matri affirmanti aut iuranti ipse credere debet.

7. Si plures simul circa idem tempus ad uxorem alterius accesserint, quid iuris sit, infra, ubi de cooperatione, dicetur.

APPENDIX.

De publicae potestatis actione et bello.

Ordo dicendi et utilitas. — Quia personae physicae membra sen parte.·, Mint societatis perfectae, cuius iura per potestatem publicam exercentur, oportet ut paucis examinemus quousque potestas ista personas ceu membra in ipsorum corpore imperio et sanctione attingere queat.

Occasio sic nobis dabitur brevissime dicendi de bello. : plenior rei expositio utilitate careret, cum, hodie presertim, ii qui publicas strages meditantur, theologos parum interrogare et audire soleant. Sed partes nostrae consistere videntur in memorandis et inculcandis paucis principiis quae, si ante bellum firmiter animis impressa sint, horrores eiustnorti calamitatum aliquantum saltem temperare poterunt.

635. — I. Quid possit publica potestas in innocentes. Ne publicae quidem potestati umquam licet, sive in pace, sive in bello, *innocentem* directe occidere, aut in *personas innocentes,* v. g. obsides, vindictam de aliorum delicto sumere. Exigente tyranno, potest res publica innocentem cogere ut tyrannum adeat, quia vitam pro re publica exponere tenetur; et renuentem, cum, qua talis, factus sit nocens, tradere. Virgo tamen, propter consensus periculum, numquam se stuprandam dare debet. Quare suae sorti permitti quidem, numquam vero in hunc tinem tradi poterit.

636. — II. Quid in nocentes. *Auctoritate publica* et *iuris ordine servato,* potest *malefactor* etiam morte puniri. Ab ordine illo servando, ob solam extraordinariam rei publicae necessitatem. ubi saluti publicae consulendum est. potestates publicae dispensari et dispensare possunt.

Formalis ratio cur cruentas poenas exigere possint non videtur petenda ex qualitate partium (piam rives habent. Corpus enim ad personam hominibus inviolabilem pertinet. Sed cum poena capitis necessitate sociali exigatur, Deus, cui ius profecto est. isti necessitati collata potestate providere non omisit.

637. — 111. De Bello. 1. *De belli iustitia. a)* Bellum iustum esse nequit, nisi ad propriam *defensionem* vel ad exercendam *iusiitiam vindieatiram.*

Ante quam autem bellum indicet, debet princeps omni diligentia curare nt certus sit de eins iustitia et de gravi causa. Si ius tantum sit probabile, res est amico foedere vel per arbitros componenda. Haec si altera pars detrectet, iam certam iniuriam patrat quam, si proportionate sit causa, armis vindicare licebit. Cfr. WAFFELAERT, *lust.* II. 444. Perspecta autem belli iustitia parti adversae proponenda est. Competens Satisfactio ab hac oblata per se acceptari debet.

In bello *defensive,* satis est ut non constet de commissa iniustitia.

b) Subditi vulgares, nisi vehemens sit suspicio contraria, de iustitia belli inquirere non debent. Sed, hodie praesertim, ubi, in publica administratione, tam parum ad conscientiae obligationem attenditur, non possunt *docti* et *theologi* imstitiam belli temere admittere et propugnare. Perinde de militibus voluntariis dicendum est.

c) Qui autem in *bello iniusto partem habere cogitur,* hostilibus actibus abstinere debet, et se dare militi hostili quem fuga vitare nequeat. Deficiente copia ita agendi, poterit, ab hoste invasus, cum ex errore pro nocente habeatur, uti iure defensionis adversus eum (pii ipsi se tradenti vitam concedere nolit.

2. *Quaenam in bello iunto liceant,* a) In bello *iusto,* ea omnia facere licet (piae ad finem belli necessaria, nec iure naturae nec pactionibus iuris Gentium prohibentur.

('ommune enim hominum bonum postulat ut pactiones istae et iuris Gentium regulae, quibus tanta mala temperantur, sancte serventur saltem ut aliae pactiones, intra limites tacite conventos humanae praevisionis.

Fides hosti data per se servanda est.

Repressalia licita sunt ubi de iniustitia constet, satisfactio negata sit, et exerceatur in personas reas vel in bona.

Qui bellum iustum gerunt, *milites* adversarios, pro casu, tamquam formales malefactores vel aggressores saltem materialiter iniustos tractare possunt, salvis pactis internationalibus.

Milites, inquam, quia inter gentes cultas istud hodie receptum est, ut bellum ipsis exercitibus circumscribi debear, ita ut mutua offensione cives non conscripti et milites abstinere debeant.

b) *De conversione belli in paucorum certamen.*

Non nimis absolute dicendum est posse, auctoritate publica, bellum in paucorum duellum converti. Id enim tunc tantum licebit, cum is (pii ius suum prosequitur non inde faciat condicionem suam deteriorem. Cfr. SANCHEZ, *Decal.* 1.2, c. 39, n. 15. 1G.

3. *Ju»,finito bello, a)* Finito bello, restitutio rerum ablatarum et expensarum peti potest, praeter iustam poenam seu congruam satisfactionem.

b) Tractatus pacis a victore potius imperantur quam libere conveniunt. Quia tamen ad commune omnium bonum maxime interest ut bellandi linis fiat, sancte servandi sunt, nisi manifestissima iniustitia laborent. Longe ampliore itaque quam privatorum pacta, praesumptione muniuntur.

4. *De restitutione.* Quod ad *restitutionem,* milites *gregarii* eiusdem exercitus, etsi conspirent, non censentur tamen *e.r conspiratione* agere. Namque si proxime vicinos excipias, reliqui cooperatione determinati militis non moventur. Quocirca, in bello iniquo, eorum obligatio huc fere redit ut sarciant damna, propria manu facta. Nec domini rerum plus volunt aut exspectant. *Gravior.* ut patet, est obligatio *belli ducis,* qui etiam reficere debet damna (piae ob culpandam ipsius neglegentiam a militibus inferuntur.

5. *Con&va irregularitas.* Memoremus demum novo ('odire suppressam e$Se irregularitatem ex *defectu lenitatis,* ita ut ii *soli irregulares* evadant (pii *graviter culpandi* homicidii vel mutilationis se reos fecerint.

Articulus II. — De iniuria reali.

§ 1. — I)E IPSA INIURIA.

638. — 1. Specificatio. *Principium. Omnes* iniuriae in bonis fortunae sunt, (pia tales, *eiusdem speciei moralis;* non item *iuridicae,* sive forum civile consideres, ubi notio furti a nobis attenden da est. v. g. pro speciali iure praescriptionis rui res furtiva subicitur; sive etiam forum canonicum, v. g. pro casibus reservatis.

2. *De Furto et Rapina.* Furtum est *occulta rei alienae ablatio, invito rationabiliter domino. Occulta* dicitur quatenus fit sine vi illata personae domini: (pia nota distinguitur a *rapina,* in qua proin personalis cum reali iniuria concurrit. — *Ablatio,* in foro civili, stricte intellegitur. Quare depositarius, commodatarius qui rem domino reddere renuit moraliter (pridem non autem civiliter est reus furti. Ablatio intentionem lucri dicit, (piae abest a

damnificatione: haec etiam in foro conscientiae ad eandem .speciem pertinet; distinctio tamen attendenda esi in restitutionis aestimatione. — *Res aliena* supponitur saltem quod ad ius seu id quod aufertur. — */n ritus* quod ad substantiam seu ipsam rem. nec tantum quod ad modum parum urbanum, etc. dominus esse debet; *rationabiliter,* ita ut, omnibus perpensis, merito sit invitus. nihil personis vel adiunctis concedere debeat.

Etenim, pro varia persona auferente, res inoraliter mutare potest. Vir prodigus cui, ad impediendum prodigum usum, pecuniae subtrahuntur, rationabiliter invitus fuerit si factum sit extraneae personae, non autein si uxoris. Nec fidelis famulus, verecundia vel alia causa a petenda licentia prohibitus, culpandus est eo quod valde indigenti pauperi det eleemosynam non nimis magnam quam dominus rationabiliter negare nequeat.

2. *Furto rei* vel *sacrae* vel quae *ecclesiae custodienda tradita erat* species *sacrilegii* accedit: cf. n. 269.

639. — De gravi materia iniuriae realis. *Principia.* 1. Quamvis simplex furtum et iniuriosa damnilicatio in bonis fortunae rapinam et sacrilegium malitia non adaequent, sunt tamen per se gravia peccata, quia caritati inter homines sunt contraria. « Omne (enim) nocumentum alteri illatum ex se caritati repugnat, (piae monet ad volendum bonum alterius. Et ideo cum iniustitia semper consistat in nocumento alterius, manifestum est quod facere iniustum. ex genere suo est peccatum mortale» (2, 2, q. 59 art. 4, e.). Iniuria ista igitur concipi non potest nt peccatum quod pro varia quantitate iit leve vel grave, sed dici debet peccatum *per se* grave, quod tamen per *accidens* veniale fieri potest, nempe (piando, propter materiae levitatem, iniuria inoraliter imperfecta indicanda sit. Etenim, secundum principia S. Thomae, v. g, 1, 2. q. ‹88 art. 1 ad 1, peccatum genere grave non Iit leve nisi vel ob deficientem deliberationem, vel ob delicientem materiam sit inoraliter imperfectum (cf. I, 413).

Formalis igitur ratio cur quaedam quantitas iniuste sine peccato gravi usurpari possit, non est ipsa minor damniticatio (pia talis, sed substantialis observatio iurium alienorum quae cum ista usurpatione componi queat; vel etiam facilis tolerantia domini cui quidpiam surripitur. ita ut non censeatur esse rationabilis causa gravis offensionis, sed humanam amicitiam substantialiter intactam esse sinat. Of. 2, 2, q. 59 art. 4, sed contra est, et ad 2.

2. *Quaenam inde materia indicetur levin.*

Ut levis sit laesio inris, oportet ut *simul,* secundum probabilem aestimationem: a) nullam gravem ipsi *domino* privationem afferat; /›) nec res sublata sit *in se,* i. r. in tali definita societate, utilitatis universaliter notabilis; c) nec laesio apta sit ad gravem habendam repercussionem in communem securitatem, quam tueri omnium interest.

Secundum primam considerationem, materia *relative* levis aut gravis ; secundum binas posteriores, materia *absolute* (soluto respectu personae laesae) gravis prudenter definienda est.

Aestimatio concreta, a) De materia *relatire t/rari.* Plerique theologi operariis (quos infimi ordinis civium supponunt) gravem materiam salario seu lucro diurno definiunt ; multi similem regulam ad omnes homines modicae condicionis traducunt; immo omnes notabilem privationem sentire censendi sunt si integrae diei valore spolientur. Hinc *perpetuam hanc regulam* statuere posse videmur: *Relative gravis materia est quae personam laesam reditibus unius diei inoraliter privat.* Cf. etiam Noldin, II. 415. Probabilis autem redituum aestimatio ex sociali condicione, ex consuetis stipendiis, etc. colligenda est ; et, propter requiem festivam, melius erit septimam lucri hebdomadarii partem quam diurnam mercedem considerare.

Quia autem regula ista de patre familias statuitur, ubi agatur de personis plene adultis quae caelibes sunt seu nullam familiam alendam habent, materia relative gravis augeri fere ad duplum posse videtur.

Rursus autem iniuria quae modica est qua rei ablatio, gravis qua damnilicatio evadere potest, si eius privatio grave detrimentum atterat, quia v. g. instrumentum sit laboris nec facile suppleri queat.

Ubi condicio personae laesae ignoretur, non potest, contra atque admittit R. I). Gakiepy, IV, 262, ad solam materiam absoluti gravem attendi, sed, deficiente alio indicio, condicio istius personae ordinaria inter modicas vel etiam mediocriter divitis praesumenda erit. Id enim, ait Noldin, 11. 415. nota, « frequentius contingere solet ».

A rigore tamen mathematico in hac re cavendum est.

Cum in praesentibus return adiunctis pretia et reditus tam incerta sint, definire *materialiter* quaenam gravis materia variis personarum condicionibus assignanda sit, valde difficile et simul instabile videtur. Noldin, II,

115 gravem privationem *pauperibus* mendicantibus statuft 1 libellam vol etiam minus pro maiore paupertate; *operariis,* 4 lib.; *artificibus, ✻meroatoribu* qui in propria oflicina laborant, 10 lib.; mediocriter divitibus, 20 lib.; vere divitibus, 30 lib. Satis concordant GÉNICOT, I, 507 (statuens tamen operario, salarium diurnum), et plures alii. Quis tamen non videt aestimationes istas esse in praesenti nimis severas, cum diurnum operariorum salarium 15 libellas attingere vel etiam superaro soleat? Quare indicationes istas duplicandas esso putamus.

b) De materia absolute gravi.

Res ista tum auctoritate theologorum tum intrinseca ratione, magis directe, investigari potest.

a) *Via auctoritatis extrinsecae.* Si inter sententias hodie propositas, mediam tamquam securiorem elegerimus, materiam absolute gravem circa 50 francos aestimabimus. Haec tamen computatio in regionibus in quibus, sive propter monetae qualitatem (papyraceam) sive propter rerum extraordinariam caritatem, vis comparativa pecuniae multum decrevit, ita temperanda est nt saltem ad duplum aestimetur, ita ut in ultima editione, Génicot-Salsmans, I. 507, rationabiliter ad 100 francos materiam absolute gravem auxerit.

Nec reprobandus videtur qui, cum ante .bellum materiam gravem definiret 100 francia, eandem nunc 150 vel 200 definiat in regione ubi moneta aurea extra usum facta est. Quamvis enim pretia rerum plus quam triplicata sint, timenda repercussio in securitatem communem prohibet nos ne eadem ratione (pia pretia rerum materiam gravem augeamus, sed ultra duplum crevisse non videtur.

Hodie Bulot, 1, 513 eam inter 25-30 fr. reperiri putat. Tanqvkrey, HI, 430 materiam absolute gravem in Europa esse putat 20 vel 30 francorum; in U. S. A. septeni vel octo scutatorum. Eerreres, 1, 713. eam, pro variis regionibus inter 30 et 10 francos ponit; quas quantitates in adiunctis praesentibus fere duplicandas esse censet probabile. Arregi i, Nummarium, n. 312 materiam absolute gravem nostris diebus existimat, pro diversitate regionum determinandam inter 40 et 50 francos; in nota vero non reprehendit qui benignius respondeant. Ante bellum, Palmieri fatebatur se haud aegre assentiri aestimantibus materiam absolute gravem, non haerere infra centum francos (Gury-Palmieri, I, G07). Quod probabat OlETTI, *Synopsis rerum moralium et iuris Pontificii,* n. 2259. Neque hanc hodie reprobant Piscetta-Gexxaro, III, 251, haec addentes: «qui ante bellum requirebant summam centurn libellarum hodie et quam diu permanserit hodierna rerum condicio, haud immerito dixerint non esse materiam absolute gravem saltem apud

nos, quae non pertigat ad libellas fere 400; et fortasse fuerit in eis qui maiorem summam requirat» NOldin, *Prawpti* n. 11(5, adhuc ad 30 francos materiam gravem aestimat; GaRRIEPY vero in Canadensi regione materiam absolute gravem arbitratur esse 8-10 dollars. Ipse nimia benignitate peccare existimat opinionem Palmieri. Observes tamen, iam tempore Lessu fuisse qui materiam absolute gravem non infra centum scutata ponerent; quod Lessius tamen ut laxum reicit *(luet.,* c. 12, n. 29-31). Prümmer. II. 80, materiam absolute gravem ponit 100 fr. addens « aurei valons ». Verum ipse hoc docet in Helvetia, ubi scheda nummaria aeque ac moneta aurea usu recipitur.

β) *Adhaerendo principiis* S. Thomae supra propositis fortasse iu sententiam severiorem quam quae hodie recipitur inclinaveris. Nonne ipse Angelicus Doctor (2, 2, q. 59 art. 4 ad 2) ut exemplum parvi furti allegat si quis « alicui unum pomum, vel aliquid tale auferat »? Si tamen homines interrogarentur quid proveris et completis furtis, quid vero potius pro artibus minus pro bandis seu parum honestis haberent, ad mediam supra laudatam theologorum sententiam, ni fallimur, accederent. Sane ad hanc distinctionem non attenderent si de homine ageretur (pii omnia furari paratus sit; sed si homo supponatur qui, etiam quando occasionem habebat maiorem summam furandi, consulto non ultra 50 vel 100 francos sibi a ditissimo sumpserit, hunc non dixerint simpliciter furem.

Posset quoque poni quaestio: « Pro quanam summa, tibi surrepta, velis ut fur damnetur poena aeterna ».

Sed tunc facile in nimis benignas conclusiones adducerentur, quia pauci boni catholici, pro summis sibi ereptis aeternas poenas furibus exoptant. Sic quondam a nobis interrogata persona mediocriter dives, materiam gravem non infra mille francos ponebat.

Demum haec observes. Aestimatione materiae gravis novimus qiiamnaiu restitutionem sub gravi iniungere debeamus; sed non inde solum de peccato commisso indicium ferri potest. Qui enim quempiam spoliare meditetur, a gravi non excusatur quia victima modicam vel quasi nullam pecuniam secum habeat. Sed ut peccatum leve sit. necesse est ut ipsa intentio furis materiam levem non superet.

Hodie non iam operarius ut is unde minima materia relative gravis aestimetur considerari potest, cum plures cives ordinis medii minores reditus habeant et parcius vivant quam multi operarii.

Ut bene observat Tanquebey, III, 436, aestimationibus istis confessarius in ministerio sno adiuvatur; sed valde imprudenter ex pulpito proponerentur. Contionator ad furta stimulos videretur addere.

640. — Quaesita. 1. Quaenam materia aestimanda erit gravis in *furto rei sacrae* quae non sit pretio aestimabilis.

Resp. Gravitas tunc ex dignitate vel raritate rei colligenda est. Sic grave erit furtum imaginis honoratae, reliquiae insignis.

2. Erga quosnam sola *materia absolute gravis* consideranda est l

Resp. 1. Erga illos quorum diurnus reditus materiam absolute gravem, puta 100 libellas, adaequat.

Quare sola materia gravis attendenda est in iniuriis factis fisco vel plerisque communitatibus.

2. Immo si personae laesae nullum familiae onus habuerint, iam quae ultra dimidiam partem praefatae summae percipere solent, per solum furtum quantitatis absolute gravis gravem iniuriam pati censendae sunt. Etenim, ut modo hic supra scripsimus, circa personas plene adultas et simul eaelibes materia gravis ad duplum augeri posse videtur.

3. GENICOT, I. n. 509 existimat ad solam materiam absolute gravem attendendum esse si summa ad *opus pium pertineat,* quia tunc nemo ius strictum ad illam pecuniam habeat.

Id tamen censemus admitti non posse, sed videndum esse utrum necne fini operis pii notabiliter noceatur. Supponas arcani destinatam colligendis eleemosynis missarum pro agonizantibus. Dicesne leviter tantum peccare eum qui agonizantes privet tribus missis? Summa tamen surrepta non erit absolute gravis. Pariter, si ex 30 libellis quae captivo redimendo sufficiebant, 20 auferantur. materia relative gravis existimabitur. Ratio autem addita « nemini ius strictum competere ». nimis probaret. Nisi enim ius strictum violetur, nulla iniuria committitur. Verum ipsius finis laesio, qua talis, ut iniusta consideranda est.

641. — Causae quae benigniorem aestimationem permittunt. Propter duo rausarum genera benigniori aestimationi locus paratur: propter considerationes *personales* vel *reales* quae personam laesam positive minus invitam demonstrant j — propter *iniustitiae modum,* quando minor audacia, minus frequentiae periculum, efficiunt ut levior sanctio sufficiat.

Quid autem si ex allectu ad rem modici valons persona rnagis invita putanda est et graviter rationabili tristitia contristabitur ? Tunc fur vel damnificans graviter contra caritatem potius quam contra iustitiam peccabit.

642. — I. De priore levantium causarum genere, *a)* In rebus quas natura potius quam hominis manus efficit et quae valde *expositae* sunt, quales fructus iuxta viam publicam, proprietas quasi paulo minus sacra habetur et ipse valor rei oeconomicus, propter periculum, minuitur. Maior itaque quantitas materiam gravem complebit.

Ut optime observat Noldin, II, 118, iam hodie admitti nequit quod olim, cum fructus minoris fierent, communiter concedebant, licere viatori ut uvas et poma usque ad satietatem comederet, nisi fuerint rara et magni pretii et nihil asportetur (S. Ai.ph. III. 529). Recte tamen permittit ut u transeuntibus ot pauperibus, ex praesumpta domini licentia, ac proin nisi expresse vetet, colligantur et vendantur fructus *silvestre* (fungi, fraga, myrtilli), atque addit prohibitionem talia colligendi in silvis municipalibus per so mere poenalem censeri. Neque peccati arguit eum qui unum alterunive pmnum vel uvae racemum (idem dicas de spica tritici) hinc inde decerpat ; vol operarios qui comedant de fructibus ad quos colligendos conducti sunt. Demum leviter tantum peccare aestimat qui saepius eam fructuum quantitatem auferat quam ipse comedere possit.

/>) Reni auferre maioris momenti, quam *dominus* ita *parum curat* ac si parvi momenti sit, erit leve peccatum.

c) *Resegmina* (ritagli) quae supersunt ex materia praestita textori, sartori, per se domino qui ea suppeditavit reddenda sunt. Verum considerandum est quid ferat usus, cui dominus se accommodasse putatur. Si modica tamen sunt, ita ut a domino neglegantur, facile res ignosci poterit, quamvis artes istae minus probandae et commendandae sint.

De hac re multi auctores scripserunt. Sanchez. *Consilia moralia,* L. 2. c. 7, dub. 2, η. I ; Luno, *hmt.,* d. 16, n. 84. 85; S. Ai.ph.. !.. 4 n. 292; d'Annibale, II, 253, nota 27 ; Aertnijs-Damen, I. 720. Quaer. IV.

d) *Pauperes* qui. in ampla silva, ligna quibus personaliter indigent colligunt, dummodo ne. succidendo arbores etc. silvae noceant, facile saltem a gravi excusabuntur.

d) *Coniunctio personarum,* sicut quasdam bonorum usurpa tiones facilius ab iniustitia immunes efficit, sic etiam, in actibus stricte iniustis. levem reddere potest materiam quae secus gravis foret. M indicandum est, attenta qualitate accipientis et patien

tie, natura rei sublatae, ratione delicti commissi, intentione qu» peccatum est. Sic, ceteris paribus, *uxori* et *flliis* reis, materia consueta saltem duplo augeri potest. Dimidio amplificari posse censent materiam, eum *religiosus* suo monasterio est iniustus. — *Famuli domestici,* si humanam istam et communem servant fidelitatem quae cum quibusdam surreptionibus componitur, facile a gravi reatu immunes sunt; sed obligatio fidelis servitii dominos magis invitos constituit quod ad plura alia furta, v. g. pecuniae ex area domini. Levius itaque peccant si, non obstante aggravanti fidelitatis ratione, humana fragilitate excusari videntur.

643. — II. De altero causarum levantium genere. Casus hic examinandi sunt sic dictae *coalescendae* plurium *furtorum* vel *damnificationum.*

Duplex hic quaestio movetur: *quandonam furta ista coalescant,* ita ut, pro peccati gravitate et debito restitutionis, eorum summa consideranda sit; — *quaenam tunc materia indicanda, sit gravis.*

644. — De coalescentia. *Principium* est: furtula vel damna coalescunt quando *in unum morale confluunt.* Confluunt autem:

«) Propter *unitatem subiecti* laesi. —Communitas autem seu personarum societas: Ecclesia, Status, parochia, monasterium, unum subiectum esse initatur.—Non potest enim benignius tractari <pii per plura delicta (piam (pii per plures pactiones se eiusdem personae debitorem efficit. Novae itaque iniuriae per se cum prioribus tunc conjunguntur, nisi talis sit materia quam dominus, perspectis divitiis et Hberalitate, condonaret; ut si de paucis libellis agat ur (pias dives petenti facile daret. Propter fraudem quidem non condonantur, sed propter exiguum valorem, in unum grave non coalescunt. Si tamen frequentia delictorum efficit ut dominus novum furtum magis invitus patiatur, delicta coalescunt. l't igitur non coalescant, oportet ut, spectata rei levitate et intervallo, memoria prioris fere perierit, quando alterum succedit.

Practice, furta leviora *fortuito* repetita intervallo unius mensis vel 15 dierum, levissima, etiam minore spatio separari posse benigne censentur ; dum ea (piae ad materiam gravem accedunt, duorum mensium tantum intervallo separata subsistere poterunt. Denique furtula leviuscula in esculentis (ordinariis) consumendis, fere numquam coalescunt.

/›) Propter *unitatem actionis* vel moralem actionum coniunctionem. Coalescentia ista habetur, quando unico actu res quae ad plures pertinet surripitur. vel quando simul tempore vel nimis brevi temporis intervallo separantur furtula distinctis actibus patrata. Per se. quidem singula furtula. in plurium damnum facta, separata manerent, sed ista furtulorum additio postulatur ut sit efficax iustitiae sanctio, neve, ex minore gravitate, nimium ad perniciosas fraudes homines alliciuntur. Verum, quando leve damnum pluribus infertur, casus eoaleseentiae benignius tractandi sunt quam quando unus pluribus damnis laesus est. Immo, quando de damnis agitur sine lucro factis, coalescentia damnorum quae pluribus fiunt non certo constat.

c) Propter *unitatem-intentionis*. ‹'um quis per furta minuta ad gravem summam pervenire ab initio statuit, actiones ita hac intentione continuantur ut nullo intervallo separentur, nisi tanta distantia fuerit ut intentio revocata censeatur.

d) Propter *unitatem collectionis* : rem alienam in gravi quantitate retinere grave quoque est. Verum, ut fructus plurium furtorum moraliter servatus putetur, non sufficit ut singula aliquod lucrum attulerint, si istud mox. v. *g.* victu cotidiano, absumptum fuerit, sed oportet ut in bono aliquo satis distincto et permanente, veluti collectas rapinas cernas. Genus illud eoaleseentiae ab intervallis furtorum nullatenus pendet.

e) *Propter unitatem conspirationis* plurium qui singuli damna vel furta fecerint.

645. — De materia gravi in furtis vel damnis (piae coalescunt :

a) *Principium et Quaestio.* Quando plura furta vel damna singulatim sumpta non sunt objective gravia, consentiunt auctores, maiorem, quam cum de unica iniustitia agatur, quantitatem ad peccatum grave requisitam esse, ('um hoc principio quaestio conectitur utrum propterea ipsa materia absolute gravis augeri possit, an, contra, sola materia relative gravis benignius aestimanda sit. ita ut voluntaria iniuria semper gravis sit. si materiam absolute gravem adaequet.

Non nitra materiam absoluto gravem levo esse posse peccatum opinari videntur Noliux, ob varias aestimationes qnaa II. (18-423 proponit, in quibus nninquain matoriani absolute gravem transcendit, et I'rümmer, II. s2, qui tamen n. 83 allegat Bannez, ubi docet « gravem materiam adesae, si

tiliae quotannis 50 aureos (250 francos) patri diviti furatus sit): quantitas ista materiam absolute gravem notabiliter superat.

Plures nihil de re dicere videntur: d'Annihale, II, 257; Akhtnijs-Dambn, I, 719; Piscetta-Gennako, III, 253.

Ultra materiam absolute gravem ascendi posse tradunt Ballikixi Faimieri. *Op. thcol.* III, 311; Lehmküul, I, 115, fine; Génicot-Salsmans, I, 510.

Et recte quidem. Materia enim aestimata est *absolute* gravis quatenus opulentia personae laesae non iam consideranda sit: non ideo autem aliae relativae considerationes exclusae sunt.Ac si supremum limitem ponas quantitatem absolute gravem, materia non poterit benignius aestimari pro filio viri opulentis quam pro extraneo; pro eo qui per plures actus res ad plures pertinentes abstulerit quam si unico actu furtum commisisset. In utroque enim casu, quia agitur sive de viro opulente sive de re ad plures pertinente, sola materia absolute gravis consideratur. Ergo causae istae simul, in his casibus, atlirmandae et negandae erunt esse levantes seu minuentes gravitatem.

b) Applicationes seu exempla. Iterum monemus mathematicis rationibus sobrie utendum esso, et solas indicationes prudenti indicio utiles ex auctoribus colligi posse. Itaque:

a) SÎ ab *uno eodemque* possessore fur auferat obiecta *disparilia,* plus requiritur quam si pecuniam aut rem unius speciei abstulisset, quia damnum tunc minus sentitur. Similiter si furtnla *intervallo* separentur, S. Λμιιον-SUS, III. 530, materiam statuit dimidio maiorem ea quae aliter relative gravis fuisset, dum alii etiam duplum requirunt. Itque etiam augeri potent materia absolute gravis, si persona fuit do qua haec sola materia attenditur.

β) Si a *pluribus distinctis* quis furatur, ita ut singuli leve tantum damnum patiantur, sunt qui materiam iam tunc duplicatam velint.

Si tiat per distinctos actus, sed ex intentione securius ad gravem summam perveniendi, haec circumstantia vix attendenda erit. Seclusa autem hac intentione, tum minus pravus animus tum difficilior exsecutio ofliciunt ut etiam ad *triplum* quantitas gra\i peccato necessaria a quibusdam aestimetur, saltem si furta notabili intervallo separentur. Cf. S. Λι.ρη. III, 530: d'Annib. II, 251.

Quando autem agitur de furtis quae pluribus facta sunt, « gravis mensura, ait Baeletunî-Palmieiu, Op. *thcol.* III, 311, quae deinceps saltem dupliciter in casu computari debent, non ex *relativa* sed ex *absoluta* gravitate desumatur oportet ». In furtis in detrimentum plurium commissis, etiam ad rerum ablatarum disparilitatem attendi potest.

Observes, eum agitur de mercatoribus qui iniquo pondere vel mensura multos decipere consueverunt, materiam ad summum duplicari posse. Ipsi enim ab initio intentione gravis iniuriae committendae peccant.

·) Si pltiros ex *conspiratione* egerint (cfr. infra) materia *relative* gravis non ideo mutari posse videtur, cum non minus quam si unus fecisset damnum quod plures patrarunt sentiatur; materia *absolute* gravis videtur dimidio maior esse posse quam si in iisdem adiunctis unus fecisset.

d) Si *nine conspiratione* pro se quisque egerit, actus separati manent.

e) Si ad solum cuiuspiam *exemplum* alii moti fuerint, exempli auctor, qua talis, non iustitiam sed caritatem violavit.

646. — Quaeres quomodo et quandonain graviter peccetur in furtis vel damnis quae in materiam gravem coalescunt?

Qui *repetita tantum occasione* seductus saepius furatur, singulis furtis non peccat graviter nisi materiam gravem a se compleri advertat. Atque istud peccatum grave vitare potest, si proponat mox faciendam restitutionem ut saltem iam non retineat materiam gravem. — Qui vero *ab initio* grave furtum vel damnum facere voluerit, peccat graviter ea intentione; et singula furtula continuatam eiusdem peccati gravis exsecutionem continent. — Qui, *post completam* materiam gravem, leve quidpiam furatur, vel idem peccatum continuat, vel novum veniale committit, prout furtum unus actus cum prioribus (puta mercatorem qui iniquo pondere uti pergat) vel ab his distinctus censendus est (ut si. subducto horologio, in nova occasione esculenta surripuerit).

647. — De iure necessitatis. Qui pro se vel pro alio, in extrema necessitate constituto, alienum accipit quantum necessarium est, non furatur. Et quod absumptum fuerit restituere non debet, si *re* et *spe* indigens fuit. Immo a restituenda modica re moraliter semper eximitur. Ratio cur alienum sumere possit ea est, quod prima destinatio bonorum in usum totius generis humani appropriatione non tollitur, ita ut natura magis velit ut ex iis vivant homines quam ut sint appropriatae et minori utilitati domini addictae. Is itaque qui in necessitate versatur rem quasi non appropriatam sibi sumere potest. Dominus, eandem ex caritate dare debet; ex iustitia ad id solum tenetur ne modo iniusto egentem impediat. Iniustuni autem non est mendacium quo res suas mere dissimulet (cf. n. 576). Quia vero ius sumendi necessitate linitur, summe indigens per se rem petere debet ante quam eam sumat, nec potest nisi mutuam vel commodatam accipere rem quam postea reddere posse sperat. Ipsa petitio omitti potest, si necessitas respicit rem in individuo determinatam, vel si a petitione fere aeque atque a morte refugiat. In re quoque

exigui pretii, dominus obligationem mutuum faciendi non censetur urgere. Ut superlinam omittimus controversiam de obligatione illius qui, cum rem abstulit, nullam restituendi spem habebat et postea tamen ditior evasit.

In *quasi-extrema necessitate,* auferri non potest plus quam alter ex caritate dare debet. Itaque ingens summa tunc sumi nequit (')· Iu *graxi* demum *necessitate,* id summum tolerari potest, ut pauper qui frustra petierit, a divite sumat aliquid modicum, cuius vir opulentus non censeatur quod ad substantiam invitus. INNOO. XI reprobavit (ut minimum tamquam scandalosam et in praxi perniciosam) prop. 36: « Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi » *(Dem.* 1186).

De variis necessitatibus egimus, supra, n. 83.

648. — De occulta compensatione. Occulta compensatio *est ablatio rei alienae sed debitae, inscio debitore facta.* Insta erit, si debitum est iustitiae commutativae; si res sumatur quae actu sit in dominio debitoris (non ergo res alterius quam teneat ut depositarius vel commodatarius) et *certum* vel saltem ita probabile sit debitum, ut a indice creditori addiceretur. Tunc enim creditor quasi nomine debitoris sibi satisfacit, vel quasi index rem sibi tribuit. Nec debitor rationabiliter invitus esse potest, quando solutionis negatio non esset nisi inutilis vexatio creditoris.

Contra, si debitor solvendi obligationem non habet, si index rem non certo tribueret eam vindicanti, creditor eam sumendo certum ius possidentis violaret. Ac si occulta compensatio ipsi permitteretur, locus bello perpetuo logice praepararetur. Pari enim ratione posset debitor occulto repetere quod occulto ipsi ereptum est. Sunt tamen probati scriptores qui, *factum a iure* distinguentes, exigunt quidem ut humano modo constet *de facto* in (pio debitum nitatur, satis probabili autem iure exigendi contenti sunt ut coram indice contrarias debitoris rationes vincere *posset.* Cf. LUGO, *lust.* d. 16, sect. 5; Lehmkuhl, I, 1125; Alt-REGUI, 318. Petunt autem, ad vitandum alucinationis periculum, ne quid sine prudentis confessarii vel alterius viri periti et ti-

'1) Quare pauper ingentem vim pecuniae ad recuperandam libertatem vel ad emenda remedia maxime pretiosa surripere non poterit Ita dicimus cum Gi>nicot, I, 502, sed quatenus tunc extrema necessitas regulariter non habetur.

morati tunc agatur. Sententiae isti suam extrinsecam probabilitatem permittemus.

Si periculum fuerit ne, statuta die, debitor certo debitam solutionem facere nequeat vel abnuat, anticipata compensatio iustitiam non laedet si simul damnum emergens et lucrum cessans quod ex rei privatione debitor patiatur, huic praestetur. — Ut autem compensatio *omni culpa* careat, requiritur mediocris difficultas rem aliter obtinendi: secus illa rerum alienarum invasio facile levem iniuriam contineret; et cautio (eo maior quo debitor magis excusetur) ne compensatio damnosa sit debitori, qui bis fortasse solveret. *Caritas* quoque postulat ut. quantum sine proportionate incommodo possis, praecaveatur damnum tertii, v. g. famuli qui furti insimularetur.

Caute in hac re est confessario procedendum.

§2. — De restitutione propter realem iniuriam.

649. — Principium. Cum restitutio iniustitiam supponat, non ideo est restituendum quia reus ditior factus sit. sed quia alter propter ius suum a reo laesum minus habet. Propter ius suum laesum, inquam, seu quia minus habet (piam habere deberet.

Binas autem restitutiones radices separatim considerare hic iuvat, ita ut quid po.v.se.ssore.s *rei alienae,* quid rursus *iniwdi damnifioatores* restituere debeant, successive quaeramus et statuere conemur.

I. — *De restitutione ob possessionem rei alienae.*

650. — I. Principium. Omnia huc redeunt, ut *possessores,* nisi insto legis positivae privilegio excusentur, *aliorum iuribus realibus* (i. e. in re) *satisfaciant, pactionum promissiones exsequantur,* et, si iniusti fuerint, *damnosas iniurias reparent.*

1. Possessio igitur rei aliehae quaestiones excitat quae respiciunt *directe* rem, fructus, damna eius qui ius habet ; *indirecte,* ex secutionem pactionum quibus possessio rei alienae locum dederit ·

2. Possessio *distinguitur* possessio *bonae fidei,* i. e. hic illaesa conscientia quaesiti dominii, et possessio *malae fidei,* i. e. quaesitum contra conscientiam dominium.

Theologi praeterea distinguunt detentionem bonae fidei, quae cum possessione *dubiae fidei* coniungi potest et ad praescribendum in conscientia sufiieere potest. Possessor enim potest *ab initio* vel

deinceps tantum dubitasse; dubium potest esse de titulo *derivato:* emitne a domino, vel de titulo *oripinali :* estne res derelicta aut a domino amissa, ut eam tamquam nullius occupare vel usucapere possit; potest *animo condicionato* et inquirendi ac reddendi domino si inveniatur, vel *animo absoluto,* rem ab initio aut postea *detinere.* Bona tides latissimo usu dicit concordiam inter intentionem et conscientiam.

651. — II. Possessor bonae fidei. 1. Quod ad *rem ipsam:*

a) Casum fortuitum non praestat.

b) Usucapere potest, et privilegiis iuris positivi uti permittitur.

Non raro, propter ista privilegia, ipsa facta traditio possessori bonae fidei vel inscriptio eius nominis in tabulis publicis rem possessori definitive tribuit. Cf. 402.

c) Dominum a re sua vindicanda (excepta facta usucapione) prohibere non potest ; immo eam sponte reddere debet.

Quid tamen si ad recuperandum pretium quod ipse dederit. *necesse* foret rem venditori, furi reddere/ Plures permittunt ut ita faciat, quia rem non ponat in deteriore condicione.

Si vero alia via suppetat pretium recuperandi, hanc ineundam esse constat.

d) Qui rem destruendo vel consumendo inde locupletior factus sit, sive *directe,* per lucrum positivum, sive *indirecte,* dum rei propriae pepercit: ex emolumento isto, quatenus rei possessae non autem industriae possessoris tribuendum sit, dominum de re amissa indemnem praestare debet, vel, ut alii volunt, valorem reddere (piem res cum consumebatur habebat.

e) Nihil domino restituere debet pro re quam alteri sine lucro tradiderit, immo, ut probabile est, nec pro re quam cum lucro tradiderit, ut si, pro facta rei donatione, donatarius ex grato animi aliud donum possessori miserit. Ius enim domini rem ipsam non autem lucrum possessoris allicit.

2. Quod *ad fructus.* Considerato iure *naturae,* possessor bonae fidei fructus exstantes vel utiliter consumptos reddere deberet quatenus essent naturales, deductis tamen impendiis; plura autem iura positiva statuunt ut possessor b. f. fructus simpliciter facere suos possit.

Ita Cod. *.lequaloriensis, 898 J Argentin™,* 2157; *.l ustriacue,* 330; *Bolgicu»* et *Gallicus,* 519; *Bolirianu»,* 293. 291; *Brasilicnsis,* 510; *Canadensis* Q., **Ill**;

Chihnus, 907; *(Columbianus,* 964; *Cattaricensis,* 327. 328; *(iennanirus,* 955 [cf. tamen 2020]; *Giuitenialcnsis,* 519; *IhlrHicus (C.* civ.)f 93«; *ffiqpanitm,* 451: *Italicus,* 703; *Lusitanus,* 495; *Mejricanus,* 834 ; *Necrlandicus,* 604; *Xicarutjuensie,* 907; *Pananunsis,* 137; *Peruvianus,* 170; *Salvatorieuti* 937; *Γηι-(/uaijensis,* 649 ; *l'ent-zuelcnsis,* 686.

Do ista acquisitione iura *Angliae,* et *U. S. A.* silent.

Attendendum est utrum, secundum receptam legis interpretationcm, iam ipsa nativitate seu productione, an tantum perceptione fructus acquirantur: et utrum an non expensae culturae sint referendae a domino pro fructibus quos possessor bonae lidei acquisierit.

3. Quod ad *damna :* si ad opiniones attenderis, nulla damna sarcire cogitur. Verius tamen saltem ex *aequitate* postulari videtur ut. ope lucri ex re percepti, possessor damnum reparet quod facto suo quamvis non voluntario intulerit. Lucrum enim *e.r re* perceptum est quasi fructus rei; damnum domino exortum est quasi impendium quo fructus perceptus est. Fructus autem non intelliguntur nisi deductis impendiis. Si ergo fructus colligitur a possessore, impendia solvere debet, i. e. damnum sarcire. Vel. si malis, e re aliena ditior effectus, nonne aequitatis sensu movebitur ut e luero sumat ad damnum domini saltem emergens reparandum?

4. Quod ad *contractus : a)* beneficio legis positivae qui donationem. venditionem ipsi factam confirmet, uti potest; — *b)* si rem vendiderit, qua *venditor* evictionem emptori qui eam passus sit praestare debet, nisi emptor, intempestiva rei restitutione, ipsi venditori nocuerit. In rigore iuris. qualis nostri, quo venditio rei alienae nulla declaretur, pretium quasi sine titulo retentum emptori restituere deberet ; sed quia ipsa tribunalia valde considerare solent utrum necne emptor evictionem passus sit. sententiam indicis exspectare posse videtur. Si res *periit,* videat utrum necne in iure civili aliquid timendum habeat. Si nihil. *consilium* saltem ei detur ut pretium apud se exstans domino reddat, quasi huius negotium inscius sed bona fide egerit.

Consilium, inquam; strictam onim obligationem independenter a lege civili, urgere non ausi simus. Plerique quidem auctores severius casum solvunt. Vernni sequuntur classicos ductores qui scribebant vigente iure romano quo restitutio pretii imperabatur. Cf. l. 28. D V, 3: « Post seuatus consultum enim omne lucrum auferendum esse tam bonae tidei possessori quam praedoni dicendum est ». Cf. quoque l. 55 eodem. Auctores itaque

varium originem possessionis distinguunt. Si possessor rem emerit eundeinque sine lucro vendiderit, consentiunt protium non esse rofiindoudnm domino qui rem suam recuperare nequeat. Si vero cum lucro (saltem non industrial!) rem vendiderit (sive eam minoris emerit sive eam dono acceperit) tunc lucrum vel pretium istud reddendum esse domino qui rem snaui recuperare nequeat: rem enim luero vel pretio isto repraesentari : possessorem e re aliena ditescere non posse. Neutra tamen ratio etlicux videtur. Non *prior:* repraesentatio enim rei per pretium propter adiuncta pretio extrinseca variare nequit. Qua ratione igitur negatur quando res exstat vel vendita est sine lucro, atllrmatnr vero quando res casu periit et cum lucro vendita est? .*Von altera ratio.* Namque ex iure naturae id solum habetur: neminem ex alieno *iniunlc* ditescere posse.

Iniustitia igitur demonstranda foret. Nec. secundum iuris principia, potest venditori bona fide imponi simul obligatio praestandi evictionein emptori et condicionate, si evictio praestanda non fuerit, obligatio restituendi domino pretium obtentum (cf. v. g. Aertnii.is-Damen, I, 751). \erum facta venditione, nulla iam directa relatione possessor bonae fidei domino rei astringitur. Neque ex iniusta acceptione, cum non peccaverit, neque ex re accepta, quippe quae alio migraverit tenetur. Dominus rem suam ubi *est,* non autem ubi *fuit* \indicare potest; nullam autem actionem personalem contra bonae fidei possessorem habet. « Sane, si dum emptio et venditio celebratur. subito dominus adfuisset, restituendum fuisset cuique suum, idest domino res, emptori pretium; *atqui quod postea casu accidit, ius non mutat* (d'Ann., II, 239, nota 8, II).

Quare aequum censemus ut possessor bonae fidei domino qui re eua privatur, pretium reddat quod sine damno proprio reddere potest, quasi involuntarie negotium domini utiliter gesserit, sed strictam iustitiae obligationem ita agendi, e naturae lego colligi posse non arbitramur.

N. B. Quod ad *impendia,* seu sumptus circa rem alienam factos, possessori bonae fidei solvenda sunt impendia *necessaria,* i. e. sine quibus res detrimentum passa esset, et impendia utilia (piae valorem rei auxerunt.

Periculo tamen suo possessor bonae fidei egit. Quare pro frustra tentatis impendiis utilibus nihil exigere potest. Mere *voluptaria* ei compensanda non sunt, sed ab ipso, si sint separa' bilia, auferri possunt.

652. — Possessor malae fidei: 1. Quod ad *rem ipsam:*

«) Casum fortuitum praestat, nisi tumen eadem munero fortuna, vel saltem, ut quidam benigne permittunt, eodem tempore apud dominum periisset. Nec quidquam formaliter debet quia res intrinseco morbi, senii vitio affecta, perierit.

b) Rem usucapere non potest nec uti privilegiis iuris civilis (') excepta praescriptione quinque annorum, de qua supra, n. 404. 2, c.

o) Reddere debet rem exstantem cum omnibus incrementis quae a re non autem a possessoris industria profecta sunt.

J) Si rem vel ipse absumpserit vel ita alienaverit ut a domino recuperari nequeat, debet rei huius integrae valorem qui ei inerat cum sic naturaliter vel civiliter (ut pecunia expensa) consumpta est. Quam diu enim exstabat, domini erat cum suo valore. Quidam benigne sinunt ut is tantum reddatur valor quem res integra habuit quando dominus eam alienasset, vel consumpsisset: sed hoc speculative, falsum est. Res enim salvatur et crescit domino. Sicut is (pii destructionem rei alienae impediverit, nullum inde titulum in istam rem vel eius valorem sibi comparaverit, sic nec in maiorem rei servatae valorem ius obtinet malae fidei possessor (pii dominum ab alienatione prohibuit.

2. Quod ad *fructus:* omnes fructus non industriales reddere debet. Quia tamen, proprie loquendo, res consumptibiles nullos fractos ferunt, fenus pecuniae non est (pia fructus domino laeso tradendum, sed illud *fenus* reddere satis est quod ipse dominus percepisset; dum *pretium locatae domus* ei quoque reddi per se debet, (pii domum non locasset.

Namque alitor de genere pecuniae aliter do pretio locatae domus vel locati equi dicendum eat. Non minus enim (piam ipsa res, eius usus domino clamat. Pretium autem usus est pecunia pro locatione solvenda. Sive ergo dominus rem locasset vel non, solum pretii incrementum quod suae industriae tribuendum sit, possessor malae tidei suum facere poterit. Pecunia autem usum distinctum ab assumptione non habet. Unde omnis fructus eius dici potest indnstrialis. Cf. de principio allegato Luno d. 17, n. 58 ss.; d'Ax-Nin., II. 211.

Non nulli tamen communi isti sententiae contradicunt, qui putent satis esse ut dominus indemnis praestetur (Cf. Lcgo, l. c. PiscETTA-Gennal«>, 11. 111).

Ac saepe maior obligatio a malae tidei possessore non intellegetur. Quare nulla maior tunc imponenda erit.

3. Quod ad *damna* habentis ius: possessor malae tidei omnia damna quae in confuso praevidebantur ex iniustitia oritura sar-

t Nisi quodpiam ius civile neglegentes creditores, qui debita non repetant, hac civili praescriptioni» sanctione punire velit.

cire debet. I<le<> possessor iste debet domino: pretium animalis <µ10(I ex morbo interiit sed quod dominus ante morbum vendidisset; lucrum quod dominus fecisset e venditione magis opportuna; usuras quas dominus percepisset.

4. Quod ad *contractus,* per se evictionem venditori praestare debet.

X. B. a) Plura saepe non constabunt. Reddant tunc valorem (piem res habebat (piando consumpta est, addita compensatione usus, et, si res consumptibilis fuerit, addito modico tenere.

/Q Restitutio illi debetur cuius certum ius dominii vel possessionis violatum fuerit.

c) De impendiis redeunt regulae possessori bonae fidei statutae.

653. — Quid si *plures* successive rem possederint ?

Λ'/'/η ante alios debet qui eam formaliter vel aequivalenter habeat, vel eam destruxerit aut consumpserit. — Succedit dein *raptor* rei.

Fructus (pios quisque perceperit ante alios debebit.

Itamna quisque praestat quibus cooperatus sit, idque divisim vel in solidum, secundum regulas postea tradendas.

654. — Possessor dubiae fidei : 1. Quod ad *rem ipsam :*

a) Omnis dubiae lidei possessor iustitiae obligatione astringitur *veritatem indagandi* conatu et impendiis (piae eum dubitationis gradu, spe successus et rei momento congruunt. Cum *gradu dubitationis :* (piare sperni potest negativum dubium; immo positivum, quod leve sit. Cum *spe successus:* quare supersederi potest inquisitione (piae moraliter nullam spem fructus afferat. — Cum *rei momento:* diligentia maior maiori causae adhibenda est. Et (plia gravior seu difficilior est diligentia illius (pii propriis fortasse sumptibus inquirere debet (piam eius (pii nulli positivo damno inde exponitur, maior pecunia indagationi expendenda est (piando, eam fundendo, minus lucraberis, (piam (piando tuis bonis fortasse deducenda erit. Sic inventor rei amissae sumptus ad quaerendum dominum factos vel huic, si reperiatur, imputare, vel valore rei repertae, si ipse eam occupaverit, sibi compensare poterit. Porro possessor, saltem non culpandus, ad dubium tollendum sumptus in se suscipere non debet (pii, perspecto rei momento vel sperato fructu, vere notabiles seu graves exi-

etimandi sint. Qui autem ab initio possessionis vel postea injuriae reus fuerit, gravius quam inculpatus possessor tenetur.

b) Facta inquisitione: 1. certo alterius vel aliorum iuri satisfacere debet, secundum regulas possessoris *bonae* vel *matae* fidei, prout innocens seu delicto immunis fuerit, vel ab initio possessionis aut postea, inquirere neglegendo, contra iustitiam peccaverit; — 2) si autem nullius ius *certum* apparuerit, durante dubio, quamvis plerique severius de eo dicant cuius possessio male inita fuerit, nihil restituere debet. Ac versatur in ea bona fide theologica quae rem, accommodate ad leges positivas, usucapi sinit.

c) Qui, omittendo inquisitionem, causa fuerit ut verum dominum detegere vel ius habenti rem reddere nequeat, eam pauperibus vel utilitati communi destinare debebit. — Si illud non constat, quamvis plures severius respondeant, incerta obligatio urgeri non poterit.

d) Qui, dubitans de iure suo, possessorem non malae tidei sua possessione spoliaverit, huic rem per se restituere et damna sarcire debet. Cf. dicta de occulta compensatione, n. 639.

e) Condicionem *ius habentis peiorem facere* non possumus. Quare possessor ordinariam diligentiam in re servanda et fructibus ex ea colligendis adhibere debet, nec de re disponere potest, nisi spes certae veritatis evanuerit, vel nisi ad damnum vitandum vel lucri occasionem utendam, res utiliter impendenda fuerit, cum animo refundendi utilitatem domino si comparuerit.

Ar. *B*. Qui iniusta actione causa dubii fuerit, sumptus ad dubium evacuandum vel ius detegendum ipse ferre debet. Excipe si diflicultas ista ne in confuso quidem praevisa fuerit. Contra, qui culpandus non est, sumptus, iure ac merito, domino imponet.

2. Quod ad *fructus* et *conexa lucra,* dubiae tidei possessori, qua tali, legale privilegium acquirendi fructus non competit. Quare, eum re principali, sicut alia rei emolumenta, reddenda erunt, in quantum exstant, vel etiam, sine bona tide, consumpti fuerint. Excipe tamen eos qui propriae industriae debentur.

3. Quod a<l *damna :* damna praestare debet (pii. acquirendo dubia fide, condicionem ius habentis peiorem fecerit vel qui inquirere neglexerit.

4. De *pactionibus* et de *impendiis* nihil speciale addendum est.

655. Quaeres quatenus a possessore dubiae vel malae tidei *rem nobis comparare* liceat.

* [653-655.]

Cum *dubia fide* qtiidpiam *absoluto* possessoris animo occupare vel acquirere prohibemur. Animo autem *condicionato,* seclusa complicitate, etiam a possessore dubiae vel malae fidei rem acquirere non prohibemur, si condicionem ius habentis deteriorem tacere non videamur, et positivam obligationem suscipiamus quaerendi habentem ius et eidem satisfacendi. Perseverante dein dubio, quamvis plerique partialem restitutionem imperent, nihil stricte deberi videtur.

Si autem acquisitio nostra complicitatis probabilis in alterius iniustitia argui debeat, haec actio *iniusta* erit, nisi ipsa complicitas gravi ratione excusetur. Post factum, si res explorari nequeat, de obligatione restitutionis non constabit.

II. — *De restitutione ob iniustam damnificationem.*

656. — Principia. 1. Damnificator iniustus, qua talis, *quantum damnum secutum* seu iniuste illatum sit, *tantum per se restituere debet.* Quantitas illa tum ex iuris quantitate, tum ex re adempta, tum ex damno emergente et lucro cessante aestimanda erit.

2. *Quod* tamen *praeter praecisionem,* etiam confusam, *acciderit,* utpote quod invincibiliter ignoratum fuerit, tamquam involuntarium, *obligatione eximitur.*

3. Fieri etiam potest, in re leviore, ut *condonatio* damnificati praesumi possit.

657. — Corollaria. 1. Ei qui *ius in re* actu exsistente habebat, totus eius valor per se restituendus est. Si vero tantum *ius ad rem* habebat, v. g. ex credita pecunia, aut res *spe* tantum aderat, v. g. seges futura, praemium in concursu : ipsius spei aestimatio, pro maiore vel minore certitudine rem consequendi, facienda est. Deficiente meliore indicio, ubi solida probabilitas, v. g. reportandi praemii, fuerit, damnum ad dimidium rei valorem aestimari poterit. Ubi autem fleri possit, compositionem inire satius erit.

2. Quoscumque fructus (proprie et improprie dictos) ipse dominus obtinuisset, auctor damni restituere debet. Fructus autem semper intellegentur deductis impendiis. Quare, cum hodie fructuosa collocatio pecuniae praesumenda sit, fere semper non soli fructus damniflcatae rei frugiferae restituendi sunt, sed etiam pro valore cuiuslibet rei destructae, quae alia suppleri debuit, fructus

quidam civilis restituendus erit. Praesumptio tamen ista facto contrario elidi potest. Fructus ille ex valore spei aestimandus erit, ita ut maior solvendus sit argentario, res prosperas agenti, minor vero ei qui nulla negotia exercet vel cuius labilis est fortunarum status, ('um vero circumstantiae quae aestimationem damni fundant saepe ignorentur, nec ipsa inquisitio dubium tollere possit, ubi nec compositioni nec transactioni locus sit, satis erit rem cum fenere consueto collocationis *omnino tutae* restituere. Dominus enim vel pecuniam hoc securo modo collocasset, vel, maiorem fructum, sed *periculo suo,* quaesivisset: fenere tutae collocationis, alea ista ipsi compensatur.

3. *Modica eleemosyna,* fraude extorta, ob praesumptam condonationem, restituenda non est. *Ingens* autem, ab eo qui ipsam paupertatem seu necessitatem mentitus est, restituenda quidem erit. Optionem autem tunc factam reddendi domino vel veris pauperibus plures censent. Falso allegata *probitas* gignere non putatur nisi errorem accidentalem qui valori donationis *per se* obstare non videtur.

4. Qui rem fructiferam quidem sed parvi valoris et cui altera facile substituitur abstulerit, reddendo rem ablatam satisfacere videtur. Sic qui gallinam *ordinariam* furatum sit. de ovis restituendis generatim sollicitus esse non debet. Volenti enim domino facilis copia fuit similem gallinam obtinendi ; et valor gallinae tam modicus est ut nullus existimandus sit civilis fructus pecuniae quae ad emendam gallinam necessaria est.

Oportet tamen ut dominus rem animadverterit. Sin minus nulla copia ipsi fuit aliam gallinam substituendi, et domino deberentur ova, hodie non spernendi pretii, quae gallina clam domino erepta edidisset.

summarium:

Articulus I. — *De iniuriin personalibus.*

658. — I. Ab hoc principio exordiendum est. cum personae privatae, in sua mutua relatione sint aequaliter, qua tales, inviolabiles, idque independenter a merito vel demerito, «) nullam posse ab alia tamquam medium sibi assumi; *b)* nullum proximi malum intendi vel eligi posse sed solum, propter instem causam, permitti; c) conflictum iurium haberi non posse nisi de bonis quae, prima destinatione communia, ab una persona ad alteram transire possunt.

II. Iniuriae reus est qui alicui, non libero consentienti, bonum aufert gratiae supernaturalis, veritatis, usus rationis, famae. Itaque iniuriora» eet:

1. Qui non mere persuasione et exemplo quempiam ad peccandum induxerit, ab ingressu in noviciatum vel a professione prohibuerit, sed metu vel fraude id efficaciter procuraverit: is debet apta .indicare remedia et alia damna sarcire.

2. Qui errores docuerit, maxime practices; nam speculativi miniis per se damnosi sunt.

3. Qui metu vel fraude quempiam, non consentientem, inebriaverit, vel morphii iniectione vita rationali in morbo privaverit.

4. Ius unicuique est ut secundum bonitatem suam ingenitam vel acquisitam aestimetur et tractetur. Ius istud indicio temerario, detractione vel calumnia et contumelia violatur.

a) *Indicium temerarium est* interior sed firma imputatio reatus propter indicia quae non sufficientia esse cognoscuntur. Quare, sine malo affecta ad personam, vix committitur. Ac grave censetur contra institiam. si circa graviter infamantem reatum versatur.

Mera *suspicio,* seu inchoatus assensus, et *dubitatio,* seu suspensio assensus, cum a mente suspicantis vel dubitantis omnem bonam proximi aestimationem non tollant, etiam si sint temerariae, ex genere suo veniales esse censentur.

b) *Detractione* et *calumnia* (quae hic est falsa narratio rei infamantis) ex toto vel ex parte tollitur *fama,* quae est opinio seu existimatio de alterius excellentia. Distinguitur *conaturalis* et *communia,* qua quis a reprehensione immunis est, et *positiva* vel *speciali»,* quam quis per bonum meritum acquirit. Ad priorem omnis perse homo; ad alteram solus qui eam meritus est ius habet. Ipsa enim communis utilitas postulat ut fama unicuique integra servetur, nec propter accidentale vitium pereat.

Distinguitur detractio *directa,* quae intenditur vel eligitur, et *indirecta,* quae active permittitur; *formali»,* seu culpanda, et *materiali».* Semper iniusta est detractio quae a privato intenditur vel eligitur; proportionate autem utilitas activam eius permissionem excusat; ac bonum famae in alto dominio potestatis publicae versatur.

Gravitas detractionis non ex re narrata sed ex consequente existimationis detrimento aestimanda est. Occultum alterius crimen uni alicui prudenti viro narrare per se non censetur grave. Praeter defectum advertendae, etiam modica fides adhibita, vel quaedam rei imputatae extenuatio gravem detractionem tollere potest.

Caritas autem revelationem criminis quae iustitiae non adversatur, graviter vetare potest.

Fama restituenda est laude personae, honore exhibito, et etiam, si mendax fuerit detractio, aperta retractatione, apud immediatos auditores, et etiam, per se, apud mediatos. Qui bona fide a culpa excusatur, sequelam tamen suae actionis ex iustitia impedire debet, nisi relative gravi incommodo excusetur. Restitutionis obligati»», impotentia, condonatione, recuperata fama, iniuriae compensatione, periculo maioris mali tolli potest.

c) *Contumelia,* est contraria *honori.* Honor est testificatio »l»· alterius excellentia seu bonitate. Contumelia igitur erit significatio despectus pe» verba, scripta, facta, interdum per meram honoris negationem.

Non solum contristat proximum et sic caritati adversatur; sed etiam laedit, in opinione hominum ipsam dignitatem seu titulum honoris, et praeterea, in ipso offenso, animum et confidentiam agendi. Quocirca est iniuria per se damnosa. Mortalis est genere suo, sive ob affectum grav contemptus vel odii, sive ob gravem (Inhonorationem: haec, pro qualitate peccantis vel personae inhonoratae variare potest, ita ut parens vel Superior etiam sine peccato quaedam opprobria indigere possint. Species propter despectas excellentias variare non videtur. Contra itaque atqne putabat Molina, *De iust.,* tr. 4, disp. 46, non sola caritas sed etiam iustitia, independenter a simultané» famae laesione, postulat restitutionem honoris per ĕxcellentia» agnitionem, veniae petitionem, etc., nisi offensus, per se vel per iudicem. vindictam sumpserit. Contumelia, in concreto, gravior quam detractio censetur esse iniuria, quia externo tractatu detractionem \eluti perficere videtur.

III. Iniuriosus est qui proximi *corpus* laeserit.

1. Directa occisio, privata auctoritate, est intrinsece illicita; sicut ipsa inutilatio, nisi quae ad corpus seu vitam temporalem servandam dirigatur. Patientis consensu nota iniustitiae, non autem alia malitia auferri potest. Gravis crudelitas in exsecutione, novam *feritati» speciem* affert. Casuale homicidium vel mutilatio imputantur quatenus probabiliter secuturae praevidebantur ex actione quae, propter tale periculum, iure naturali vel positivo erat prohibita.

Corollaria, a) Intrinseca homicidii et suicidii malitia inficitur *duellum,* i. e. duorum vel paucorum certamen ex condicto, seu ex praeviante pactione, armis letalibus susceptum. Pactio, si libere ineatur. nec alterius provocatione sit coacta, iniustitiam tollit. Mala autem ex negato duello praevisa duollantem minime excusant, eum immunitas ex ipso actu malo quaeratur; nec metus a censura effioit immunem. ne communiter eludi possit. Cf. I, 220.

Duellum punitur *a)* excommunicatione 8. Pontifici simpliciter reservata, quae ex c. 2351 ipso facto plectit: « duellum perpetrantes aut simpliciter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, vel quamlibet operam aut favorem praebentes, nocnon de industria spectantes illndque permittentes vel quantum in ipsis est non prohibentes, cuinscumquo dignitatis sint»; — *β)* privatione ecclesiasticae sepulturae, quae eos afficit qui, ŝim paonitentiae signo, mortui sunt in duello vel ex vulnere inde relato; — *'l)* infamia iuris qua duellantes eorumque patrini notantur.

b) In fetum certo vel probabiliter viventem exercere *embryotomiam* seu craniotomiam est intrinsece illicitum: cum sit certum vel probabile

(probabilitate facti) homicidium innocentis, qui, dum loco suo se evolvit, cum aggressore materialiter iniusto comparari nequit.

Canonice, homicidae et coopérantes sunt irregulares ex delicto (c.985, 4°); ecclesia notorio homicidii delicto vel iniuriosa et gravi sanguinis etfusiono violatur (c. 1172, 1, 1° et 2°); degradandus est clericus legitime propter homicidium damnatus, dum Iniens ipso facto ab actibus legitimis excluditur et a quolibet munere quod in ecclesia habuerit.

2. *Restitutio.* Propter vulnus vel necem debetur ipsi personae laesae vel heredi : *a)* ea'2orporis laesi compensatio quam index definierit; *b)* compensatio praevisi damni spiritualis per suffragia quibus victima privata fuerit; *c)* compensatio damni temporalis: sumptuum morbi, damni emergentis vel lucri cessantis; non tamen expensarum funeris, quae semper faciendae forent. *Uxori* et *liberis* certo haec tantum restituenda sunt alimenta quibus per illam necem priventur: cum in reliquo damno patrimoniali occisio non sit familiae iniuriosa. Nec *creditoribus,* cum debitor non sit res creditoris; nec societati *assccuranti,* propter cuius utilitatem occisio non prohibebatur, aliquid debetur. — Nihil ex iustitia debetur, si ante mortem, vulneratus omnia remisit, vel vulnus illatum sit in duello ad quod alterum, invitum, occisor non coegerit.

3. Ipsa *directa abortus procuratio,* i. o. expulsio fetus immaturi, numquam licita est. Si enim fetus animatus est, vulnus letale, per abortum, personae humanae infligitur; si voro primis diebus provocetur, ita ut probabilius desit anima rationalis, ratio malitiae contra naturam participatur. Imminente autem morientis matris discrimine, abortus tardius tentaretur ad ipsam matrem salvandam.

Acceleratio vero *partus* licebit quotiens melius, hac ratione, vitae infantis consulatur, vel simul vitae et infantis et matris, quae infanti est necessaria, prospicintur.

Procurantes abortum, matre non excepta, incurrunt, effectu secuto, in excommunicationem l. s. Ordinario reservatam, «et si sint clerici, praeterea deponantur » (c. 2350, $ 1). Provocantes abortum, effecto secuto et omnes cooperatores sunt etiam irregulares ex delicto.

Indirecta autem abortus procuratio gravi et proportionate causa excusatur.

Ante praesentem necessitatem, fetum ectopicum excidere non licet; urgente necessitate salvandi matrem, excisio ista hodie certo damnari non potest. Nec constat, nisi probabilis baptismus hac via excludatur, usum vis electricae vel iniectionis morphii magis quam excisionem prohiberi, cum, per modum unius, id quod cum ulcero comparari potest et contentum ovillum humanum destruatur.

4. Operatio chirurgica, puta sectionem Caesaream, quae ad procurandum infanti baptismum satis certum necessaria sit, per se a matre, etiam cum proprio periculo, subeunda est. Ad vitam temporalem prolis servandam periculum istud subire non debet. Suaviter autem mater inducenda est ut probi medici consiliis obtemperet. Mortua matre, sectio caesarea per se

facienda eat, etiam ad extrahendum fetum immaturum qui baptizari posse speretur. Prudentia autem clericos directo interventu hodie prohibet.

5. Iniuriosus quoque est qui alterius valetudini, v. g. communicatione gravis morbi, nocere non dubitat.

6. Necessaria vi uti ad repellendum aggressorem, cuius aggressio sit inoraliter praesens, licet, etiamsi actio defensiva effectum necis aggressoris certo secum trahat, dummodo bonum proportionatum, qualis est vita, integritas membrorum, pudicitia, res temporalis sufficientis momenti, sive absolute sive attenta persona laesa, in periculo ponatur.

A defensione cum moderamine inculpatae tutelae differt *rindicta,* quae post perfectam iniuriam poenas sumit. Haec, in societate exculta, potestati publicae reservatur, si excipias quasdam, non valde affligendae, poenas medicinales.

7. *Mulieri* et, si nupta fuerit, etiam *marito* iniuriosus est qui vi vel fraude ei copulam extorsit; coniugi non consentienti ininriosi sunt adulter ciusque complex.

Puellae, cui per *tduprum* difflciHores nuptias fecerit, stuprator damnum istud, pro viribus compensare debet: sive eam volentem ducendo uxorem, sive dotem suppeditando. Reparatio per coniugium est magis adaequata, per se optanda, si matrimonium felix esse possit, immo tunc promittenti vel deceptori per se imponenda. Expensas alendae prolis, stuprator solus ferre debet, salvo semper oilicio pietatis quo ambo parentes infantem secundum matris condicionem, in solidum alere tenentur.

Simplex *fornicatio* saepe non est damnosa. Fornicarii commune onus alendae prolis suscipiunt. Excipe meretricem, quae onus istud (ceterum rarum) assumpsisse existimatur.

Adulteri damnum quod *per se* sequitur ex supposita prole repararo pro viribus tenentur, ac probabiliter aequali loco sunt pro ista obligatione. Damnum istud continetur alimentis et solitis muneribus vel bonis quae proles legitima a parentibus vel ab ascendentibus recipere solet. Maiora detrimenta vitanda offleiunt ut adultera vix uinquam scelus fateri debeat; et alter etiam, sive nimia difflcultate, sive dubio de propria paternitate, non raro ab obligatione excusatur.

Adulterinus filius est ut possessor bonae tidei tractandus, nec matri ipsius originem revelanti credere debet.

659. — Appendix. — *Quaere* quousque *polentae publica* de personalibus civium bonis disponere possit, et quid do *iure belli* observandum sit.

I. No publica quidem potestas innocentem directe laedere umqnam potest, etiam si do aliorum delicto vindictam sumere voluerit; sed propter necessitatem societatis humanae, Deus eidem facultatem dedit etiam poenam capitalem exigendi, servato inridico ordine, nisi publica salus ab eo servando dispensaverit.

II. Potest quoquo, deficiente alia via, *bellum* indicere ad propriam defensionem, vel ad exercendam iustitiam vindicativnm. Ob ius mere proba-

bile, bellum inferri non potest nisi ei qui amicam compositionem negaverit. Atque oblata ab altera parte competens satisfactio per ho acceptari debet. In bello defensive satis est ut de commissa iniustitia non constet.

De belli iustitia non quidem subditi *vulgaret,* bene vero docti et theologi vel voluntarii milites per se inquirere debent.

Qui in bello *iniusto* partem habere coguntur, hostilibus actibus abstinere debent, ac solum si ab hoste personaliter invadantur ita ut nolit se tradenti vitam dare, se defendere possunt.

In bello insto, ea omnia licent quae ad finem belli necessaria sunt, nec iure naturae vel pactionibus prohibita sunt. Fides hosti data, per se servanda est. Repressalia autem in solas personas reas vel in bona, si newest sit, exorceri possunt.

Cum is qui ius suum persequitur condicionem suam inde non peiorem fecerit, poterit potestas publica bellum in paucorum duellum converti.

Finito bello, restitutio expensarum, rerum ablatarum, propter congruam satisfactionem, peti potest. \c tractatus pacis, quamvis coacte subscriptus, servandus est, nisi manifesta iniquitate sit vitiatus

Etiam in bello iniquo, cum milites *gregarii* ex *conspiratione* agere non videantur, sola damna quae propria manu facta sint sarcire debent. Gravior est obligatio ducis vel potestatis publicae.

Irregularitas ex defectu lenitatis Codice sublata est.

Articulus II. — *Dr initiria reali.*

660. — I. *Quaenam ininriae. considerandae sint.* Initiria in bonis illata potest esse more damnificans vel iniurioso lucrativa; potest occulto vel adhibita vi committi ; res quae obioctum est ininriae potest esse sacra vel profana. Indo variae iniuriao rationes iuridice, v. g. quod ad casus reservatos, distinguendae sunt, quae tamen, ut iniuriosao, sunt eiusdem speciei moralis.

Iniurias personales (ut in rapina), rationes sacrilegii, scandali accedere posse manifestum est.

Iuridice *furtum* est *occulta rei alienae ablatio, invito rationabiliter domino.* Occulta, i. o. sine vi; roi alienae: saltum secundum ius ablatum; invito: quod ad substantiam; rationabiliter, i. e. omnibus perpensis adiunctis. domino seu ius habento.

Non furatur qui, in *extrema* nocessitato, pro so vol pro alio sumit quantum necesse sit ; vel. in *qnasi-extrema,* quantum alter ox caritate dure deberet; vel in *gravi,* qui, post trust raneam petitionem, modicum quid sumpserit.

Nec furatur qui, occulta compensatione utens, inscio debitore, rem alienam, sed sibi debitam aufert. Debitum debet esse iustitiae commutativae, satis certum ut a indice creditori addiceretur. Mediocri difficultate rem aliter obtinendi opus est. ne invasio rei alienae sit levis ininriae damnanda; ot cavendum est ne compensatio fiat debitori damnosa.

('aritas praeterea vitandum iubet damnum quod alter, v. *g.* famnlne qui furti accusaretur, pateretur.

II. *Gravita* Furtum genero suo *yrave* est, ut caritati inter homines contrarium. Levis tamen materia edicit ut initiria moraliter imperfecta indicetur. ITt igitur levis sit initiria, oportet ut simul: *a)* nullam gravem privationem domino laeso aderat. Relative gravis aestimatur materia quae quempiam septima parte redituum hebdomadariorum privet, ita tamen ut ei qui nullam familiam alendam habeat, quantitas duplicari possit. Modica autem in ratione furti materia, potest, qua damnificans, fieri gravis, ut si necessarium laboris instrumentum auferat; — *b)* nec res sublata sit in se. i. e. in tali definita societate utilitatis universaliter notabilis; — *c)* nec laesio apta sit ad gravem repercussionem habendam in communem securitatem. Duabus posterioribus considerationibus materia absolute gravis definitur. Haec, ante bellum, benigniore forte sententia, aestimabatur ad centum libellas vel monetas similis usus vulgaris (100 marks, pesetas, shillings. l/.. dollars, florenos). Quamvis nunc, in regionibus ubi papyracea moneta iam sola usurpatur, haec satis distet a moneta metallica cui ante bellum aeqnipollens orat, tertia tamen consideratio nos prohibere videtur ne ad aureae monetae valorem gravem quantitatem aestimemus. Quare quantitatem absolute gravem ultra duplum vel triplum augeri posse non putaverimus, etsi plerarumque rerum pretia plus quam triplicentur, eamque circa 100 libellas aestimandam esse arbitramur, non tamen reprehendendo eos qui eam v. g. dimidio augendam putent.

Consideratio materiae absolute gravis tunc usu venit cum agitur de personis physicis vol moralibus quarum diurnus reditus quantitate absolute gravi repraesentetur, vel dimidia istius summae parte, ubi nullum sit familiae onus.

Benignior materiae aestimatio permittitur: *a)* propter considerationes personales vol reales quae personam laesam minus invitam reddunt ; *b)* propter iniustitiae modum, qui, difficultatem creans, periculum multarum abusionum minueret. Sic, propter priores considerationes, maior quantitas requiritur in robus expositis, in rebus quas dominus omnino neglegit: in furtis coniunetarum personarum. Quare admittunt ut uxori et filiis familias, materia consueta saltem duplo, religioso vero, si de rebus monasterii agatur, saltem dimidia parte augeri possit. Levius peccant pauperes qui, pro suis usibus, ligna in silvis colligunt, dummodo ne silvae noceant; famuli domestici. non quod ad pecunias in arca clausas, sed in aliis rebus in quibus ratio fragilitatis delictum ex parte excusat. Propter alteram considerationem, maior quantitas requiritur in furtulis quae coalescunt. Tunc, pro casibus, permittunt ut materia dimidia parte, vel duplo augeatur, vel sola materia absoluto gravis consideretur.

III. *Coalescentia furtulorum*. Furtnla porro et modicae damnitications coalescunt: *a)* propter unitatem subiecti laesi, nisi spectata rei parvitate vel intervallo (15, 30, 60 diorum), priora fere memoria exciderint, quando

delictum iteratur. Fere non coalescunt furtula levinscnla in esculentis consumendis; — *b)* propter moralem unitatem *actionis,* etiam si res ad plures pertineant. Non constat tamen meras damniticationes pluribus factas coalescere ; — *c)* propter unitatem intentionis eius qui per plura minuta magnum valorem surripcre intendit; — *d)* propter unitatem collectionis, si magna quantitas moraliter servetur; — *e)* propter unitatem conspirationis plurium.

Porro peccatum grave committitur *ab initio,* si tunc habita fuerit intentio graviter furandi vel damnificandi; secus, quando reus advertit materiam gravem compleri nec restituendi propositam concipiat. Qui, posi completam materiam gravem, levo quidpiam furatur, vel idem peccatum continuat, vel novum leve committit, pro actuum distinctione vel unitate-

Si laeditur *opus pium,* materia relative gravis ex finis detrimentoaeeti manda erit.

IV. *Restitutio propter realem iniustitiam,* saltem materialem. 1. Quid *possessores* rei alienae restituere debeant.

Principium. Nisi iustae legis privilegio excusentur, possessores, qua tales, iuribus realibus satisfacere et pactionum promissiones exsequi debent. 8. formaliter iniusti fuerint, damnosas iniurias reparare debent. Hinc:

a) *Possessor bonae fidei* privilegiis iuris positivi uti potest; nisi rem usucapione acquisierit, eam reddere debet in statu in quo versatur, cum de alieno iure constiterit. Si rem sibi utiliter consumpserit, utilitatem *ex ipsa re* perceptam reddere debebit, saltem ut dominus valorem recuperet qnem res, quando consumpta fuit, habebat. — Perinde dicas de *fruetibu»* ex re perceptis ; hos tamen saepe, ex iure positivo, possessor bonae fidei suos perceptione facere potest. — Nulla *damna,* si ad opiniones attendas, sarcire cogitur. Si rem vendidit, qua *venditor,* evictionem emptori praestare debebit; qua *pretii possessor,* suadendus saltem est ut pretium apud se exstans domino qui re sua privetur restituat.

b) *Possessor malae fidei* casum fortuitum praestat, nisi res eadem numero clade vel saltem eodem tempore apud dominum periisset; — privilegiis iuris positivi uti non potest, excepta praescriptione quae, indepenclouter a bona fide, causam publicam habeat ; — rem cum omnibus incrementis non industrialibus reddere debet; — de re absumpta vel alienata dominum indemnem praestare debet; — immo valorem restituere qnem res habebat quando consumpta est; —omnia saltem inconfuso praevisa damna sarcire debet; — evictionem venditori praestare debet.

Observes tamen rerum consumptibilium fructus proprie tales non haberi.

Cum plura saepe non constent, reddatur valor rei quando consumpta est, addita compensatione usus, et, si res consumptibilis fuerit, modico fenore.

Si plures rem successivo possederint : rem prior debet qui eam habeat vel destruxerit; succedit raptor; fructus quos quisque perceperit prior debet; damna (in solidum vel divisim) quisque debet quibus cooperatus sit.

Impendia necessaria vel oeconomice utilia e quantitate restituenda demi possunt.

c) *Possessor dubiae fidei* veritatem ex iustitia indagare debet ea cura quae cum rei momento, dubitationis gradu et spe successus congruat.

Facta inquisitione, certo aliorum iuri satisfacere debet, secundum regulas possessoris bonae vel malae fidei, pro casu. 8i nullius ius certum appareat, nihil, permanente dubio, restituere debet; ac si ipse. vel eius auctor bona fide possidere coeperint, rem, ad tramitem legis positivae, usucapere poterit. — Qui vero neglegentia sua causa fuerit cur domino reddi nequeat res quam ut nullius tantum occupare possit, eam utilitati communi destinare debebit.

Qui dubitans do iure suo possessorem non malae fidei sua possessione privaverit, de certa iniustitia arguendus est. Atque in dubio condicionem ius habentis peiorem facere prohibemur. Nec dubiae fidei possessori fructus reales vel conexa lucra acquiruntur.

2. *Quid damnificatores reddere debeant.* Damnificator iniustus, quantum damnum ex sua actione iniustc illatum fuerit, tantum restituere debet.

Excipe damnum non praevisum vel, saltem ex praesumptione, condonatum.

Quare, si mere laesum sit ius ad rem vel ad *spem,* quantitas restituenda e spei valore aestimanda est; deficiente meliore computatione, ad dimidium rei aestimetur.

Fructus restituendi sunt, deductis impendiis. Satis tamen erit reddere rem modici valons et cui altera facile substituatur.

Ob condonationem praesumptam, *modica eleemosyna* fraude extorta restituenda non est. Ingens liberalitas saltem veris pauperibus restitui debet.

CAPUT III.

De iniusta cooperatione.

Ratio ordinis. — Cum iam antea, n. 129 ss. do cooperatione in universum egerimus, et n. 132 ostenderimus quomodo ipsa materiali non excusata cooperatione commutative iustitia laedi possit, argumentum istud satis breviter expedire nobis licet. Prius varios modos iniustae cooperationis describemus, dein de consequente restituendi obligatione agendum nobis erit.

§ 1. — Variae iniustae cooperationes.

661. — Notiones. 1. Quid *formalis* cooperatio a *materiali* differat, cf. n. 129.

Modos cooperationis solent his versiculis enumerare:

Tussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Sex itaque positivi, 1res negativi cooperationis modi allegantur.

I. — *De positivis cooperationis modis.*

662. T. De mandante seu iubente. 1. *Huic omnia damna imputantur* quae mandata actione illata sunt; atque ea quoque quae, nexu moraliter necessario, cum mandati exsecutione coniuncta sunt. Mandans enim est auctor vere principalis.

2. Haec imputantur, *dummodo constet,* quod praesumendum est, *exsecutorem mandato moraliter motum fuisse* ad iniuste agendum.

Quae praeterea iniusta mandatarius ex propria malitia vel vincibili errore fecerit, mandanti, qua tali, non imputantur. Si tamen mandato collata est potestas sine qua damnum inferri nequibat, mandans alio cooperationis titulo teneri potest.

3. *Causalitas* mandati ac proin eius imputatio *revocatione* quae ante exsecutionem mandatario innotescat, *supprimitur.* Si tamen mandatarius a mandante edoctus vel excitatus fuerit, haec *consilii* vis. etiam revocato mandato, subsistit. Si autem ex casu fortuito vel alterius malitia revocatio mandatarium latuerit, mandans erga personam laesam obligatus manet. Verum qui revocationem malitiose impedierit mandanti damnum restituere debebit, et facile, respectu personae laesae, principalem iniustae actionis reatum contrahit.

4. *Damna quae* ipse *mandatarius passus sit,* mandans per se sarcire non debet, nisi illum iniuste (vi ac metu vel dolo) ad damnum inferendum coegerit.

5. *Damna* denique, a mandato *aliena,* quae tertio obventura sint, mandans praestare non debet, si moraliter vitari potuerint.

663. — De Consiliario. 1. *Consiliarius,* nisi damnosum consilium efficaciter revocaverit, per se *damna inde profecta sarcire debet,* tum ea quae alteri ex efficaci consilio illata sint, tum ea quae is passus sit qui consilium accepit, si hunc dolo vel culpando errore deceperit. Suasor autem minoris mali ei qui aliter a maiore patrando averti nequit pluribus videtur ab iniustitia immunis. Cf. dicta n. 128.

Porro *distinguitur* consilium *simplex* seu nudum, sine additis motivis, et consilium rationibus *vestitum ;* consilium *doctrinale,* quo *notitia quaedam communicatur,* et *suasiv-um,* quo *voluntas persuadetur.*

In consilio *doctrinali* facile inest vis actionis principalis, ut si indocta persona, a te decepta, remedium adhibuerit oecisivum, dum consilium *suasirum* secundariam cooperationem continet.

2. Potissimum in hac, re culpandi sunt 71/1 *upccialem peritiam profitentur,* et, sino competente scientia vel sufficiente investigatione, temere consilia dant iis qui ipsis prudenter fidere possunt. Hoc. maxime attendendum iis est qtii tamquam confessarii, patroni causarum, notarii, medici, consilia ex otlicio dare solent. Consilium autem quod ad exsecutionem promissi muneris pertinet, debetur ex iustitia bonum. Qui vero ut amicus consilium dederit, cavero tamen dobot ne actio sua damnosos effectus pariat. — *Eramationes* in hac re peti consueverunt sive ex deficiente agentis deliberatione. sive ex levitate credentis, qui obiter dictis fisus sit. In posteriore casu nec damna reparanda sunt, noc consilium ex iustitia retractandum est.

3. Mera pravae actionis persuasio nullam *erga exsecutorem* obligationem iustitiae imponit. Qui autem consilio suo alterum ail damnum inferendum induxerit, atque hoc praeviderit, damnum istud, tamquam secundaria eius causa sarcire debet. Damnosum autem per se non est consilium ei datum qui iam ad malum erat determinatus. Perse inquam: nam novum consilium potuit in perseverantiam mali propositi damnose influere. Verum qui pravo consilio alterum vere movit ad agendum, non ideo excusatur quia, post ipsum, alii consilium dederint vel dedissent.

4. *Efficax* consilii *retractatio* imputationem illam tollit. Hic distinguendum est consilium *simplex* seu *nudum,* quod simplici revocatione; consilium *rationibus restituai.* quod novis tantum rationibus allatis retractatur; et consilium *doctrinale,* quo modus exsecutionis, qui secus latuisset, indicatus est: istud non retractatur nisi ipsam exsecutionem impediveris vel saltem eum qui damnum passurus est tempestive monueris ut ab eodem sibi cavere queat.

664. — III. De Consentiente. 1. *Notiones. Consentientes* hic vocantur *qui coniunctis suffragiis quidpiam statuunt, decernunt.* Qui opus iniustum hac ratione constituerunt, damna inde secuta pro qualitate *operis* et efficacia *suae cooperationis* saltem pro parte sarcire debent. Opus autem potest esse lex, sententia iudicialis, decretum, consilium, collatio officii, mandatum. Fieri rursus potest ut suffragia formali pactione data sint, ut in aliorum suffragia auctoritatem habuerint; et fleri quoque potest ut sine mutua relatione, separatis voluntatibus, data fuerint. Itaque:

2. *Regulae,* «) Qui ex *conspiratione,* i. e. expressa vel tacita pactione moti, suffragium dederint, actione moraliter una damni auctores sunt, ita ut totum damnum singulis imputetur; i. e. tenentur *in solidum,* ut infra; n. 671 confirmabitur.

b) Qui *sine conspiratione* suffragium damno necessarium dederunt, ut si, ad legem habendam, quot suffragia data sint, tot requisita erant, pariter totius damni imputationem ferunt, ex communi sententia.

c) Si ultra requisitum numerum suffragia sine conspiratione data sint, scriptores in varias sententias abeunt.

A pluribus recentioribus omnes suffragatores legis, decreti, indicii iniusti, restitutione damnantur. Hi nobis recte sentire videntur. Malum enim seu damnum non suffragiis ut singulis, sed sententia, decreto vel lege, quae est commune omnium suffragantium opus, efficitur. Consentientes igitur comparandi sunt cum hominibus qui, plures numero quam necesse erat, unum opus damnosum (puta asportationem arcae) perfecerunt.

Seclusa conspiratione, hi damnum pro rata parte inter se dividere debent. Pro rata, i. e. pro virili parte, nisi inaequalis vis cooperationis demonstretur.

Ac secundum istam sententim, modus suffragationis, situe *simultaneus* an *successivus; publicus* an *secretus* obligationem non mutat.

Communior tamen opinio haec distinguere solet.

Eos <pii *simul tempore,* v. g. assurgendo, suffragium dederint in solidum de damno reos esse pronuntiat. Si *successive* suffragati sint, illos solos (piorum suffragium necessarium erat in solidum obligat. Ili enim causam toti damno necessariam dederunt; post ipsos autem res moraliter peracta erat. Quare, secundum communem sententiam, (pii postea accesserunt a restitutione per se dispensantur: eorum accessus non fuit damnosus, nisi maior numerus causa evaserit cur lex v. g. a senatu, a rege sancita fuerit. *Si* vero, *quia secreta* fuere *suffragia, effcacia* ab *inefficacibus distingui nequeunt,* singuli pro rata dubii condemnantur.

Propter dubium singulos excusari fuit aliquorum opinio, quam III. 1). Wafeelaert, *De luet.,* t. 2, n. 323, merito dixit a communi sensu morali aberrare, ita ut S. Alph. l. 3, n. 566, *reram* dixerit sententiam «piae saltem obligat ad ratam partem, pro dubio solvendam.

Deficiente alia consideratione, illa rata pars erit pars virilis. Postea S. Alph., *Homo Apoet.,* tr. 10, n. 50 quemlibet obligat pro sua rata ad dam-

iinin reparandum; ad totum voro si alii non restituant. Quam necessitatem restituendi totum, si alii non restituant, admittit quoque LUGO, *luit.* d. 19, n. 85.

Observes igitur in scrutinio *xecrcto,* suffragia quae communior opinio pro solis efficacibus habet, non ordine quo data sint sed quo proclamentur definiri. Singuli autem qui conscii suffragium dederunt, consenserunt ut suum suffragium hanc eflieaciam exerceret.

Quorumnam autem suffragia prima pronuntiata sint nescitur, nisi apposito signo peculiari dignosci queant. Inde dubia ista singulorum suffragiorum efficacia, propter quam communior opinio omnes pro rata dubii, seu plerumque viritim obligat.

Si demum suffragia palam dentur sed modo revocabili, tunc omnes damno tenentur, quia omnia suffragia, usque ad ultimum, efficacia fuerunt. Ita Carrière, *De lust et* wre, 1188; Tanquerey, 528, qui dicere tamen hic declarare omittunt utrum obligationem in solidum an divisam imponant.

3. *Peculiaria notanda, a)* Qui vi muneris, ac proin ex iustitia. suffragium dare debebat, iam ipsa *suffragii omissione* contra commutativam iustitiam peccare potest.

b) Si res suffragiis admissa *non fuerit intrinsece mala,* necessitas maius malum avertendi, po est ipsam iniustitiae labem a suffragatione auferre.

c) Si suffragia non *fuerint* nisi *consultira,* efficacia consilii perpendenda est. Si haec demonstrata sit, redibunt de consensu in consilio quae de consensu in decreto dicta sunt.

665. — IV. De Palpone seu ?\dulatore. Is duplici ratione damnis teneri potest: quatenus per laudes, vituperia. exprobationem ignaviae, adductas humanas considerationes et utilitates, ad damnum inferendum efficaciter quempiam impulerit, vel quatenus similibus artibus restitutionem impediverit. Obligationem efficaci revocatione declinare potest.

666. — V. De Recursu seu Receptore. — Is, dum securitatem vel malefactori vel rebus raptis aut furto sublatis offert, damnis tenebitur: *a)* quatenus malefactorem ad scelus patrandum moverit ; *b)* quatenus medium sceleris exsequendi, quo alter usus est, praebuerit; *e)* quatenus restitutionem non fecerit vel impediverit.

Ista cooperatio, si materialis fuerit, gravi damno excusari potest.

Qui, occultando hominem vel eum a magistratibus defendendo a poenis liberavit, iniustitiae argui nequit, quamvis contra caritatem aliis civibus vel civitati debitam peccare possit. Simul tamen, pro viribus, efficere debet ut protectio iniqui hominis restitutioni non obstet nec aliter damnosa evadat.

667. — VI. De Participante. Participans, *praedam* vel ipsam *actionem malam* participare potest.

Si *praedam:* tamquam possessor rei alienae tractandus est: et quidem malae fidei possessor, si partem praedae conscius et iniuste acceperit.

Si vero in adiunctis in quibus labem iniustitiae fugere nequeat, iniustam *actionem* participaverit, damna reparare debet quorum sive agendo sive cooperando efficax causa fuerit. Participatio tamen *immediata* a *mediata* secernenda est. Immediate participans, seu iniustuni ipse committens, negativum praeceptum violat nisi iure necessitatis excusetur; mediate participans omittit praeceptum positivum curandi ne actio nostra effectus damnosos adducat: quare omni detrimento quod in se et relative notabile sit, excusatur. — Demum qui de damno illato aut de elli-cientia suae actionis re vera dubitet, dubio quod post sufficientem investigationem perseveret, nihil *stricte* debet, cum propter incertam obligationem nemo *re sua* spoliandus videatur.

668. — Quid, si plures causam damni *per se* efficacem dederint, ita tamen ut ignoretur uter plurium re vera auctor damni fuerit? V. g. duo vel plures dederunt consilia: quibusnam auctor motus fuerit nescitur; duo simul, sine conspiratione, sclopetum explodendo, hominem occiderunt vel vulnerarunt, sed nescitur uter fecerit; duo vel plures ad eandem uxorem accesserunt et proles nascitur *certo* adulterina. Si enim ipse maritus accesserit, ita ut proles fortasse legitima sit. de ipso damno non constabit.

Res ista non est extra controversiam. Ex principiis ita dicendum est. Qui conscii futurae confusionis egerint, consenserunt ut actione moraliter una (utpote quae distingui non possit) damnum efficeretur. Quare pro virili parte illud ferre debebunt. Qui autem hoc ignoraverit, incerta tantum obligatione tenetur. Cfr. S. Alph., l. 3, 658.

II. — *De Cooperatoribus negatiris.*

669. — De Cooperatoribus negativis. 1. Restitutione reparare damna debent quae ipsi *iniuste* omissa actione impedivissent. Ad multas autem exigendas non videntur praepositi vectigalium iustitia teneri.

2. Si vero non constet futurum fuisse ut damnum quodpiam impediretur, nulla restitutio necessario facienda erit. In dubio vero de damni quantitate, iustitiae satisfit si minima quantitas certa reddatur. Cf. tamen hic statim infra, 3.

3. Si plures qui agere debebant actionem omiserunt ex *conspiratione,* de damno omnes in solidum tenebuntur.

Si sine *conspiratione,* singuli tamen, secundum Lugo, d. 19 n. 108, in solidum tenebuntur si actione sua totum damnum impedire potuere vel immediate, vel mediate, determinando alios qui prius abstinuerunt.

Rationem dat quia singuli fuerint causae totales. Atque adde *necessariae,* cum uno agente damnum fuisset impeditum. Si vero actio unius inutilis praevidebatur ad impediendum damnum, nihilo minus Lugo l. c. η. 110-112 singulos ad agendum obligat ex iustitia, quia unius actio sufficiat ad tollendam excusationem impotentiae qua ceteri se obligatione liberare contenderent. Uno enim agente, alii cooperatione sua damnum impedire poterant. Ratio ista satis subtilis videtur.

§ 2. — De restitutione cooperatorum.

I. — *De restitutionis mensura.*

670. — I. Principium. Ad *quod quisque damnum totum efficiendum vel ad quam quisque damni partem efficiendam iniuste* et *efficaciter contulerit, istud personae laesae reparare debet, ita tamen ut causa minus principalis regressum (ricorso) habeat adversus causam principaliorem, a qua proinde solutum repetere poterit.* — *Principalior* porro causa est quae aliarum ope physice vel moraliter usa est. Sic mandans, iubens, principalior est quam exsequens; exsecutor, (piam exsecutionis consiliator; qui positiva actione cooperatus est. (piam qui exsecutionem mere non impedivit. — Ratio responsi est, quia causa principalior ceteras sibi eubordinat et veluti absorbet.

671. — II. Corollaria. I. Itaque, qui *solus* causa principalior fuerit, omne damnum sibi imputabile sine regressu sarcire debet.

2. Si *plures* aeque principales fuerint, damnum inter se dividere debent. Istae enim causae inter se *coordinator* sunt. Personae tamen laesae singuli totum debent (qui proin *in solidum* tenentur): *a)* si ex *conspiratione* seu voluntatum societate egerint; nam tunc, praeter partes quas exsequuntur, aliarum sunt formales complices; *b)* si alia quapiam ratione ad *totum* danimini efficiendum contulerint; sive quia nihil sine ipsis effici potuit, sive quia eorum cooperatio ad totum damnum re vera pertinuerit. Ita saltem communis sententia.

Cum plure» in *solidum* obligantur, singuli ita totum creditori vel parti laesae debent, ut dein ab aliis partem pro ipsis solutam repetere possint. Quisque igitur *absolute* pro rata parte, *condicionale* autem (nisi alii solverint) totum debitum praestare debet.

Praeter istam solidaritatem *inter debitores,* habetur quoque solidaritns inter *creditores* cum, vi pactionis, singuli a debitore exigere possunt totum, quod dein inter se dividendum habebunt.

3. Quidquid quis definitive seu *absolute* debet, solvendum habet personae laesae nisi huic satisfactum esse moraliter constet: quo casu, illi qui satisfecit solutum reddere debebit.

Qui vero sola *condicionata* obligatione (i. e. aliis deficientibus) astringitur, tunc tantum damnum sarcire debet quando, sive ex facta inquisitione, sive ex moribus aut impotentia debitoris principalis, ab eo non esse satisfactum nec satisfactum iri moraliter constet.

672. — III. Scholia. 1. Obligationem restituendi in solidum cum regressu adversus alios, rudes satis difficulter percipiunt. Illi rursus quibus restitutio debetur partem potius quam nihil obtinere praeferent. Si itaque periculum est ne obligati ad totum nihil restituere velint, non raro personae laesae praesumi possunt annuere ut sola partialis obligatio urgeatur.

Quare, ex S. Alph. *(Homo Apostolieus,* tr. 10, n. 54), praestabit rudes rerum theologicarum vel iuridicarum hortari ut restituant quod debent, permittendo eorum conscientiae ut qnan. titatem definiat.

2. Observes, ut damnum e.r conspiratione fiat, non sufficere formalem intentionum consensum, sed requiri ut damnum in isto consensu rausam habeat. Sic conspirant quidem gregarii milites

eiusdem exercitus; sed ista singulorum conspiratione pauci moventur.

673. — Ex dictis has colliges applicationes.

1. *Consiliarii* per se influxum partialem et secundarium in totum damnum habuerunt. Quare per ee condicionate (post principales causas) tenentur de toto damno quod sine consiliis non fuisset factum.

2. Qui, facta societate, furta committunt, in solidum tenentur de latrociniis in confuso praevisis et de conexis damnis personarum vel rerum, quamvis alia ab aliis facta sint. Omnia enim ex conspiratione orta videntur.

3. Cum plures, sine conspiratione, partialem efficaciam in damnum divisibile exercuerunt, sufficit ut quam quisque partem laeserit (v. g. quam domus partem destruxerit), eam restituat. Et qui accesserit malefactor, cum nulla iam spes supererat partem salvandi, nullum fecisse damnum videtur.

Si vero partialis causalitas damnum non divisibile effecerit, ut si quattuor arcam asportent quam tres abstulissent, satis parum consequenter patroni communis sententiae singulos ad virilem partem tantum obligant (Lü GO, d. 19, n. 82).

N. B. Non ita constare videtur sententia quae in solidum obligat quotquot, etiam seclusa conspiratione, cooperationem praestiterunt sine qua damnum inferri non potuit, vel quae re vera ad damnum totum inferendum utilis fuit. Et controversiam quandam haberi testatur Lugo, d. 19, n. 79 ss. — Neque ita certa est obligatio restitutionis quam condicionate imponunt iis qui per actionem in se non iniustam ad iniustitiam materialiter cooperati sunt. Cfr. D'Ann., I, 174; 11,93. Quae attendi possunt ut restitutio minus severe urgeatur.

TT. — *7)e ordine in restitutione servando inter cooperatores.*

674. — Normae. 1. Qui rem alienam vel fructum rei alienae tamquam *detentor* restituendum habet, id sine alio ordinis respectu praestare debet.

2. Qui tamquam iniustus *damnificator* obligatur, quidquid *absolute,* hoc titulo, debeat, statim restituere debet; quoti autem *condicionate,* tantum post illum debet qni absolute tenetur. Quare primo tenetur mandans seu causa primaria, dein exsecutor primarius, postea secundariae causae obligantur.

3. Inter eos qui condicionate debent, *cooperatores positivi ante negativos* obligantur; inter ipsos autem ordo proximitate

definitur. Aeque vero tenentur ii inter quos nulla subordinate deprehenditur.

De loco *consiliarii* qui *suasor* fuerit aliquod dubium moveri potest. Per se, post exsecutorem principalem collocatur. Si tamen sui gratia quidpiam fieri consuluit aut petivit, saltem si ipsius nomine res acta fuerit, consilium pro virtuali mandato habendum est. Cfr. Less., *Iust.,* c. 13, n. 42.

4. Quotiescumque, sive condonatione sive alia ratione, ille liberatur qui *absolute* debet, liberantur ii qui et quaternis conlicionate tenentur; sed exemptio causae secundariae principalem minime liberat.

SUMMARIUM.

675. — I. *Iniustitiae alienae* tum *positive,* sex modis, tum *negative,* tribus modis, homo cooperari potest. De cooperatoribus positivis distincte agamus.

1. *Mandans,* seu *iubens.* Ei, ut auctori principali, imputantur omnia damna quae, nexu moraliter necessario, cum mandati exsecutione coniuncta sint, non autem quae mandatorius propria malitia vel vincibili errore adiunxerit. Propter collatam potestatem nocivam, mandans etiam alio titulo teneri potest. Tempestiva revocatione causalitas mandati, qua talis, non semper consilii in mandato contenti, supprimitur.

2. *Consiliarius* consilio *doctrinali* seu quo notitiam communicat, causalitatem etiam principalem habet; dum secundariam tantum consilio exercet. Nisi autem consensum efficaciter revocaverit, consiliarius damnosi consilii effectus sarcire debet, exceptis iis effectibus quibus applicari potest proverbium: «consentienti non tit iniuria». Efficax retractatio consilii nudi fit simplici revocatione; consilii *restiti* rationibus, novis allatis argumentis; consilii *doctrinalis* (quo modus nocendi traditus est), efficiendo ut effectus notitiae damnosae vitari possit.

3. *Consensus* concurrentibus plurium suffragiis constituitur. Qui ex conspiratione suffragium dent, sunt unius moraliter actionis auctores; qui suffragium damno necessarium dederint, totius damni imputationem communi sententia ferro coguntur; qui, sine conspiratione, suffragium, ultra requisito dederint, verius cum iis comparari debent qui, plures numero quam necessc erat, unum opus damnosum simul fecerunt, ita ut saltem pro virili parte damuum ferre debeant.

4. *Palpo* seu *adulator,* quatenus verbis suis ad actionem impulerit vel restitutionem impediverit, damnis tenori potest.

5. *Recursus* seu receptor, qui sive malefactori sive rebus raptis ant furto sublatis securitatem offert, damnis tenebitur: *a)* quatenus malefactorem ad agendum moverit; b) quatenus medium exsequendi praebuerit; c) quatenus restitutionem omiserit vel impediverit; non autem quatenus sontem a

poenis liberaverit. Materialis huiusmodi cooperatio gravi damno excusari potest.

6. *Participant praedavi,* ut possessor rei alienae tractandus erit; participans *actionem,* si *immediate:* negativum iustitiae praeceptum violat nisi iure necessitatis excusetur; si *mediate:* transgreditur praeceptum positivum curandi ne actio nostra damnosos effectus adducat.

Qui plutee causam per se damni eflicacem dederunt, ita ut ignoretur quisnam revera auctor damni fuerit, si conscii futurae confusionis egerint, secundum principia, pro virili parte tenebuntur. Qui hoc ignoraverint, incerta tantum obligatione tenentur.

Cooperatore» negativi tenentur restitutione, quatenus ininsta *omittione* damnum non impediverint quod debita sua actione prohibuissent. In dubio, incerta erit eorum obligatio. Praepositi vectigalium ad muletas exigendas iustitia teneri non videntur.

II. *De restitutione.* Quod quisque habeat rei alienae, vel ad quod quisque damnum iniuste et edicaciter contulerit, istud personae ad quam pertinet, tribuendum vel restituendum est, ita tamen ut minus principalis causa damni, post principalem debeat, et a principaliore solutum repetere possit.

Principalior porro causa est quae, aliis utens, ceteras vehit absorpsit. Aeque principales causae damnum inter se dividunt, ita tamen ut singuli totum debeant, si in solidum obligentur, sive ex contractu, sive ex conspiratione, sive etiam ex causalitate quae ad totum damnum iniustum contulerit. Id ultimum tamen aliquatenus controvertitur.

Res tamen aliena, sine alia ordinis consideratione, a detentore reddenda est.

Cooperatores positivi ante negativos tenentur; inter ipsos ordo proximitate definitur.

Liberatio illius qui *absoluti* debet eum liberat qui non debet nisi condicionatc, non autem contra.

CAPUT IV.

Generales restitutionis circumstantiae et excusationes.

I. — *Generales circumstantiae.*

676. I. Cuinarn restituendum sit. 1. Haec *principia* sunt: *Domino rei* certo et noto restitnendum est, nisi nimia ditlieultas aut alia causa excuset. - Hei tamen *possessori* cui res iniuste erepta est, potius quam domino restituendum est. nisi ob singulares circumstantias aliud suadeatur.

2. Cum laesa est *societas,* huic restitutio facienda est. saltem si sit vera persona iuridica, qualis civitas, monasterium, et non

merum plurium condominium, ut sunt societates lucri causa constitutae. Verum etiam tunc societati potius quam pro rata parte singulis sociis restituendum est (l). Etenim, si non mere dividendum lucrum sed ipsum capitale sociale laesum fuerit, nisi reddatur societati, creditores in suo pignore communi et etiam socii in suo iure prosequendi negotium per illud capitale damnificari possint.Considerandum itaque est, utrum necne ipsum «capitale» sociale graviter iniuria affectum sit. Si societas fuerit illegitima, ut societas "francomuratorum, socialistarum, restitutio non societati sed sociis est facienda. Immo, cum agitur de huiusmodi societate, non est per se gravis obligatio reddendi ipsis actionariis, quia singuli leve tantum damnum patiuntur, nisi enormitas damni et numerus actionum ab iisdem possessarum efficiant ut saltem non nulli graviter laedantur.

Fisco fit restitutio vel mittendo pecuniam ministro qui aerario praeest *(delle jinanze),* vel passivam Status obligationem destruendo; minime vero lacerando argentarias schedulas *(biglietti di ba/nca),* cum argentariae istae a Statu quidem protectae sint sed cum Statu confundi nequeant.

3. Qui multis minutis furtis damnum multis civibus intulerit, melius restituet deinceps minoris vendendo iisdem moraliter emptoribus, donec aequalitas restituatur. Id tamen sub gravi non praecipitur, nisi erga illos qui notabile damnum passi sint. Immo alii satis facile consentire praesumuntur ut pauperibus restitutio fiat.

4. Si ignoretur ad quemnam res restituenda competat, et sufficienti inquisitione dubium non diluatur: «) si dubium *inter paucos* contrahitur, aequalitas personalis iubet ut res inter ipsos dividatur; —*b)* si dubium sit *inter multos,* aut, quia dominus penitus ignoratur, res sit incerti domini, natura ratam habere nequit possessionem quam hoc titulo fur servare vellet. Quare ea se spoliare debet, eandemque pauperibus vel operi pio addicere. Conclusio ab omnibus admittitur. Probationem difficilem esse non pauci fatentur. Hanc praeferimus. Qui ex iniuria rem possederit debet eo solo modo quo potest alterum indemnem praestare. Solus modus est ut rei male usurpatae vel eius valoris eum faciat usum quem persona laesa ratum habere rationabiliter debeat. Quisnam alius indicari potest praeter pium usum, quo bonum commune

(J Cf. solutionem S Paenitentiariae relatam n 494. versus finem

procuratur et simul animae personae laesae consulitur ! Cf. S. Tr . 2, 2, q. 62 art. 5 ad 2.

Si vero agitur de iniusta damnificatione, qua malefactor nihil acquisivit, communis sententia hunc quoque obligat ut pauperibus tribuat valorem quem ignoto domino reddere nequit. Sunt tamen qui hanc obligationem non urgeant.

Possessor iniustus qui ipse pauper est, rem incerti domini sibi qua pauperi addicere non prohibetur.

Quid autem si, postquam res pauperibus data fuerit, dominus laesus reperiatnr? Si sufficienti diligentia antea quaesitus fuerit, nihil ipsi restituendum est ; si vero, non praemissa inquirendi diligentia, pauperes suffecti fuerint, domino comparent! satisfacendum erit.

5. Quod a depositario, conductore, administratore ablatum fuerit, his *possessoribus legitimis,* potius (piam domino restituendum est. Excipe tamen si eorum nihil intersit, vel probabiliter indicentur rem cum iniuria domini absumpturi esse. Quare non Praelato dissipatori sed potius Capitulo, non religioso subdito a quo res accepta erat sed Praelato restituenda erit.

677. — II. Modus, locus, tempus restitutionis.

Restitutio facienda est *quam primum,* et eo *modo* ac *loco* (pio ius et intéressé damniiicati requirunt, et commode ac moraliter fieri potest, sine gravi incommodo quod quis pateretur in re sua propria, *ultra debitum.*

1. *Quam primum.* Qui restitutionem sine causa differt, peccat contra commutativam iustitiam peccato cuius gravitas ex damno ipsius omissionis per se aestimanda est. Numero autem erit unicum peccatum quam diu in eadem voluntate perseverat. Ac diu, etiam per annum, eadem voluntas perseverare potest. Immo unicum cum ipso furto peccatum esse potest.

Non licet itaque per se restitutionem a<l mortem nsque differre, vel eandem heredibus exsequendam committere. In bona tamen tide paeniteus relinqui poterit, ubi admonitio non profutura praevideatur. Rursus autem, si prudenter aestimetur id in bonum paeuitentis cessurum esse, cum sic efficacius ad praesentem obligationem exsequendam stimuletur, paenitenti qui facile redire potest restitutionem ante absolutionem imponere expediet .

Cauto autem cum *moribundis* restitutioni obnoxiis agendum est. Absolvendus est paeniteus moribundus qui simul in bona fide versatur, et non

ita dispositus videtur ut obligationem facile admittat et exsequatur. Si modicam est periculum malae voluntatis, aut puonitens non sit in bona tide, fortiter et suaviter do sua obligatione certiorandus, ot, ad illam statim peragendam adiuvandus erit. Estne obligatio occulta, cuius exsecutio immediato fieri nequeat, aeger inducatur ad summam pecuniae sibi confessario, seu potius, si copia sit, viro fideli committendam, ut postea creditori secrete solvatur, vel ad eam summam in testamento eidem relinquendam, omissa restitutionis mentione. Modus isto supponit ut mentio in testamento veri similem explicationem socum forat. Si obligatio non sit occulta sed statim impleri nequeat, confossarius efficiat ut per heredes corto facienda curetur, v. g. linqadfido in manibus creditoris syngrapham qua debitum agnoscatur, Fit autem ut aegrotus, sui compos, omni signo faciendo impediatur. Si talis sit homo qui obligationes implendas habere facile praesumi possit, tunc, ne ex falsa conscientia pereat, moneatur se impossibilitate ab omni obligatione excusari, modo sincero de omni peccato ipsum paoniteat.

2. *In modo,* id solum considerandum est. ut debita aequa litas restituatur. Si ergo aliter commode fieri nequit, poterit Heri clam vel sub specie donationis, aut per personam interpositam, aut assumendo laborem indebitum in utilitatem personae laesae. Sed quod creditor, apparente dono deceptus, ex gratitudine rependerit, ei restituendum est, nisi res fuerit exigui valoris aut quae sine donatoris offensa reddi nequeat.

3. *De loco,* «) Possessor bonae fidei, dummodo prudenter agat, rem mittit *periculo* domini ; contra, malae fidei possessor in hanc aleam ire debet. Liberatur tamen, licet res in itinere perierit, si probatum a domino modum secutus sit; si, ex praesumpta domini voluntate, modum (degerit a iure vel a indice sibi praescriptum·, vel, ut plores volunt, confessario usus sit ad reddendum quod per se reddere non poterat. Quod ad debita ex contractu, pactio expressa vel tacita definit cuiusnam periculo res mittenda sit. Per se periculum est emptoris.

6) Possessor *malae fidei,* v. g. fur, debet suis sumptibus rem ad eum locum deferre ubi alter eam habiturus fuisset, nisi fuisset ablata, destructa, vel inique detenta. Excipe si prudentis viri arbitrio, nimiae forent expensae faciendae, collate rei valere et facultate subiecti; tunc enim plerumque vel exspectari potest, vel ex praesumpta domini mente pauperibus restitui. Hodie autem saltem rei pretium nullo fere negotio in exteras oras transmitti potest. In rebus non magni momenti, nimium per se aestimant damnum quod duplo superet valorem.

Honae fidei possessor rem sumptibus domini mittit.

Uterquc deducere potest impendia quae dominus facere debuisset in re servanda vel secum ferenda.

Debita *ex contractu,* modo expresse vel tacite convento solvuntur.

4. Per se quam primum est *totum* restituendum. Ex damno probabili domini gravitatem restitutionis dilatae aut per partes factae aestimabis. Fit, v. g. ut modicae pecuniae restitutae dissipentur, dum maiores servatae forent.

Qui debet *ex delicto,* ea quoque damna sarcire debere videtur (piae ex dilatione etiam non culpanda oriuntur. Benignior tamen sententia, secundum (piam insta dilatio purgat moram, admitti potest, nisi damnum in ipso delicto aliquo modo praevideri potuit.

678. — Quo ordine restitui debeat. — Ordo potissimum considerandus est cum debitor omnibus solvendo impar est. Ratio vero ordinis ex hoc repetitur, quod patrimonium debitoris omni bus creditoribus communiter obligetur, inter istos tamen reperiri possint qui insto titulo sint potiores. Inde:

«) Ipsa *res aliena,* (d) dominii vinculum, prior domino restitui debet: quocumque titulo possideatur. Probabiliter tamen excipienda est pecunia (piae cum propria mixta est, propter confusionem.

b) Creditor *privilegiatus* et *hypothecarius* suorum iuriiun usu prohiberi nequeunt; et per se servandus est ordo legalis, si quem leges statuant.

c) Quae titulo *oneroso* debentur prius solvenda sunt quam (piae *gratuito* (etiam pio) sunt promissa ; haec enim subiecta sunt condicioni: nisi quid obstet.

d) Probabilius ea quorum domini *cognoscuntur* (piam quae incerti sunt domini, prius solvenda sunt. Titulo enim maiore et certiore debentur.

e) Non constat autem debita *ex delicto* prius (piam debita ex contractu solvenda esse.

ǂ Si debita eiusdem rationis fuerint, improbari nequit qui prius satisfaciat creditori *priori,* quia tempore praecedit; vel *pauperiori,* ex pietate; vel *prius petenti,* utpote diligentiori ; immo vel magis *amico:* (plia singuli ius ad totum habent. Id postremum tamen a pluribus negatur. Menti nostrae legis magis satisfacit, (pii singulis pro rata parte solverit.

[678.]

g) Si autem, quia bonis vel foro cedere debuit, debitor liberam bonorum suorum administrationeni amiserit, tunc ordo legalis stricte servandus est. Actus autem etiam antea in fraudem creditorum facti, et ipsae interdum solutiones (praecipue quae mercibus fiant non autem numerata pecunia) revocari possunt actione quae a praetore roniano, eius auctori *Pauliana* dicitur. Quae indicis sententia exsequenda erit, saltem post iuridicam intimationem, nisi in falsa fraudis praesumptione nitatur.

679. — N. B. Qui solvendo non est, non potest per notabiles *donationes* creditoribus nocere; et iniuriam participant qui conscius debitorem ad eas *impelleret.* Qui autem conscii impotentiae donum notabile mere *acceptent, certo* damnari nequeunt, cum mere utantur alterius peccato ad lucrum quod, si abstrahas a subiectiva dantis intentione et condicione, est honestum. Nec id stricte adversatur per se caritati : cum haec non obliget cum gravi incommodo. lidem tamen parum commendandi videntur.

II. — *Generales excusationes.*

Excusationes ex parte *debitoris* vel ex parte *creditoris* originem trahere possunt; aliae *obligationem auferunt,* aliae solam *dilationem* solutionis permittunt. Itaque :

680. — I. Ex parte debitoris.

1. Nullum esse ostendunt vel faciunt debitum :

a) Defectus proportionatae *culpae theologicae.*

b) Compositio inita cum S. Sede. Haec concedi potest quod ad bona ecclesiastica, et etiam quod ad debita incerta, «piando restitutio operi pio vel pauperibus fieri permittitur. Compositiones concedit §'. *C. Concilii,* et, si casus occultus fuerit, §§ *Paenitentiaria.* In concedenda compositione de debitis incertis, S. Sedes explicuisse videtur altum quoddam dominium indirectum in temporalia, ita ut ne comparente quidem domino quidquam videatur deberi.

c) Conversio *tituli :* debitor sibi ut pauperi tribuit quod pauperibus largiri poterat.

d) *Praescriptio ;* et, pro possessore bonae fidei, rei interitus.

e) *Solutio* facta *creditori creditoris,* saltem cum iustitia permittit ut illi solvatur. Cum tamen posteriori creditori aliquam

optionem eripiat, permutatio ista illicita est sine rationabili causa, quamvis per se in foro interno perfecte liberet.

/) *Compensatio* cum debito aequali et certo quo creditor, ex iustitia commutativa, debitori obligatur. Et qui, debiti immemor. creditorem gratuito munere affecit, probabiliter, nisi circumstantiae aliud demonstrent, censetur prius voluisse suae iustitiae obligationi satisfacere. Quare quod quis, *post natam* restitutionis obligationem pauperibus erogaverit, e restitutione quae pauperibus fieri permittitur demi potest.

‹/) *Jn dubia* causa iuris vel facti, *sententia* indicis, bona tide obtenta.

681. — 2. Excusant ad tempus, seu dilationem permittunt quaecumque faciunt ut creditor irrationabiliter se dilationi opponeret. Et casus revocantur fere ad impotentiam sive physicam sive moralem, i. e. nimiam difficultatem, *e.rtrinsecam* tamen causae debiti. Quare non excusabit damnum quod in hoc est ut te spolies bonis iniuste acquisitis, nisi accedat ratio infamiae positivae. Excusationes ceterum communes sunt obligationi ex contractu et ex delicto.

Damnum porro excusans, si solam excipias extremam necessitatem, in qua omnia fiunt communia, vere gravius esse debet quam damnum creditoris. Potest autem esse damnum proprium vel aliorum vel rei publicae.

Quid si uterque, creditor et debitor, in gravi necessitate reperiatur? Controversia probabilis de hac re, sic practice solvi potest : qui in gravi necessitate versatur, ex restitutione in paene extremam incideret, atque ita maius damnum pateretur. Itaque nemo per se cogitur statum suum iuste acquisitum amittere ad restituendum. Sed parce vivere potest secundum condicionem suam. *Parce* inquam, et conando ut paulatim restituat.

Stando iure naturae, debitis gravatus qui brevi, ut puta post unum vel alterum annum, sperat fore ut solvere possit, ingressum in religionem differre debet, nisi gravius damnum ex dilatione sibi merito timeat, vel aeque bene in religione solvere possit. In ipsa autem religione, tum ex bonis quae legitime acquirat, tum per laborem statui congruum, licentia Praelati obtenta, satisfacere creditoribus debet. Positivo autem canonis 542, 2° iure, « illicite admittuntur... aere alieno gravati qui solvendo pares non sint ».

[679-681.]

N. B. 1. *Temporaria* excusatio, per accidens perpetua fieri poterit, si impedimentum perseveret. Verum plerumque partialis restitutio fit possibilis; nec facile concedendum est nullum suppetere modum qui cum infamia non sit coniunctus.

2. Qui debitor est ex delicto, contra atque ille qui contractu est obligatus, damna dilatae solutionis, si quae sint (piae praevideri poterant, praestanda habet.

682. — II. Ex parte creditoris liberat:

a) Condonatio expressa vel tacita, v. g. si laceravit syngrapham. Condonatio praeterea praesumi potest, in furtis minoris momenti (paucorum nummorum, esculentorum) quae domi a filiis familias vel ab uxoribus facta sunt, si res ablatae non iam exsistant; — in esculentis aut rebus minoris momenti quae a famulis consumpta sunt; — vel etiam, in materia gravi, cum famulus deprehensus a domino corripitur vel expellitur, nulla petita restitutione; — vel quando, in causa criminali, nulla compensatio damni petita est.

b) In parvis rebus (pias operarii in silvis, vineis, officinis laborantes quandoque asportant, cum eae sunt (pias dominus parum curat aut rogatus facile concederet.

c) In furtis minutis pauperum quae erga diversos dominos fiunt. Si erga eundem, partem saltem restituant, ac de cetero emendationem proponant. Cfr. Noldin, II, 515, d.

d) Concordata vel alia pacta, honeste exsequenda, debitori saltem dilationem permittunt. De paetis istis actum est n. 501 ubi etiam de pleniore liberatione diximus (piam debitor per illa obtinet.

e) Seclusa ampliore promissione, non peccarit contra iustitiam, debitor (pii retineat quantum satis est ut parce vivat secundum statuum suum legitime acquisitum.

Verum hodie minus debitori indulgendum est, cum ipsa con. ventione vel indicis auctoritate non nulla servare permittatur. Tolerari tamen potest ut bonis cedentes quaedam occultent «piae ipsi in magno pretio habent (ut puta ob parentum memoriam) aliis autem minus pretiosa sunt. Sed oportet ut probabiliter possint pretium istarum rerum creditoribus refundere. Si honestus debitor velit quidquam plus sibi servare cuius ope maiorem spem habeat integre creditoribus satisfaciendi, isti quandoque censeri possunt consentire. Quidquid autem praeter legem re

tentum fuerit, legis favore excluditur, ac proin restitui debet quam primum copia detur. — Numquam vero excusabimus illos qui pecuniam alienam temerarie exponunt, parati, post cessionem bonorum, fortunam iterum experiri.

SUMMARIUM.

683. — I. *IlcHlitutioni» oiroumMantiae.* — 1. Obligatio restituendi urgeri nequit cum dubio positivo et probabili iustitiae actionis, vel de damno allato, vel de actionis causalitate. Si autem dubia sit solutio certo debita lex aequalitatis iustitiae certam obligationem gignit restituendi pro rata dubii, ita tamen ut debitori qui benigniorem opinionem sequi velit, restitutio non sit imponenda.

2. Restitutio *Malim* per se facienda est; ita ut non excusata dilatio nova sit iniustitia, secundum normas generales aestimanda. Inculpabilis dilatio ei qui ex contractu debet nullatenus imputatur; ei autem qui debet ex delicto onus damni ferendi imponere videtur, saltem si in confuso praevideri potuerit.

3. *ReMittitionif) modux* is esse debet ut debita aequalitas reparetur sine damno vel incommodo creditoris: ut si per nimis multas exiguas restitutiones restituas gravem materiam.

4. Eo *loco* restituendum est quo creditor ius habet. Possessor vero bonae fidei rem periculo et expensis creditoris, malae tidei detentor suo periculo et expensis, uterque prudenter mittit. Uterque utilia impendia e quantitate restituenda demere potest.

5. *Cuinam* restituendum sit. 1. Per se domino rei certo et noto ; potius tamen spoliato possessori. — 2. *Societati* quae laesa sit vel ius habeat, non singulis sociis, nisi societas fuerit illegitima ; ac tunc saepe gravis obligatio erit solum dandi pauperibus vel pio operi. — 3. Fisco ita restituendum est ut ipso Status bonum recuperet. — t. Si multis minutis furtis damnum multis illatum fuerit, satius erit bonum male acquisitum iisdem inoraliter procurare. Si nemo ex multis graviter laesus fuerit, satis facile consentire praesumuntur ut restitutio pauperibus fiat. — 5. Si ignoratur ad quosnam res pertineat, res inter paucos do quibus dubitatur dividenda erit ; si multi sint, vel ros sit incerti domini, natura tamen possessionem iniusti hominis ratam habere nequit. Quare res communi bono pauperum vel operis piis addicenda est. Communis opinio eandem substitutionem imponit damnificatori.

6. *Ordo inter creditore».* Patrimonium debitoris omnibus creditoribus communiter obligatur. Attamen res aliena, saltem corporo definita, per se eius domino prius reddi debet; — creditores privilégiât! et hypothecarii suis iuribus exercendis prohiberi nequeunt; — quae titulo oneroso debentur, solvenda sunt priusquam quae gratuito promissa sunt — probabilius dominus

notus ignoto praeferendus est. Nec improbandus est qui, dum creditore.' sunt aequalis iuris. prius diligontiori, vel antiquiori, vel pauperiori, vel immo magis amico solverit.

Si autem, propter fori cessionem, debitor liberam bonorum suorum administrationem amiserit, ordo stricto legalis iam sequendus erit.

Actus autem antea in fraudem creditorum facti, et ipsae interdum solutiones iam peractae actione *Pauliana* revocari possunt.

Ab iniustitia immunes videntur qui mere acceptarint donum notabile a debitore qui solvendo non est, sed suorum bonorum administrationem servavit.

684. — II. *Cannae a restitutione excusante* 1. Ex parte *debitori» plene* excusant: defectus culpae theologicae, cum agitur de delicto vel quasi-delicto; — compositio cum S. Sede de bonis ecclesiasticis vel de debitis incertis; — conversio tituli; — praescriptio; — rei interitus, si possessor bonae fidei fuerit; — solutio creditori creditoris; — compensatio; — sententia indicis in dubia iuris vel facti causa.

Ad *tempus* excusant quaecumquo faciunt ut creditor irrationabiliter so dilationi opponeret. Casus fere revocantur ad impotentiam physicam vel moralem, causae tamen debiti extrinsecam. — Excepta extrema necessitate, damnum excusans, sive proprium, sive aliorum, sive rei publicae, gravius quam creditoris damnum esse debet. Praevisa damna dilatae solutionis ab eo qui ex delicto debet praestanda sunt.

Seclusa ampliore facultate legitime obtenta, contra iustitiam non peccat debitor qui retineat quantum satis sit ut secundum statum suum, legitimo acquisitum, parce vivere queat.

2. Ex parte *creditoris* liberat *condonatio* expressa vel tacita, quae, in furtis minoris momenti, interdum praesumi potest; — *concordatum* seu pactio cum creditoribus, quatenus hanc vim habeat.

APPENDIX.

DE PERFECTIONE IUSTITIAE.

685. — I. Iustitia perficitur virtute Aequitatis. *Virtus ista, media inter iustitiam et caritatem, iustitiaeque pars potentialis, flectit animum ad humanum iuris usum.*

Est quaedam stricti iuris mitigatio; — observat in altero titulum quempiam imperfectum quidpiam obtinendi, ut cum. ultra contractus promissiones, extraordinarii lucri partem inter operarios partitur, et sic se demonstrat viciniorem iustjtiae quam caritati.

Humanum dicimus iuris usum, (piem decet ab homine adhiberi, attento iuris termino (pii est alter homo, ollicio iustitiae devinctus.

Ex genere suo aequitas non obligat sub gravi, quia imperfectus est titulus quem in altero observat, et defectus aequitatis non ab aliquo proximi odio sed a nimio affectu ad proprium ius proficiscitur.

Cum violatur sine iuris laesione, nullum restitutionis debitum inducit.

Ab ista speciali virtute distinguas oportet aequam iuris interpretationem et applicationem quae a indice ex munere debetur, et benignam contra verba sed secundum legislatoris mentem, legis interpretationem quae *epiikia* seu *epikeia* dicitur et etiam privato viro prudenter permittitur.

686. — II. Iustitia perficitur virtute Liberalitatis. quae, *amorem pecuniae moderans, nos faciles et promptos efficit ad illas expendendas, quando ratio dictat.*

Praesertim quando ratio ista est misericordiae et beneficentiae, virtus talem usum bonorum materialium procurat qui prima eorum destinatione appellatur.

687. — III. Iustitia perficitur virtute Gratitudinis, *quae cum affectu benefactoris voluntatem illius qui beneficio est provocatus exaequat.*

Haec est quaedam iustitia opulentis et egenis communis. Dum quaestio de restitutione versabatur, quaerebatur de compensatione damni ordinis superioris per materialem retributionem. Gratitudo in beneficio materiali affectum largientis intellegit, et, beneficium materiale transcendens, affectum adaequare studet.

68S. — IV. Iustitia perficitur ipsa virtute Caritatis. Cum enim iurium observatio sit quasi prima condicio pacis inter homines, iustitia considerari potest ut initium quoddam amicitiae, quam ad fastigium unitatis cum Deo et proximo regina caritas perducit.

689. — Conclusio. Ut infirmioribus consuleremus, proposuimus quid in rigore tolerari, salva iustitiae substantia, possit ; quid autem magis honestum sit non dissimulavimus.

Est quaedam communis seu infima probitas, quae strictam rerum exteriorum servitutem abnuit, sollicitudinem tamen etiam anxiam repudiare nescit. Quare cor divisum gerit et imperfectam tantum pacem adipiscitur.

Est autem etiam eximia probitas quae de rebus externis triumphum agere meditatur.

Haec neque in re neque in modo quidquam etiain mere suspectum admittit, Completa servitutis repudiatione ad perfectam libertatem pertingit.

Verum, si consideres quaenam vis sit in concupiscentiis ad tentandum hominem; quinam laudatissimi affectus, ut pietatis ad filios, vias minus rectas suadere interdum videantur; quaenam humanae confusiones sola fraude quandoque vitari queant, dum, contra, maxima mundana praemia minus scrupulosae audaciae promittantur, facile intellegemus exquisitam istam probitatem paucis tantum suam nobilitatem communicare, et vix sine Altissimi virtute comparari posse. Quare S. Paulus, in ep. ad Galatas, V, 22. 23, ubi fructus Spiritus Sanctus enumerat, ipsam perfectiorem honestatem (*) possessioni Spiritus Sancti ascribit.

Meliorem igitur et perfectiorem honestatem publica praedicatione et consiliis privatis inculcemus et promoveamus. Id postulat bonum Ecclesiae, cuius fideles perfectiore virtute ceteros aedificare debent ; id postulat maior et beatior ordo civitatis; id postulat propria conscientiae pax et felicitas.

Ut autem eilicax sit nostra hortatio, simul ad sanctum illum Dei amorem animos erigere conemur, (pio, terrenis rebus superiores effecti, summam iustitiam sectemur (piae in divina voluntate perfecte adimplenda consistit et de qua dictum est:

«Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam »!

SUMMARIUM.

690. — I. Iustitia perficitur humano usu iurium, ad quem inclinat virtus *æequitati* ita ut homo, propter rationabilem causam minus exigat quam stricte posset; et in aliis agnoscat etiam titulos imperfectos aliquid obtinendi. Virtus ista medium locum occupat inter iustitiam et caritatem.

II. Iustitia perficitur *liberaJitatc* quae rebus exterioribus utitur secundum primaevam earum destinationem.

III. Iustitia perficitur *gratitudine,* quae atfectnm benefactoris adaequare conatur.

IV. Iustitia demum ipsa *caritate* perficitur. Quia enim iurium observatio est condicio pacis quam caritas intimam efficit, considerari potest ut inchoata amicitia, qnam ad fastigium unitatis corn Deo et proximo ipsa regina caritas perducit.

Perfectior iustitia inter fructus Spiritus Sancti numeratur.

(*) Nomine *6o>iitatu,* designator <1γαi)(θσύνη, probitas

TRACTATUS VI.

DE VIRTUTE VERITATIS.

Utilitas — Oportet ut tractatu i«to discamus nobilem veritatis et sinceritatis virtutem magni facere; varii secreti officia probe discernere et servare; ac demum ipsum secretum ita protegere ut mendacium secundum veram suam notionem detestari et fugere pergamus.

Ordo dicendi, ipsa proposita utilitate insinuatus, is erit ut tribus successivis capitibus de *veraoitate,* de *secreto* et de *mendacio* agamus.

CAPUT I.

De virtute veritatis et sinceritate.

Articulus I. — De virtute et oppositis vitiis.

691. — 1. Notiones. Nobilis virtus veritatis vel veracitatis *inclinat in rectum usum signorum quibus homo cum aliis communicat seu commercium habet.* Per eam fit « ut quis talem se exhibeat exterius per signa exteriora, (pialis est » (2, 2, q. Ill art. 1. c). Ab ista virtute morali, *moralis* dicitur ipsa veritas quam procurat. A vero tum per amplificationem, seu dicendo maius, tum per extenuationem, seu dicendo minus, deficere possumus. Itaque *obtectum* formale virtutis seu honestas veritatis moralis in medio posita esse cernitur. Etiam ex parte *actus* sui, virtus haec est in medio; si enim principalius iubeinur animum in dicendo manifestare, mentem tamen ita aperire debemus ut officio secreti servandi non derogemus.

Proprie itaque et stricte virtus veritatis cultum fovet curandi ut verba vel acquipollentia signa sint menti nostrae consentanea. Unitas illa hominis exterioris et interioris per se honesta perspicitur, et ad bonum societatis humanae conferre demonstratur. Virtus autem veritatis per se coniuncta apparet iustitiae; namque aequalitatem (piandam procurat, et rectam facit

nostram conversationem cum aliis: continet itaque respectum aliorum. Eius officium potest etiam, in certis casibus, iustitia commutativa imperari.

692. — 2. De sinceritate. Ad bonum socialis convictus, iuvat quoque ut homo non tantum verus in sermone suo, sed etiam satis apertus sit, seu opportunam sui manifestationem aliis non neget. Huc spectat *sinceritas, quae ad plenam, prudentem tamen nostri manifestationem propensos nos efficit.* Media est inter diffidentem dissimulationem et indiscretam revelationem rerum propriarum.

693. — 3. Oppositum vitium per excessum est *indiscretio,* per defectum est *mendacium. — Simulatio* est *mendacium per facta. — Hypocrisis particularem hanc simulationem denotat, (pia quis diversum se simulat atque est;* dum *dissimulatio personam propriam mere abscondit.*

Articulus II. — De teste et reo in indicio.

694. — I. De Teste. Obligatio testandi, propter sufficientem necessitatem privatam vel publicam, est ex *caritate,* cuius debitum legitima citatione urgetur.

Qui autem comparet, tenetur ex *iustitia* ad nihil falsum dicendum (piod parti sit novicum. Praestito autem *iuramento,* iam ex *religione* vetatur mentiri, et integram veritatem legitime interroganti dicere debet de causa quae agitur. Quod ad *integram* veritatem dicendam, iuramentum hoc promissorium admittit parvitatem materiae. Cf. dicta n. 193.

Iuramentum quod *indici incompetenti* praestatur vel fictum existimari potest, vel, si verum fuit, non obligabit nisi ad ea manifestanda quae tali indici narrari possunt.

Legitimo quoque indici *dici non debent : a)* ea de quibus illicite vel non legitime (i. e. non servato iuris ordine) interrogat; *b)* (piae sub secreto commisso vel per iniuriam nota sunt, salvis exceptionibus (piae obligationem secreti (cfr. n. 698 et 699) limitant; *c)* quae nimis testi vel suis fuerint damnosa: immo damnum tertii quod utilitati testimonii clare praeponderet, sufficere videtur ut rem celes: index non praesumitur velle ut haec reveles; *d)* facta in quibus alter non peccavit, si interrogatio est de delicto.

Si quando iuramento confirmare debeas legitimum responsum « nescio », quo mere responsionem declinasti, istud ipsum verum quod significat: «nolo respondere» confirmare existimaris. Vel si sensus iste nimis reconditus sit, iuramentum obiecto carebit, i. e. nihil confirmabit.

Revocatio falsi testimonii communibus principiis regitur. Ad iuvandam sinceritatem, leges interdum statuunt falsum testimonium non esse consummatum nisi post ultima verba quibus testis declaret se in assertis perseverare.

Ad liberandum innocentem, sponte tua compavere debebis: non tamen si alter, etiam reus, inde nimia poena damnandus luerit. Principia de obligatione caritatis applicanda sunt.

695. — De reo in iudicio criminali. 1. *De confessione delicti.* Nullo iam iure civili reus delictum confiteri tenetur.

An idem in iure canonico dicendum est? Noldin, II. n. 733. existimat adhuc usu venire distinctionem quae, ante Codicem, fiebat inter delicta minora, quae fateri debebat legitime interrogatus, et maiora quae quis, attentis gravibus poenis, sine heroica virtute non confiteretur. Argumento autem utitur nullius valons. Allert enim verba canonis 1646: «reus legitime conventus respondere debet»; sed, in canone isto, vox *respondere* sumitur significatione iuridica quae idem valet ac si dicas: « debet legitime conventus se indici praesentem sistere ». In iudicio autem criminali, Codex ita processum ordinat ut obligationem confessionis nullatenus commemoret; reo autem conlitenti vult per se ut correptio iudicialis criminali iudicio substituatur (e. 1947).

Si autem reus delictum dissimulare potest, nec pro mendacibus habenda erunt verba quibus ad dissimulandum utitur. Namque ex ipsis adiunctis non serio prolata esse apparent.

Ubi autem, sive ex defectu competentiae sive ex violata lege, legitima interrogatio desideretur, artes istas multo magis licere manifestum est.

2. *De actione contra testes.* Sive ultronei sint sive coacti, fas est reo se contra testes defendere, etiam revelato facto unde ipsorum fama laedatur, dummodo aequa sit proportio inter damnum sic active permissum et speratam revelationis utilitatem. Calumniis abstinere reus debet. Si tamen ipse testis mendax fuerit vel in iudicio non legitimo interrogetur, defensio ista veritati, non autem iustitiae adversari videtur.

3. *J)e poena declinanda.* Reo licet poenam fuga declinare, etiam, si utilitas sufficientis momenti sit, effracto vel destructo carcere. In (pia re ab amicis, non tamen a custodibus publicis adiuvari potest. Ilis resistere non potest, neque eos pecunia corrumpere. Eosdem callide decipere non vetatur. Damnum quod patientur, reo, iure suo utenti, nequit ex iustitia imputari; ubi tamen proportio inter propriam utilitatem et custodis damnum desideretur, caritas iubebit ut actione laesiva abstineat. Nec, secundum multorum sententiam, damnum aedilicio allatum reparare debet. Cf. Lehmkuhl, I, 979.

Si sententia fuerit iniqua, custodem, de iniustitia praemonitum. corrumpere seu pretio coniventiam eius emere fas erit. Si sententia *matérialité)·* tantum iniusta fuerit, Lehmkuhl, I, 978, eam solam resistentiam reo permittit quam, sine gravi aliorum violatione, cum spe evadendi, adhibere potest. Si autem *formalité)·* et satis notorie iniusta sit, nullum iam erit scandalum per resistentiam datum. S. Thomas, 2, 2, q. 09 art. 4, indicium istud simile dicit violentiae latronum. Tunc, attenta semper proportione mali poenae, spei successus, et damni ceterorum qui saltem erunt materialiter iniusti aggressores, ipsis iustitiae ministris sicut latronibus resistere licebit.

Falsum autem accusatorem, falsos testes, indicem a quo iniqua certo imminet sententia, occidendo praevenire non licet. Cf. iam citatam prop. 18 Alexandri VII (Cf. n. 607).

SUMMARIUM.

696.— 1.1. *Virtue veritati»* vel *reracitatie* inclinat in rectum usum signorum quibus homo cum aliis communicat seu commercium habet. Curans ut verba sint menti nostrae consentanea, procurat veritatem quae *morali»* appellatur. Quatenus aequalitatem consectatur, nostramque cum aliis conversationem rectifient, est pars potentials iustitiae. Eius oflicium potest in quibli$(lam casibus ipsa iustitiae virtute imperari.

2. *Sinceritae,* media inter diffidentem dissimulationem et indiscretam rerum propriarum revelationem, hominem ad plenam sed prudentem sui manifestationem impellit.

3. Istis virtutibus per excessum *indiecretio, mendacium* per defectum opponuntur. Dum *dieeimulatio* personam propriam mere abscondit, *simulatio* est mendacium per facta. *Hypocrinie* peculiarem simulationem dicit qua quis diversum se simulat atque est.

11. *Obligatio tenti»* iu indicio. Caritas ipsam testandi obligationem urget; iu stitia vetat ne quid falsum parti nocivum dicatur; religio iuramenti pro-

inissorii praeterea testem obligat ut legitime interrogatus integram veritatem pandat. Excipe, per se, quae sive per iniuriam, sive sub secreto commisso nota sint; quae testi vel suis nimis sint damnosa; immo, secundum rationabilem indicis voluntatem, (piae tertio damnum afferant utilitate testimonii minime compensatum ; facta quibus alter non peccavit, si interrogatio liat de delicto.

III. Hodierno iure, *lieua* fateri crimen seu peccatum suum numquarn debet. Quare nec pro mendace habenda est eius negatio, cum, ex adiunctis, sit ambigua et mere voluntatem non fatendi significare qneat.

Contra testes utiliter se defendero permittitur, etiam occulta eorum vitia revelando, si proportionate utilitas inde speretur.

Poenam declinaro potest fugiendo, non autem violenter resistendo ministris aut eos pecunia corrumpendo, nisi vexationem iniquae sententiae redimere voluerit.

CAPUT II.

De secreto.

697. — L Secreti notio et varia ratio. *Secretum* est *rex occulta, non divulganda. Distinguitur* secretum:

a) Naturale, quod, si solum manet, dicitur quoque *mere naturale,* cuius revelatio prohibetur ipsa lege naturae de servanda vel caritate vel iustitia, prout alter ex revelatione iustum moerorem conciperet vel iniuriam acciperet. Huiusmodi secretum iam nascitur ex iis quae mutua quadam fiducia in colloquiis communicantur. Ibi sine peccato dicuntur quae sine peccato non referrentur ei de quo dicta sunt.

b) Promissum, cum obligatio sive unice fidelitatis sive etiam iustitiae oritur ex promissione consequente notitiam rei, sive casu sive per alterius communicationem haec innotuerit.

c) Commissum, cum ipsi communicationi pactio de servando secreto praeposita est. Pactio potest esse *explicita* vel *tacita :* ut cum (piis consilii petendi causa adit confessarium, advocatum, medicum. Secretum ex officio strictius obligat, ita ut vocetur *rigorosum.* Supponit professionem (piae secretas communicationes inducat. Non est itaque verum secretum « professionale » pro aurigis, quamvis tale interdum etiam in foro civili agnoscatur.

d) Sa-cramentale, quod ex omni et sola confessione sacramentali manat, et solum neque exceptionem, neque materiam levem in revelatione directa admittit.

Cum partes conveniunt de secreto *quasi confessionis,* frustra vim sacramentalis communicationis suis confidentiis tribuere tentarint. Sed maxima qua possunt vi obligationem intendunt.

698. — Revelatio per iniustam viam obtenta gravius secretum inducit. Usus talis notitiae prohibetur, nisi alterius iustitia vel salus publica permiserint ut per vim et fraudem secretum extorqueas.

699. — II. Obligatio. 1. Ex secreto *mere naturali* silendum est quam diu causa sit caritatis vel iustitiae: ex *promissione,* silendum est quam diu, seclusa promissione, tacere liceret; ex secreto *commisso,* silendum est quam diu alter *ius habeat* volendi ut res celetur. Inste autem exigit committens silentium, quam diu ipse rem iuste celet, nisi ratio boni communis obligationem tacendi coarctet vel extendat. Quare, ne in indicio quidem, occultum committentis crimen revelare licet; ad servandum vero secretum *rigorosum,* etiam damnum innocentis posthabendum est, nisi ex ipso facto committentis immineat: ut si puella praegnans fetum abigere velit.

2. Attamen cum gravi proportionate damno cessat obligatio pacti, ac proin secreti *commissi,* etiam per se rigorosi: ne desint qui consilia dare velint, ('ausa tamen boni publici exigere interdum potest ut mortem revelationi praeferas. Contra, si e religione aut patria graviter intersit ut reveletur, secretum quoque rigorosum pandi poterit.

Solent hodie ultra iustos limites vim secreti rigorosi ampliare. Nova tunc ratio boni communis intercedere potest ut v. g. medici catholici has normas servare *possent,* ne minore fiducia ad probos medicos recurratur.

3. A reatu omni vel gravi, revelatum secretum *commissum* excusabit consensus prudenter praesumptus ipsius committentis, ut si in eius bonum revelatio cedat, vel si ipsius parum intersit, et revelatio magnam utilitatem habeat. Nec gravis per se censetur revelatio uni vel alteri viro prudenti facta.

700. — De Litteris. 1. Secretae res quae per litteras communicantur, pro rei naturae et scribentis modo, proteguntur secreto vel naturali vel commisso et manent per se in scribentis dominio.

2. Litteras *alii destinatas,* cum clausae sunt vel in loco secreto asservantur, legere per se grave est, nisi periculum absit reperiendi ibi gravem materiam. Nullum erit peccatum, si fiat ob iustam causam, vel annuente sive domino secreti, i. e. scribente, vel eo (pii de vi secreti prudenter indicare potest, i. e. eo qui litteras recepit. Litteras aperire et legere ei fas est qui probabiliter easdem sibi iniuriosas putet, vel talia continere unde a se vel ab altero vel a re publica grave et iniustum damnum avertere possit.

3. *Parentibus* licet legere litteras a filiis scriptas 'H receptas. Idem licet *Superioribus* religiosis secundum constitutiones. Quae tamen res conscientiae continent ab iis lacerari, non autem, invita persona scribente, legi possunt. Verum litteras satis examinare possunt ut res conscientiae serio agi noverint. Quid *marito* liceat, ex receptis moribus colligendum est. nisi fundata suspicio maius ius tribuat. Ex lectis litteris, praefati Superiores secreto naturali tenentur (pio, secluso consensu dato vel rationabiliter praesumpto eius cuius est, non alius usus scientiae iisdem permittitur nisi qui ad finem ob quem facultas data est refertur.

4. Qui litteras in locum apertum abicit etiam dilaceratas, ultroneum periculum admittit ne fragmenta ab alio colligantur. Collector ergo supponere potest nullas res in iis contineri quae litterarum possessor huic periculo exponere non poterat. Quare lector veniali tantum curiositati cedit; immo non peccat si quandam utilitatem sibi rationabiliter exinde speraverit. Plura de his cfr. Lugo, *lust.* d. 14, n. 145-151.

701. — Qui secreta alterius scripta, ipso invito, *furtive le-((erit,* non sola curiositate, sed etiam iniustitiae peccato peccat, cum in sua quisque scripta servet dominium. Peccatum grave esse potest, si fiat cum notabili alterius damno, vel dominus sit valde invitus. Excipe iura parentum et Superiorum et eorum qui se ab iniuria protegendos habent, quem ad modum de litteris dictum est.

SUMMARIUM.

702. — I. *Secretum* distinguitur *naturale,* quod ipsa naturali lege de servanda caritate vel iustitia imponitur; *promiemun,* quod nascitur ex promissione, quae habitam undecumque notitiam consequitur, sive promissio fuerit fidelitatis, sive etiam iustitiae; *eommieeum,* quod debetur ex pactione quae ipsi

communicationi praeposita est. Tacita huiusmodi pactio habetur cum quis, consilii petendi causa, confessariuni, advocatum, medicum adit; et nascitur secretum quod *rigoroeuin* vocatur. Demum est secretum *sacramenlale,* ex omni et sola confessione secreta sacramentali manans.

Obligationem, non sacramentalcm tamen, servandi secretum partes maxima qua possunt vi intendunt cum de secreto *qucui-confueionie* conveniunt.

II. Secretum naturale servandum est quam diu lego caritatis vel iustitiae urgetur; idque maxime quando notitia per iniustam viam obtenta est : tunc sola alterius iniustitia vel salus publica, quae secreti invasionem permitterent, eius revelationem honestant; secretum jn-ommam tonet quam diu tacere licerot-ç *commissum,* quam diu alter ius servet, i. e. quam diu ipse rem inste celet. Secretum rigorosum servandum est etiam cum damno innocentis, nisi ex facto committentis secretum immineat. — Per se tamen nullum secretum, nisi sit sacramentale, servandum est cum damno proprio quod a pacto servando excusaret. Consensus autem committentis secretum, prudenter praesumi potest.

III. *De litteris.* Suam secreti naturam servant res litteris communicatae; et in scribentis dominio per se manent, ita ut per se grave sit legere aliorum litteras quae clausae vel in secreto loco serventur : quae enim in loco aperto reperiuntnr abiectae, censentur ad omnem usum esse permissae. Parentibus, Superioribus religiosis, secundum Constitutiones, legere licet litteras a filiis vel subditis missas et receptas. Ius mariti ex receptis moribus aestimandum est. Cognosci tamen a Superioribus non possunt litterae de quibus ipsis satis constat eas agere de rebus conscientiae ; sive agatur de conscientia aliena, sive de conscientia subditi qui ad rationem conscientiae reddendam non obligetur; sed litterae istae vel tradendae sunt vel lacerandae.

CAPUT III.

De Mendacio.

703. — Notio et malitia. 1. Mendacium est *falsa significatio contra mentem.* Id vulgus sentit et probat saecularis auctoritas scholae catholicae. Est intrinsece inhonestum, quia continet abusum loquelae seu facultatis significandi contra finem primarium istius facultatis. Itaque, quia primaria ratio inhonestatis neque ex iure audientis neque ex sociali detrimento repetitur, admitti nequit distinctio inter mendacia socialiter utilia et socialiter damnosa, quasi sola posteriora sint illicita, vel inter *falsiloquia,* quibus nulla alii debita veritas negatur, ita ut honesta esse possint, et *mendacia,* quae debitam alteri veritatem negant.

Mendacium tamen nec in loquente tollit subordinationem facultatum, nec audientem per se privat veritate necessaria ; quare

non est in se grave peccatum, sed venialem genere suo malitiam continet; ita ut gravitas ex accedente iniuria vel violata religione solummodo accedere possit.

2. Ut habeatur mendacium, requiritur *a) formalis* locutio, seu ut rationabiliter censearis velle communicare mentem tuam, i. e. ut exercite dicas te loqui. Ita dum fabulam recitas, dum poema scribis, et dum coactus respondes sine obligatione positiva dicendi verum, *qua talis* formaliter non loqueris; — *b)* locutio *contra mentem,* seu qua scienter dicis quae falsa sunt, ita ut inter indicium expressum et indicium mentale sit discrepantia.

3. Mendacium distinguitur *iocosum,* quod ordinatur ad delectationem; *officiosum,* quo utilitas propria vel aliena quaeritur; et *perniciosum,* (pio alterius damnum eligitur vel intenditur. Postremum ex damno illato fleri potest grave.

704. — Verba usurpare significatione restricta quae vel *ab ipso interrogante intenditur* vel *ex adiunctis apparet,* non est mendacium. Tunc enim ut talia colloquium ingrediuntur, et nulla discordia est inter conceptum et expressum. Sic confessorius, vel persona publica, interrogati non censentur nisi de scientia quam alio titulo acquisierint; mercator, qua talis, interrogatur de rebus quas venales habeat. — Formulae quoque sunt quae ex consuetudine novam vim significandi acquisierunt. Sic verba : « nescio, non est domi » sunt civiles formulae negandi responsum, visitationem.

Sed mentalis studiositas coarctandi, complendi, mutandi obviam prolatae sententiae significationem inefficax est ad declinandum mendacium. Nam quod mente reticetur vel adeo submisse profertur ut audiri nequeat, non est pars orationis externae seu significativae. Cfr. Laymann, L. 4, tr. 3, c. 13, n. 7.

705. — Verum cessat mendacium:

1. Si *adiuncta* formalem verborum significationem auferant; ut si iocose dicas aperte falsa, vel mere utaris formulis urbanitatis, solacii (pro aegrotis), vel in nostro foro saeculari, reatum neges aut « systema » defensionis excogitatum narres: reus non censetur, in ista artificiosa defensione, mentem suam per verba (piae profert exercite aperire, sed quasi bellico stratagemate uti.

Id tamen traduci nequit ad pueros vel adolescentes qui, dum instituuntur, modicas culpas suas interrogantibus fateri debent. Necesse enim

est ut consentiant in correctionem defectuum quae ad ipsorum bonum dirigitur. Atque ipsa nobilis sinceritas, incommodis superior effecta, pars est rectae institutionis, dum huic graviter per falsas excusationes noceretur.

2. Si utaris sententia vere *amphibologica :* haec enim vel nihil significat vel significat quoque sensum verum. Sermo autem non lit aequivocus propter sensus diversos (pios una vox habere potest. Sic qui clare interroganti de praesentia Petri, respondet: « Petrus non est hic », nulla amphibologia utitur quia *est* significat quoque comedit.

3. Si *contra iniustam alterius aggressionem,* cum alia copia desit, falsa enuntiatione tuum silentium vel secretum defendas. Etenim, sicuti iniusta alterius aggressio efficit ut actio, (piae secus esset homicida, non sit, qua actio, nisi sui defensio, sic etiam causa erit cur verba quae, extra aggressionem prolata, forent mendacia, nunc simul sint defensiva secreti et (pia talia tantum intendantur et eligantur. Nec requiritur ut aggrediens conscius sit iniustae suae aggressionis. Nam materialiter iniustns etiam vi repelli potest.

Ut ait Génicot-Salsmans, I, -116, omnes admittunt eam posse eligi respondendi rationem quae ad secretum servandum necessaria videatur. Differunt tantum in explicatione. Alii, hodie non pauci, ideo definitionem mendacii pervertunt, (piam negationem *debitae* veritatis esso dicunt;

Alii ideo negant mendacium esse ita intrinsece malum ut numqmun licitum fieri possit ;

Alii restrictionem late mentalem appellant, quam vis non videatur quomodo late mentalis dici possit usus vocis secundum sensum cuius cognita adiuncta nullam suspicionem permittunt.

Praestare nobis visum est, secundum S. Thomae exemplum in quaestione de occisione iniusti aggressoris («piam etiam vel per iurium condictum, vel per restrictam enuntiationem intrinsecae malitiae homicidii solvere conabantur) simpliciter uti principio duplicis effectus, de quo I, 131.

Génicot-Salsmans etiam concedit ius legitimae defensionis veritatis celandae huc appellari posse.

Rem late versavimus in Periodico *Gregorianum,* t. I, fuse. 1 et 3.

Commodum istud affert haec sententia, ut abusiones coerceat, cum insta defensio praesentem supponat aggressionem, dum quae alii concedunt, etiam in spontanea locutione proportionatam excusationem reperire possunt.

4. Qui *amphibologia* utitur numquam mentitur; sed peccare potest, quatenus vel intendat deceptionem alterius vel eam sine

proportionata causa permittat. Sola intendi potest utilitas immediata proportionata, quae ambiguitate procuratur.

5. Deploranda facilitate multiplicantur hodie mendacia officiosa, ita ut commercia humana plena sint falsitatibus et deceptionibus. His artibus puerilis institutio corrumpitur et propriae dignitatis sensus minuitur, Studium simplicis sinceritatis verbis et exemplis restituendum est.

SUMMARIUM.

706. — *Mendacium definitur: locutio contra mentim;* estque intrinsece inhonestum, cum abusum loquelae contra primarium facultatis loquendi tinem contineat. Quia tamen ordinem hominis in se et ad alios substantialiter intactum esse sinit, malitia eius non est per se nisi venialis.

Ut formalis locutio habeatur, oportet et per se sutlicit ut, visis adiunctis, velle mentem tuam communicare censearis. Si tunc, inter verbum oris et verbum mentis discrepantia habetur, committitur mendacium quod, sive ad delectationem, ut *iocorum,* sive ad utilitatem loquentia vel audientis, ut *officiosum,* sive ad damnificationcm, ut *perniciosum* dirigatur, nulla mentali studiositato mutandi obviam verborum significationem, seu restrictione mentali, a vitio purgatur. Verum verba amphibologica, etsi aliunde illicita esse possint, non sunt tamen mendacium ; et si solam intendas necessariam secreti defensionem, silentium vel secretum contra iniustam obiective, etsi non consciam, aggressionem, falsa enuntiatione defendere licet.

Interroganti autem parenti vel institutori, puer vel adolescens culpas suas non ita graves fateri debet.

TRACTATUS VII.

DE VIRTUTE FORTITUDINIS

Utilitas. — Duplex potissimum bonum examine istius virtutis nobis comparari potest: ut veram Fortitudinis virtutem ab ementita eius specie discernamus; atque ut viam noscamus ineundam ut tam laudatae virtutis participes fiamus eamque in tam multis hodiernis occasionibus exercere discamus.

Ordo dicendi. — In primis adumbranda nobis est ipsa virtus, secundum praeclara documenta quae nobis ab Angelico Doctore suppeditantur; dein de eius acquisitione et hodierna exercitatione breviter dicendum erit.

I. — *Ipsius virtutis descriptio et partes.*

707. — I. Notio. *Fortitudo* est *virtus appetitus irascibilis. « cohibitiva timorum et audaciarum moderativa »*. (Cf. S. Thomae 2, 2, q. 123 art. 3, c.).

Appetitus irascibilis respicit bonum vel malum (proprie seu sibile) sub ratione ardui, seu cum difficultate adipiscendum aut fugiendum (1, q. 81 art. 2, c.; 1, 2, q. 23 art·. 1). Ad hunc appetitum pertinent passiones audaciae, timoris et spei. *Timor* est passio quo refugitur a malo futuro, difficili, cui resisti non potest (De timore cf. 1, 2, q. 41). *Audacia* est opposita passio; nam « timor refugit nocumentum futurum propter eius victoriam super ipsum timentem: sed audacia aggreditur periculum imminens propter victoriam sui supra ipsum periculum » (1, 2, q. 45, art. 1, c.).

Quamvis etiam ad fortitudinem pertineat temerarias audacias refrenare, principales partes fortitudinis in removendo timoris impedimento consistunt. Ac re vera communiter concipitur ut bonus habitus quo difficultates superantur et timor compescitur.

Porro virtutem consideramus ut esse potest acquisita, infusa, et dono Spiritus Sancti perfecta. Acquisitu virtus se prodit in facilitate actuum: infusa nobis copiam praestat eam conaturaliter exercendi modo supernatural!; perfecta dono Spiritus Sancti qualitatem securitatis acquirit quam mox indicabimus.

708. — II. Virtutis actus. Potissima actio virtutis haec est ut, contra mala imminentia, voluntatem in bono confirmet. Confirmatio autem in hoc rursus consistit ut voluntas non tantum omni malo abstinere pergat, sed etiam ut nihil de positiva sua bona actione, propter istud malum remittat.

Quare duplex functio fortitudini assignatur: *sustinere et aggredi.* Aggredi pertinet ad fortitudinem, quatenus audaciam moderatur; sustinere autem quatenus timorem reprimit. « Diflicilins ...est, ait S. Thomas, timorem reprimere quam audaciam moderari, eo quod ipsum periculum, quod est obiectuni audaciae et timoris de se confert aliquid ad repressionem audaciae, sed operatur ad augmentum timoris» (2, 2, q. 123 art. 6, c.). Ipsam autem functionem *sustinendi aggressione* ditliciliorem demonstrat S. Doctor hac triplici ratione: « primo quidem, quia sustinere videtur aliquis ab aliquo fortiori invadente ; (pii autem aggreditur, invadit per modum fortioris. Dillicilius autem est pugnare cum fortiori (piam cum debiliori. Secundo, quia ille (pii sustinet, iam sentit pericula imminentia; ille autem qui aggreditur habet ea ut futura. Dillicilius autem est non moveri a praesentibus (piam a futuris. Tertio, quia sustinere importat diuturnitatem temporis; sed aggredi potest aliquis ex subito motu. Dillicilius autem est diu manere immobilem quam subito moveri ad aliquid arduum ». (Ibidem ad 1.).

709. — Ill. Virtutis obiectuni. Pericula malorum temporalium, fortiter subeunda vel aggredienda, sunt commune huius virtutis obiectum. Quia autem virtus non esset cardinalis nisi in isto nobili periculi contemptu se demonstraret principem, potissimum autem malum temporale est mors, inde eius obiectum proprium dicitur *periculum directe imminentis mortis ;* directe, (plateaus propter ipsum bonum virtutis sustinendum sit. Quia rursus ista pericula in bello iusto occurrunt, ideo virtus fortitudinis proprie consistere dicitur circa pericula mortis quae sunt in bello. Bellum tamen S. THOMAS hic, art. 5, c. late, de omni impugnatione intellegit.

710. — IV. Virtutis perfectio. 1. Finem sui operis consequi, evadere mala seu pericula, non est, ut observat S. Thomas, semper in potestate hominis; «sed hoc operatur Spiritus Sanctus in homine, cum perducit eum ad vitam aeternam, (piae est finis

omnium bonorum operum et evasio omnium periculorum; et huius rei infundit (piandam fiduciam menti Spiritus Sanctus, contrarium timorem excludens; et secundum hoc, fortitudo donum Spiritus Sancti ponitur» (2, 2, q. 139 art. 1.c.). Itaque, per donum Spiritus Sancti, additur ad virtutem fiducia quaedam attingendi finem, nequidquam obstantibus periculis, secundum illud, quod « diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum » (Rom. 8, 18). Qua fiducia, ipsa fortitudo mirifice iuvatur.

2. Praeter perfectionem istam supernaturalem, fortitudo perficitur *promptitudinc* in amplectendo officio quod cum periculo coniungitnr, *strenuitate* in eo exercendo; et *constantia* (pia. nec tristitia nec diuturnitate, animus a bono proposito revocatur. Quare haec fortitudini suam integritatem dare censentur.

711. — V. Necessitas Christiana. Religio nostra nos paratos vult ad mortem propter fidem et quamlibet virtutem sustentandam. Omnes igitur in praeparatione animi fortes esse debemus; in occasione re vera erimus, adiuvante gratia Spiritus Sancti.

712.VI. Fortitudinis partes potentiales. Hoc nomine designantur variae virtutes quae, in materia minus difficili, animum erectum et in bono perseverantem tenent. Sic *magnanimitas* animum in maximis bonis seu honoribus sperandis vel adipiscendis confirmat (2, 2. q. 129-133); *magnificentia* magnos sump tus ad magna opera convenienter facienda dirigit (2, 2, q. 131. 135); *patientia,* contra tristitias, praesertim (piae ab aliis infliguntur, bonum rationis tuetur (2, 2, q. 13(1); *perseverantia* difficultatem e temporis diuturnitate suburtam superat (2. 2. q. 137). Ad magnanimitatem S. Thomas ascribit etiam *fidentiam,* (piae promptitudinem confert. Ita fit ut ipsae partes potentiales dent fortitudini suam integritatem.

713. — VII. Vitia opposita. Non solum defectu sed etiam excessu contra fortitudinem peccari potest. Per defectum fortitudini repugnat *timiditas* et *ignavia ;* per excessum *intimiditas* amantis pericula et *immoderata audacia* nimis confidentis in se.

II. — *Fortitudinis exempla, occasiones, acquisitio.*

714. — VTII. Virtutis exempla. Praeclarissima fortitudinis exempla, motivo caritatis ad summam perfectionem evecta, nobis a matyribus tum primae Ecclesiae aetatis, tum praesentis saeculi nobis offeruntur. De martyrio, eius condicionibus et privilegiis, agitur III, 216. 217.

Falsam fortitudinis speciem habent audaciae eorum qui, sine proportionata causa, vitam exponunt; falsam habent etiam duellantes. Non enim huc spectat fortitudo ut pericula qua talia adeat, sed ut nullo periculo a bono faciendo retardetur.

715. — IX. Virtutis occasiones praesentes. Si consideremus virtuti fortitudinis ascribi constantiam in omni opere arduo faciendo (cf. 2, 2, q. 139 art. 1) multae hodie sunt occasiones fortitudinem animi demonstrandi. Sive calamitates consideres publicas, Ecclesiae vel etiam patriae; sive multas tentationes quae neo-paganismo mundano creantur; sive difficultates privatas„varii generis quae in sectanda virtute saepe occurrunt: quam fortis vir qui a virtutis via numquam amovebitur, dum tam multi excusationes peccatorum gravissimorum ex obiecta difficultate quaerunt! Quamquam neque hodie deest occasio cruentis martyrii; et missiojiarii, iam fortes in appetenda expeditione apostolica, longe a parentibus, a caris, a patria, etiam ante oculos, in non una regione, habere possunt probabilem mortem pro Christi fide acceptandam.

716. — X. Virtutis acquisitio. Sacrae et profanae litterae, sive antiquae sive modernae, aequali fervore celebrant virtutem hominis constanti animo, qui nihil a fraude vel suspectis artibus, nihil a minus probanda coniventia exspectare statuit, (piem nulla formido deterret, nulla difficultas infringit, (piem immobilem in suis bonis propositis « Non civium ardor prava iubentium, — non vultus instantis tyranni, — mente quatit solida.... si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinae» (Horatii Od. 3). Liber est ille vir, expeditusque ad omne praeclarum facinus.

Bonum autem tantopere amatum et laudatum, simul maxime hodie desideratur. Deplorant, in actione externa et publica, ti-

iniditatem bonorum (l); deplorandas habemus tam multas clades personales et domesticas eorum qui propter molestiam humanam sacratissima Dei iussa transgrediuntur. Opportunissime itaque quaeritur de mediis animum roborandi.

Atque id iam solacio nobis esse potest, fortitudinem omnibus aliquo saltem gradu esse perviam. Id dicunt qui humanam psychologiam considerant. Quid nos dicemus, qui praesidio orationis munimur et promissum habemus Spiritus Sancti donum f

Humana itaque media haec indicari possunt: *meditatio* pretii quo fortitudo habenda sit, nobilis gloriae quam communicat; — fragilitatis et inanitatis rerum humanarum, quo facilius iis dominemur; — *exempla* virorum fortium, quae, libros legendo, ante oculos nobis ponere possumus; —*consuetudo* eorum qui robur animi demonstrant; — *parvae victoriae* in minora pericula reportatae; — usus faciendi omnia viriliter; — ipsae *laudes* fortitudinis in aliis; — *spes* demum *in Deo* frequentibus actibus exercita.

Si autem publica utilitas nos sollicitos tenet, omni modo id procurare conabimur ut tum parentes tum qui adolescentes instituere solent, tamquam quidpiam principale sibi statuant robur animi iam ipsis infantibus, dein adolescentibus et juvenibus utriusque sexus instillare et inculcare. A tenerrimis annis discant esse quaedam absolute vetita et absolute necessaria: procul a pueris sint ridiculae fabulae quae phantasiam infantilem vanis pavoribus replere consueverunt; fortiter agere doceantur; et si occasio fuerit, de sinceritate intentionum et verborum laudentur; in scholis multiplex adhibeatur ratio quae praesto est proponendi exempla virorum qui fortitudine insignes fuerunt, praesertim martyrum recentium; encomia de istis viris, ipsi adolescentes in suis thematibus scriptis texere iubeantur; ludi scenici tales sint qui nobiles actiones eflicacitur commendent: omnis mollities corpori negetur, sed, contra, huiusmodi exercitationes flant quae, corpori vigorem addentes, animi vigorem mirifice adjuvant. Quid plura, cum non desint libri qui argumentum instituendae voluntatis feliciter tractant.

l1) Le plus grand mal de ce siècle, sic Montalkmbert, est la timidité des fens de bien.

SUMMARIUM.

717. — I. 1. *Fortitudo,* quae tertia virtus cardinalis numeratur, inest in appetitu irascibili « ut cohibitiva timorum et audaciarum moderativa » (2. 2. q. 123 art. 3), ita ut contra maxima mala, etiam directe imminentis mortis, voluntatem in bono rationis firmiter conservet. « Etiam directe imminentis mortis », dicimus, non quod contra hoc solum malum voluntatem firmet, sed quia, nisi etiam tunc bona voluntas stabilis maneret, virtus non exsisteret completa.

2. Fortitudinis functiones sunt *euatinere* et *agyredi;* in nullas partes subiectivas dividitur, cum materiam valde specialem ordinet ; eius autem partes potentiates sunt variae virtutes quae in materia minus difficili animum erectum et in bono perseverantem tenent. Sunt autem, ex doctrina quam ab ipso Tullio Cicerone S. Thomas mutuatur, *niaynanimitas,* quae, immediate circa passionem spei operans, animum in maximis bonis seu honoribus sperandis vel adipiscendis confirmat (2, 2, q. 129-133); *magnificentia,* quae magnos sumptus ad magna opera convenienter facienda dirigit (2, 2, q. 131.135); *patientia,* quae, contra tristitias, praesertim quae ab aliis infliguntur, bonum rationis tuetur (2, 2, q. 136); et *persererantia,* quae difficultatem e temporis diuturnitate subortam, superat (2, 2, q. 137).

3. *Promptitude* in amplectendo officio quod cum periculo coniungitur, *strenuitas* in eo exsequendo, *constantia,* qua nec tristitia nec diuturnitate a bono proposito animus revocetur: haec virtutem integrant. Integritas auteui ista ipsis virtutibus quae fortitudinis sunt partes potentiates tribuitur.

4. Actus elicitus virtutis fortitudinis ipsam fortitudinis honestatem intendit; sed plerumque altioro virtute fidei vel caritatis imperabitur.

Non tantum defectu, seu nimio timore, sed etiam excessu contemnentis seu amantis pericula, vel nimis confidentis in agendo, fortitudo laedi potest.

II. Inter pretiosissimas viri qualitates reponenda est virtus fortitudinis, qua quis vero ad omne bonum faciendum fit expeditus et liber. Recta autem institutione et patienti exercitatione fit omnibus aliquo gradu pervia.

Insigne autem fortitudinis exemplar est martyr, cuius fortitudo motivo caritatis ad summam perfectionem evehitur.

III. Cum virtute fortitudinis conectitur donum Spiritus Sancti, eiusdem nominis, quo dono virtus perficitur, et virtuosos ad finem vitae aeternae usque perducitur. IIIi dono respondent duo fructus patientiae et longanimitatis (2, 2, q. 139 et 140).

TRACTATUS VIII.

DE TEMPERANTIA ET ANNEXIS VIRTUTIBUS, MAXIME HUMILITATE.

Utilitas. — Non parum nobis proficuam erit, si simul cmn magis distincta cognitione, veram aestimationem nobis comparemus humilitatis et mansuetudinis : quae ambae virtutes, apprime christianae, a non paucis hodie despiciuntur et ludibrio habentur.

Ordo dicendi. — Post brevem expositionem de generica Temperantiae ratione, distinctis capitibus agemus de *Humilitate,* de *Maimuctudine,* de *Modestia,* de *Affabilitate* et *Eutrapelia.*

CAPUT I.

De Temperantia.

718. — Virtutis notio. Temperantia, qua virtus specialis cardinalis, est *virtus appetitus concupiscibilis, delectationes (justus it tactus moderans.* Appetitus *concupiscibilis* est commune nomen passionum quae circa delectabilia versantur.

Temperantia est *moderans.* Namque, ex ipso vulgari usu. temperantia sonat quandam moderationem, cohibitionem naturalis appetentiae, qua excessus vitetur. Re vera autem passiones quibus in delectabilia ferimur, praesertim per suam immoderationem, rationi cui subiciendae sunt facile repugnant. Quare potissimum ut *prosecutivae,* sunt virtute moderandae.

Virtus autem cardinalis magis vehementes concupiscentias moderari debet. Propterea ponitur Temperantia ut moderans delectationes gustus et tactus, seu carnis. (Antiquitus delectationes venereae dicebantur tactus delectationes). Iam vero, quia generatio necessariae hominum multiplicationi, usus autem cibi et potus necessariae singulorum hominum vitae prospiciunt, coniunguntur cum delectationibus quae dillicillime refrenantur. Id tamen inter utrumque appetitum interest, ut appetitus venereus

fortissimus esse soleat, quamvis eius satisfactio non sit homini singulari necessaria, dum appetitus cibi et potus non est talis per se, nisi urgente vitae necessitate vel propter vitiosam consuetudinis tyrannidem.

719. — Virtutis partes subiectivae seu species. Circa delectationes gustus habentur duae virtutes: *abstinentia* et *sobrietas.* Quod non ita intellegendum est quasi abstinentia de cibo, sobrietas de potu sit sollicita. Abstinentia enim tam cibi quam potus delectationes moderatur, quatenus ad nutrimentum corporis referuntur, ne propter earum illecebras vel corporalem necessitatem medium rationis excedatur. Verum potus (vel aliud medium) *inebrians* peculiari modo usum rationis perturbat « in quantum perturbat cerebrum sua fumositate » (2, 2, q. 149 art. 2, c.). Quare ad istud removendum specialis virtus sobrietatis ponitur. De ebrietate diximus I, 473-484.

Circa delectationes carnis versatur *castitas,* quae usum Venereorum moderatur. Nomen sumit */rudicitiae* quatenus circumstantes delectationes in osculis, tactibus et amplexibus regit, *continentiae* vero, quatenus cum perseverante difficultate luctandum habet. De his cf. IV, 17. 18.

Aliae delectationes tactus speciali virtute opus non habent, quia « appetitus sensitivus, in quo sunt passiones naturaliter subditur rationi» (2, 2, q. 129 art. 2).

720. — Temperantiae partes potentiales sunt variae virtutes quae, ut humilitas et mansuetudo, aliquam appetitus propensionem refrenant. Observes minime requiri ut partes potentiales cuiuspiam virtutis sint in eadem facultate in qua virtus principalis sedem habet. De logica enim virtutum distributione, non de physica subordinatione agitur.

721. — Virtutis partes integrantes. S. THOMAS binas ponit: *verecundiam* et *honestatem.* Vitium enim intemperantiae, quatenus hominis excellentiae maxime derogat, peculiari quadam turpitudine notatur; dum, contra, virtuti temperantiae specialis decor inest. Iam vero per verecundiam, quae *regit timorem turpitudinis et reprehensionis,* homo refugit ab iis quae probro digna sunt, dum nomine honestatis designatur hic *inclinatio ad sectandum temperantiae decorem.* Nonne integra virtus actus contrarios abhorret et bonum suum proprium amat et sectatur ?

722. — Vitia opposita. Homines maxime excessu contra temperantiam peccant. Excessus autem iste *intemperantia* generice vocatur ; specialiter autem nominatur *gula,* quando appetitui cibi et potus nimis servitur. Potest tamen etiam defectu peccari. Qui defectus vocatur *insensibilitas,* (pia *quis delectationem adeo refugit, ut id ipsum quod ad naturae conservationem necessarium est re-fugiat* (2, 2, q. 142 art. 1, c.).

SUMMARIUM.

723. — I. *Temperant ia* est virtus appetitus concupiscibilis, (piem in quaerendis delectationibus gustus et tactus moderatur.

Eius partes subiectivae sunt *abstinentia* et *sobrietas, castitas* et *pudicitia.* Ad hanc refertur *continentia,* quae, intellecta de perseverante in ipsa passionum rebellione virtutis proposito, facilitatem negat quae ad virtutis acquisitae rationem pertinet. Cf. 2, 2, q. 155 art. 1.

Sunt etiam aliae moderandae propensiones, quae non sunt tantum in appetitu concupiscibili. Moderatio ista regitur virtutibus specialibus quae ad Temperantiam ut partes potentiates assignantur. Tales sunt Humilitas et Mansuetudo, de quibus infra agemus.

II. Quia generatio necessariae hominum propagationi, usus autem cibi et potus necessariae singulorum hominum vitae prospiciunt, ideo coninngnntur cum delectationibus quae difficillime refrenantur. Id tamen inter utrumqno appetitum interest, nt appetitus vénérons sit plerumque fortissimus, dum appetitus cibi vel potus non est talis per se, nisi urgente vitae necessitate, vel propter vitiosae consuetudinis tyrannidem.

III. Porro *abstinentia* delectationes cibi ot potus communiter regit, quatenus ordinem dicunt ad corporis sustentationem seu alimentum; *sobritfas* perturbationem ebrietatis peculiariter impedit.

De *castitate:* et *pudicitia* sermo fit in tomo IV.

IV. *Integratur* antem temperantia ex *verecundia,* quae peculiarem intemperantiae turpitudinem abhorret ; et ex studio *decoris* temperantiae, quod *honestatis* nomine insignitur.

V. Peccatur contra temperantiam maxime per excessum, qui generice *intemperantia,* specialiter autem *gula* vooatur, qnando de appetitu cibi et potus agitur. Peccatur etiam per defectum, cui nomen datur *insensibili-tatis.*

CAPUT IL

De Humilitate.

724. — I. Virtutis notio. Humilitas est *virtus specialis Temperantiae seu Modestiae annexa, qua homo, considerans se omnia et ipsum esse a Deo accepisse, appetitum propriae excellentiae secundum divinam ordinationem moderatur.*

Definitione ista indicamus humilitatis locum logicum, radicem seu fundamentum, obiectum, propriam honestatem. De singulis pauca.

1. Locus logicus. *Temperantiae annectitur,* non quod in appetitu sensibili principalem suam sedem habeat, vel quod obiectum eius proprium sit concupiscentia inferioris appetitus, sed quia *modum* habet temperantiae, i. e. repressionem cuiuspiam appetitus facile insolentis. *Modestiae* annectitur, quia modestia, sub temperantia ponitur ut generaliter moderans ea quae minus difficulter refrenantur; appetitus autem quem humilitas respicit minores in sensu partes habet, et non tantum freno sed etiam stimulo indiget.

2. Radix seu fundamentum. In omni rationali inclinatione veritas quaedam menti praefulget quae principium est indicii practici quod obsequenti voluntati praesentem suam inclinationem indit. Iam vero, humilis homo, tamquam fundamento et duce, utitur hac veritate, se nihil a se, omnia autem bona a Deo gratis dante accepisse. Omnia, inquam bona, etiam ipsum exsistere. « Quid autem habes quod non accepisti », interrogabat S. Paulus, I Cor, 4, 7. «quid.... gloriaris quasi non acceperis?» Qui omnia accepit, in se est nihilum.

Quare 8. Bernardus *(De gradibus humilitatis,* c. 1) humilitatem (licebat esee virtutem « qua quis verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit ». Potius tamen quam in ipso nihilo proprio, in origine omnis boni a Deo formalem radicem humilitatis ponere malumus. Consideratio enim nihili, ut sic, ad varia studia sed ad nullum definitum per se perducere potest. Hinc enim moveri potes ad tristitiam vel desperationem ; hinc etiam ad effrenatam ambitionem obtinendi quod non habes ; hinc etiam ad impatientiam, ad iram et maledictionem. Praeterea, cum omnes homines, eadem consideratione, ad nihilum pariter redigantur, nulla est ratio respcctivae humilitatis qua alter alteri se prodit inferiorem. Quam diu igitur omnia a Deo libere data esse non recogites, nullum habes humilitatis fundamentum. Olim

quidem, qui se profitebatur nihil esse et valere tacite divinam in ne benignitatem testabatur. (Cf. dicta a LE8S1O, Piri. c«rd. L. ÎV, c. 4, n. 53). Sed qnia hodie non pauci, alio omnino animo ac persuasione vilitatem profitentur, magis opportunum videbatur formalem consideration ia rationem expressis verbis indicare.

3. Obiectum dicimus *appetitum propriae excellentiae.* Appetitus significat *naturalis inclinationis impetum. Propria excellentia* fere idem est quod « superioritas », i. e. qualitas, meritum, perfectio subiccti, minus in se considerata quam prout relativam quampiam praestantiam tribuit. Porro, appetitum istum humilitas moderatur seu cohibet. Verum excellentia est bonum arduum ; et, maximam partem, appetitus excellentiae est spiritualis. Quare sedes humilitatis est appetitus irascibilis et voluntas (Cf. 2, 2, q. 162 art. 3, ad 3). Itaque eadem virtus, considerato eius modo, qui est cuiuspiam impetus repressio, ad appetitum concupiscibilem ascribitur ; attento eius obiecto, pertinet ad appetitum irascibilem et voluntatem.

4. Propria honestas seu moderationis norma. Moderationem fieri dicimus secundum divinam ordinationem. Sane, aliquo pacto, voluntas divina est regula omnis iustae moderationis. Sed. cum agitur v. g. de temperantia, indigentia subiecti nobis hanc divinam voluntatem manifestat. Hic autem, cum adiuncta propter (piae excellentia inter homines variat pro maxima parte nos latent, nec in nostra potestate est hanc vel illam excellentiam adipisci, magis, in appetenda excellentia, ab una divina voluntate immediate regimur. Voluntas nostra est minus active regulans sub voluntate divina. Postquam illicitas artes exclusit, excellentiam a Deo fere sicut pauper cibum a divite exspectare debet. I. e. per dotes, facultates, adiuncta et fata Deus nos quasi manu ducit et ad hanc vel illam excellentiam nobis accessum permittit. Humilitas autem, consideratione dependentiae nostrae a Deo et gratitudinis, divinam istam ordinationem libenter amplectitur» et sic ipsum appetitum moderatur. Quare, in tr. 25 in loannem» n. 16 (P. L. 35, 1604). S. Augustinus ait: «Superbia facit voluntatem suam, humilitas facit voluntatem Dei». Unde, ℔t *civitate Dei,* L. 14, e. 28 (P. L. 41. 436) nobis suggerit hanc humilitatis definitionem : « est amor Dei usque ad contemptum sui ». S. vero Bernardus, sermo 26 de diversis (P. L. 183. 61 o) «Totius humilitatis summa in eo videtur consistere, si voluntas nostra divinae ut dignum est subiecta sit voluntati ». Quod

etiam non semel a S. THOMA inculcatur » (2, 2, q. 161, art. 3, c. Cf. art. 1 ad o; 2, ad 3; 4, contra est; q. 162 art. 5; art. 6, e.).

725. — II. Virtutis praestantia. Inde intellegitur quo pacto, secundum S. THOMAM, 2, 2, q. 161 art. 5, virtus humilitatis post virtutes theologicas, post intellectuales et post iustitiam, maxime legalem, primum locum sibi vindicare possit. *Effective* autem, dum omnem rebellionem gratiae radicitus aufert, viam omni peccato praecludit, omni vero virtuti aperit (cf. 2, 2, q. 161 art. 6 ad 2). Quia affectum fovet qui creaturae congruit, est quaedam adoratio practica qua diversissimis actibus Maiestas divina adoratur. Quare S. Augustinus scribere potuit: « Humilitas paene una disciplina Christiana est ». (Sermo 351, III, 4; P. L. 39, 1538. 1539. Cf. quoque *De virginitate,* c. 31: «Contra superbiam, matrem invidentiae, maxime militat universa disciplina Christiana ». P. L. 40, 413).

Humilitas sic plene intellecta dici etiam potest quaedam iustitia ad Deum, perfectius Deo reddens quod ipsius est. Sub hoc respectu virtuti iustitiae annecti potest.

726. — Quaeres quomodo humilitas *nos etiam aliis homini-bus subiciat?*

Resp. Id efficit, quia, secundum divinam ordinationem, nostra excellentia hunc modum habet, ut plures nobis simpliciter praestent, omnes vero aliquod donum divinum possideant quod proprio nostro defectui anteponere debeamus. (Cf. 2, 2, q. 161 art. 3, c.).

727. — Virtutis Christiana perfectio. Humilitas Christiana perficitur terrenae sublimitatis contemptu, qui fiat secundum ordinationem divinam. Perpetuum enim est istud, ut positiva mortificatio aptissima sit ad temperandum appetitum qui facile nimius evadat. Terrena autem sublimitas ea est quae externo suo splendore sensus maxime allicit et impetum passionis excitat. Eius ergo contemptus potissimam vim habet ad firmandam humilitatem. Praeterea, per illum contemptum paene aufertur difficultas quam homo experitur assentiendi voluntati divinae cum eum superiore loco arcet vel prohibet. Sola tamen terrena sublimitas contemni potest; namque ipsis humilibus exaltatio promittitur; et quia Christus se humiliavit usque ad mortem ideo

Deus exaltavit illum (Ad Philipp. 2, 9). Atque ipse terrenae sublimitatis contemptus debet fieri secundum ordinationem divinam. cum suprema humilitatis regula sit beneplacitum divinum, et quia ad commune bonum necesse est ut varii sint ordines, et alii praesint alii subsint. Deus absolutum excellentiae humanae contemptum approbare non posset.

Perfectio autem ista est *Christiana,* tum quia sacris litteris Novi Testamenti inculcatur; tum quia extra christianismum ignoratur ; tum (pria per solam gratiam Christi homo victoriam istam supra semetipsum reportare potest.

Perfectio autem ista colitur tum *oboedientia religiosa* tum *voluntaria paupertate.*

Religiosae oboedientiae nomine communiter intellegitur materialiter quaedam *sat universalis abdicatio propriae electionis et mancipatio in manibus alterius a quo religiosus gubernatur.* Formaliter autem fit ad colendum Deum ; i. e. in via perfectionis assequendae et exercendae caritatis, religiosus quaerit perfectiorem aptationem ad voluntatem divinam, dum, liber a proprii amoris deceptione, se tradit gubernandum legitimo Superiori, qui simul, prudenter electus, tacite ipsi promittit se fore perfectionis magistrum et caput operis caritatis.

Paupertate autem *voluntaria,* quis exuit alimenta vanae gloriae quae humilitati contrariatur.

728. — Vitia opposita. Sunt: *superbia,* seu *appetitus inordinatus propriae excellentiae : inanis* quoque *gloria,* quae *excellentiae manifestationem nimis appetit,* quaerens (piandam dotum ostentationem unde gloria resultet apud homines. De istis vitiis dictum est in tomo I, n. 467. 469.

IIoc modo contra humilitatem per excessum peccatur. Defectu autem oppositael humilitati propensiones vitiosae sunt tum *timiditas,* (pia quis formidine periculi vel difficultatis, seu timore et ignavia, tum *pusillanimitas,* (pia quis fuga laboris et mentis exiguitate, ea quae, secundum ordinationem divinam, in sua potestate sunt non audet.

SUMMARIUM.

729. — I. *Humilita* eat virtus specialis, Temperantiae seu Modestiae annexa, qua homo, considerans se omnia et ipsum esse a Deo accepisse, appetitum propriae excellentiae secundum divinum ordinationem moderatur.

[725-729.]

Specialis est virtus, quia refrenandae speciali inclinationi ad sectanda magna et gloriosa praeest.

Temperantiae annectitur, non quod in appetitu sensibili principalem sedem habeat, vel obiectum eius proprium sit concupiscentia inferioris appetitus, sed quia modum habet temperantiae, i. o. repressionom cuiuspiam appetitus.

Cum tamen excellentia sit bonum arduum, eius appetitus non solum inhibitionem sed etiam virtutem postulat quae ad persequenda vero magna, hominem secundum rectam rationem impellat.

Modestiae annectitur, quia Modestia sub Temperantia ponitur ut generaliter moderans ea quo minus difficulter refrenantur, et humilitas respicit appetitum qui minores in sensu partes habet et qui non tantum freno sed etiam stimulo indiget.

Quatenus autem humilitas hominem Deo subdit, refertur ad religionem et pars fit potentialis iustitiae.

Cum medium istius virtutis sumi nequeat ex definita et nobis nota mensura, sed attentionem requirat ad multa adiuncta, maxime varia et nobis incerta, magis immediate voluntate divina in appetenda excellentia regimur, ita ut propterea secundum divinam ordinationem moderandus dicatur iste appetitus.

Ad istam autem normam maxime aptamur consideratione nostrae dependentiae a Deo in omni positivo bono et in ipso exsistentiae beneficio.

II. *Sede»* humilitatis est simul voluntas et appetitus irascibilis.

III. Secundum S. Thomam, *2,* 2, q. 161 art. 5, virtus humilitatis post virtutes theologicas, post intellectuales et post iustitiam, maxime legalem, primum locum sibi merito vindicaro potest ; et ut contraria superbiae, omnia quae perfectioni obstent removet.

IV. *Perfectionem* autem *Christianam* adipiscitur humilitas in contempta terrenae sublimitatis, si ipse fiat secundum ordinationem divinam.

Perfectio ista eminenter colitur tum oboedientia religiosa, tum religiosa paupertate: *oboedientia religiosa,* quatenus religiosus perfectam optationem ad voluntatem divinam per oboedientiam consectatur; *paupertate religiosa,* quatenus per eam religiosus a se vanae gloriae alimenta removet.

V. Contra humilitatem peccatur excessu per *superbiam* et *praesumptionem,* per *vanam gloriam* et *ambitionem ;* defectu autem per *timiditatem* et *pusillanimitatem,* i. o. per vitia quae fortitudini et magnificentiae opponuntur, ita ut quis in id tondere recuset quod est suae potentiae commensuratum et vere appetibile (2, 2, q. 133 art. 1).

CAPUT III.

De Mansuetudine et Clementia.

730. — I. De Mansuetudine. 1. *Notio.* Mansuetudo definitur *virtus moderatrix irae secundum rectam rationem.* Quia est moderatrix, ascribitur ut pars potentials ad virtutem Temperantiae. Declarata autem irae ratione, fere omnis virtus declarata est.

2. *Ira* proprie dicta est *appetitus sensitivus vindictae.* Immo ipsa nomen dedit appetitui in quo inest, qui vocatur *irascibilis. Vindicta* autem signat *malum, post peccatum, delinquenti seu peccanti inflictum.* Malum istud quaeri potest sine motu sensibili concupiscentiae vel cum sensibili commotione. Commotio ista potest esse antecedens deliberationem voluntatis vel talem deliberationem sequi, idque vel ultro, vel ex ipso voluntatis decreto et actione.

3. *Appetitus vindictae* potest esse illicitus ex *obiecto,* ex *intentione* seu fine; et ex *modo* seu subiectiva commotione. Ex *obiecto* est illicitus, si vindicta quaeritur sine satis probato reatu vel ultra reatus meritum. Ex *fine* est illicitus, si ex odio exercetur, seu quiescendo in alterius malo. Potest autem per vindictam multiplex bonum quaeri: correctio peccantis; — eius cohibitio; — aliorum securitas et quies; — conservatio iustitiae et Dei honor.

Ex modo est illicitus, quatenus nimius passionis impetus secum trahat voluntatem. Sicut tamen etiam in recto coniugii usu mens quandam captivitatem sub sensu patitur quae tamen non est peccaminosa, ita S. Thomas observat non esse reprehendendam moraliter iram eo quod « in ipsa exsecutione actus indicium rationis aliqualiter impediat » (2, 2, q. 158. art. 1 ad 2), sed iram per *zelum* seu voluntariam qua, secundum ordinem rationis appetitus sensitivus movetur esse bonam et laudabilem.

Quia tamen nimis propensi sumus ad appetendam iniuriarum vindictam, nulla nominatur virtus cuius sit iram secundum rectam rationem excitare.

Si ira est appetitus vindictae, habemus unde magis detesteinur et fugiamus faciles iras quas experimur propter adversa (piae sine aliena culpa vel causae liberae interventu non raro, vel in minimis rebus, accidunt. Remote enim et indirecte prae-

parant blasphemiam, cum non alia causa libera efficaciam in his rebus habeat praeter divinam voluntatem.

4. *Mansuetudinis functio et meritum.* Mansuetudo non solam iram appetitus sensitivi cohibet, sed omni appetitui vindictae modum imponit. Meritum igitur habet cohibendi passionem et obsequendi iustitiae. Hominem compotem sui efficit, ita ut veritatem indicare et persequi libere queat.

731. — IL De Clementia. *Virtus ista,* secundum rationem, *de poenis communi lege debitis aliquid remittit. Secundum rationem* dicimus, quia non omnis poenalis indulgentia laude digna est. Nimis saepe hodie imperatur inotivo non recto, vel ita in modo exceditur ut societas non iam satis a delictis praeservetur. Atque etiam si, propter morbidas delinquentis propensiones, poenae proprie dictae non videantur sumendae, deberet tamen idonea ratione, communi paci et quieti provideri.

Clementia, quia poenas remittit, est propria virtus eius qui auctoritatem habet. Omnes autem misericordes esse possumus.

SUMMARIUM.

732. — L *Mansuetudo* est virtus moderatrix irae secundum rectam rationem. Est, propter modum quem servat, pars potentialis Temperantiae.

II. *Ira* est appetitus vindictae : haec bono et malo appeti potest. *Vindicta* enim seu malum peccauti indictum, si ex odio exercetur, quiescendo in alterius malo, est omnino illicita. Si autem quaerimus per vindictam aliquod bonum: correctionem peccantis, eius cohibitionem ot aliorum quietem, iustitiae conservationem et Dei honorem, tunc, servato debito modo, est licita (2, 2, q. 108 art. 1).

Quamvis autem « in ipsa exsecutione actus, indicium rationis aliqualiter impediat » (2, 2, q. 158 art. 1, ad 2) ira consequens seu voluntaria, qua, secundum rationis ordinem, appetitus sensitivus movetur, seu ira per zelum, est bona et laudabilis.

Quia tamen propensiores sumus ad appetendam iniuriarium vindictam, nulla nominatur virtus quae sit concitatrix irae secundum rectam rationem.

II. Meritum et utilitas virtutis in hoc est ut hominem faciat compotem sui, et ideo libere possit veritatem indicare et persequi.

III. Allinis mansuetudini est *clementia,* quae, secundum rationem, de poenis communi loge debitis aliquid remittit. Cf. 2, 2, q. 157.

CAPUT IV.

De Modestia exteriore, Affabilitate et Eutrapelia.

733. — *Argumenti momentum.* De ipsa exteriore conversatione et compositione solliciti esse debemus. Haec etenim nostro libero arbitrio subiciuntur. Cum autem per exteriora cum aliis communicemus, diligentia virtutis inulta bona parare, dum neglegentia et incuria multa bona vel perdere vel adeo in positive mala convertere potest.

Tres autem potissimum virtutes ad rem nostram faciunt: *Modestia exterior, Affabilitas* et *Eutrapelia.*

734. — I. De Modestia exteriore. Duplex eius ratio distingui potest: *compositio corporis,* et *exterior apparatus et ornatus.*

Corpus apte *componendo, modestia* eflicit ut *motus et gestus tales sint quae congruant cum agente, secundum se, et cum personis quibuxeum· agit, cum negotiis quae tractat, et cum locis in quibus versatur* (2, 2, q. 168 art. 1).

Exterior apparatus sit simplex, ad honestam consuetudinem accommodatus, ne excessu aliorum animos, praesertim pauperum, offendat; nulla vana gloria aut pravo fine inquinetur. De *mulierum ornatu,* S. Thomas observat (2, 2, q. 169 art. 2). *a)* studium placendi viro esse licitum uxori: *b)* intentionem placendi corpore licite haberi non posse a mulieribus « quae viros non habent nec volunt habere vel sunt in statu non habendi »; *c)* graviter peccari a mulieribus quae se ornent ut alios ad concupiscentiam provocent; *d)* « si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter iactantiam quandam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale ».

735. — II. De Affabilitate. *Affabilitas* est « *virtus qua homo convenienter ad alios homines ordinatur in communi conversatione, tam in factis quam in dictis,* ut scilicet ad unumquemque se habeat, secundum quod decet » (S. Thomas, 2, 2, q. 114 art. 1, c.). Ex quo fit ut homo « neque nimis blande neque nimis aspere se gerat in congressibus » (Lessius, c. 47, n. 47) sed gratae sit consuetudinis.

Quia exhibet signa communia illius amicitiae quae omnes homines inter se coniungit, vocatur quandoque *amicitia.*

Stricte dictam obligationem non parit.

Ei duo *vitia* opponuntur : a) *adulatio,* qua *quin nimium studet in convictu aliis placere.* Strictius tamen adulator vocatur qui, propriae utilitatis causa, omnia probat et laudat.

b) *Morositas* seu *Litigium* quo peccatur defectu. Morosi et asperi « ubique sunt dilliciles, ubique contradictores, nusquam se accommodant » (Lessius, ibidem, n. 51).

736. — **III.** De Eutrapelia. Haec *efficit ut in iocis conversatio nostra grata sit.* Regit, magis generaliter, appetitum quietis animae seu relaxationis post laborem, v. g. per ludum, cavendo ne nimis a gravitate recedatur, et procurando ut relaxatio « sit tempore et homine digna » (2, 2, q. 168 art. 2). Contra istam virtutem non solum excessu, — qui tamen est frequentior, — sed etiam defectu peccari potest, sive quis utili delectationis condimento sine causa se privet, sive maxime aliis se onerosum exhibeat et aliorum delectationes impediat (Cf. 2, 2, q. 168, art. 4).

SUMMARIUM.

737. — I. Duplex est ratio exterioris *modestiae.* Altera, *compositionem corporis* curat ut motus et gestus tales sint quae congruant cum agente, secundum se, et cum personis quibuscum agit, eum negotiis quae tractat, et cum locis in quibus versatur (2, 2, q. 168 art. 1).

Altera modestia *exteriorem apparatum et ornatum* respicit (2, 2, q. 169).

II. *Affabilitate* homo in communi sua conversatione ad omnes se habet ut ipsum decet.

III. Sub ipsa modestia demum repetitur *eutrapelia,* quo regitur appetitus quietis animae seu relaxationis post laborem, v. g. per ludum, cavendo no delectatio ex aliqua re mala seu alii nociva quaeratur, no nimis a gravitate recedatur, et procurando ut relaxatio « sit tempore et homine digna » (2, 2, q. 168 art. 2). Contra virtutem istam excessu, sed etiam defectu peccari potest, sive quis utili delectationis condimento sine causa se privet, sive maxime aliis se onerosum exhibeat et aliorum delectationes impediat (2, 2, q. 168 art. 4).

CONCLUSIO.

738. — Postquam, in tractatu VI primi voluminis, subsidia quibus nostra libertas iuvatur generali conspectu proposuimus, in praesenti tomo magis enucleate egimus de subsidiorum ratione quae virtutibus continetur.

Diximus itaque de virtutibus *theologicis,* quibus Deum immediate attingimus; diximus de virtutibus *moralibus* quae nobis etiam infunduntur ut boni nostri habitus sint theologicis aptati, et ut nova nostra natura, quae est gratia sanctificans, potentiis instruatur quibus supernaturalis nostra actio simul conaturalis evadere queat. Non nulla insinuare licuit de pluribus *donis Spiritus Sancti,* quibus, invitanti Deo morem promptissime gerere possimus.

Virtutibus autem moralibus divina regula sequenda proponitur. Quantum ab humana distet, S. THOMAS hoc exemplo demonstrat: «in sumptione ciborum ratione humana modus statuitur ut non noceat valetudini corporis, nec impediat rationis actum ; secundum autem regulam legis divinae requiritur quod homo castiget corpus suum et in servitutem redigat per abstinentiam cibi et potus, et aliorum huiusmodi » (1, , q. 63,

Immo, in Christiana disciplina, virtutes maxime humanae fastigium supra humanum obtinent, ab aliis plenius assequendum, ab omnibus mente aestimandum et actibus consectandum: sic continentia castitati, voluntaria paupertas liberalitati. mortificatio temperantiae, contemptus terrenae sublimitatis humilitati superimponitur.

Quid autem «licemus de *caritate,* quae in suo Christiano amplexu ipsos inimicos positive includit; «piae, sui oblita, considerat quae sint aliorum (Phil. 2, 4); qua homo proximum amat sicut ipse a Christo diligitur?

Divitiae istae in nobis congestae sunt ad operandum. Divinis autem viribus quodnam opus nisi divinum peragendum habemus?

Errant igitur Christiani «pii terrenum aedificium meditantur, in cuius exstructione mere ad vitandas divinas offensas attendere debeant.

Renati in Christo, ex aqua et Spiritu Sancto, secundum spiritum «piem a Deo habemus aedilicium erigendum nobis est, quoti

simul erit *nostrum, Christi* et *aliorum. Nostrum,* quia nostram aeternam mansionem praeparabit in glorioso Dei regno; *Christi,* quia erit opus eius gratiae et cedet in eius honorem et laudem; *aliorum hominum,* quia in utilitatem vertetur privatorum et societatis publicae. Quaerentibus enim in primis, regnum Dei et iustitiam eius haec omnia adicientur (cf. Matth. 6, 33).

Nec divisio vitae in duas partes, alteram supernaturalem, alteram terrenam, admittenda est. Fere sicut arbores frugiferae semen quo propriae perpetuitati prospiciunt ita elaborant ut circumdetur sapido fructu quem, sine seminis detrimento, homo carpere et comedere possit, ita structura divino Spiritui probata erigi nequit nobis, quin multiplicem fructum beneficentiae aliis colligendum offerat.

Verum haec a nimis multis, etiam Christianis ignorantur. Haec ergo discenda habent, etiam a theologo morali. Qui, dum haec praestat, lines suae provinciae minime egreditur. Nonne officia moralia proponere et explicare debet? Iam vero lege nitendi ad sanctitatem omnino omnes, nullo excepto, tenentur (Enc. *Rerum omnium,* 26 ian. 1923, de S. Francisco Salesio). Pro parte nostra igitur contribuamus ut quam plurimi, conscii dignitatis humanae et Christianae, se. considerent et agant ut « cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo lesu, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino » (Epii. 2, 19-21).

CORRIGENDA

P. 23, ult. linea: formaluin, *lege* formulam.
» 142, 6 linea (ab infra): qua simeditatione, *lege* quasi meditatione.
» 188, ult. linea : accusationem, *lege,* accusatione.
» 191, 2 linea: perscrutantur, *lege,* perscrutantur.
» 202, 3 linea (ab infra): suadent, *lege* suadet.
» 221, 6 linea (ab infra): divinis, *lege* divini.
» 226, 9 linea: negare, *lege* negari.
» 437, 7 linea: jubebatur, *lege* iubebat.

INDEX RERDM ALPHABET1CUS

Numeri =■ numeri marginales, nie» praeponitur p.
Asteriscus annotationes significat.
Lineola interducta (—) = vocabulum in principio positum

Abiuratio haeresis, 38 ; a quanam aetate requiratur, 36. — modernismi, *22.*

Abortus. Notiones, 622. Medicae causae abortus, 622. Malitia, 623. Acceleratio partus, 624. Poenae, 626. — indirectus, 627.

Acatholicus minister advocatus, 147, -. *Fide* communicatio in sacris.

Acceleratio *partus,* 624.

Acceptatio requisita in contractibus, 418-420. 422; in promissione, 441. 442 ; in donatione, I — muneruin a indice, 516. hereditatis, 542.

Accessio, modus acquirendi, 398. 399.

Accusator. Quis. Obligatio denuntiandi, 527.

Actionarii societatum, 488. Officia, 151.

Actus *elicitus, imperatus,* 161.

Adiuncta inexspectata, quid efficiant, 438 ; in locatione rerum, 4^0, 8; in locatione operis suscepti, 481, n.

Adiuratio, 206. 207.

Adoratio, 177.

Adulatio, 735.

Adulator obligatus restitutione, 665.

Adulterium iniustum, 631. Restitutio, 634.

Advocatus. In foro canonico et civili, 509. Otlicia, 521; pauperibus patrocinatis, 522.

Aedificatio spiritualis, 119.

Aequitas, virtus, 686.

Aetates personarum distinguendae. 292.

Affabilitas, virtus, 733. 735.

Aggressoris imusti repulsio, 607.

Amentium protectio, 313.

Amicitia, 79.

Apostasia, 31. 37. Poenae, 48.

Apparitores, 523. — petentes pro singulis simul delatis interpellationibus solidum salarium, 524 ; exsecutores sententiae in iustae, 525.

Arbiter, 500. 520.

Arrha, 435, 3.

Artificum cooperatio ad malum, 145; contractus, salarium, 483-486.

Assecuratio. Notio. Distinctio, 493. Postulata iustitiae, 194. — socialis, 494. Obligatio eius qui assecuratum occidit, 618.

Assistentia sacris acatholicis, 51-53.

Astutia, 160.

Baptismus in utero, 623.

Beatitudinis amor, 59. 77.

Beatificatio, 166.

Beatorum cultus, 166.
Bellum : iustitia, quae liceant vel non, 637. Restitutio, 637.
Benedictio constitutiva, invocativa, 272. — imaginum, 171. Usus profanus loci vel rei benedictae, 272.
Benedictus XIV, de cultu servorum Dei, 166.
Blasphemia. Notio, divisio, 256. Gravitas, 257. Exempla. 258. Criteria, 259. Reatus subiectivus, 260.
Bona necessaria, superflua, 108, a. Bonorum collatio, 511. 549.
« Bursa ». Mercatus, Iudi, leges, 498.
Calumnia, 597.
Cambium, 477. — pecuniae acceptae pro solutione, pro stipendiis missarum, 478.
Canonizatio, 166.
Capacitas contrahendi. 111. 115. In mandato, 490. — legatarii. 553, 3.
Caritatis rirtux. Definitio, notio, sublimitas, ambitus, 69. Nomen, 70. Necessitas, 75. Perfectio iustitiae, 688.
Caritatis *actus.* Facilitas, 71. — Formalis, virtnalis, 74. Ut est *amor Dei.* Necessitas, 73. 74. Ut est amor sui ot proximi. Varietas, 79; universalitas, 80 ; ordo, 81-85. Ordo in caritate effectiva, 96 ss.
Carnium esus, fidem dissimulans, 25.
Cassationis curia, 509.
Castratio, 323.
Casus *fortuitu-* praestandus, in commodato, 448; in emptione-venditione, 453, v ; ex delicto vel mora, 535; a possessore, 652.
Caupo. Cooperatio ad malum, 144.
Causa in contractu, 410. 112. Debetno exprimi in contractu, 413. — turpis, 113. — adieeta contractui, 432.
— *pia* quid. Ei facta promissio, donatio, 422 ; factum legatum, 557. 558. Testament uni ad causas pias 564. Damniftcatio causae piae, 640.
Census. Notio. Contractus. Consus Status, 451. — perpetuus ot vitalicius, 452.
Choreae, 127, 144, 2.
Christus orans, 181.
Civium iura, oflicia mutua, 317. 318.
Clausula poenalis, 435.
Clementia, virtus, 729.
Clericorum varia bona, 379.
Coalescentia furtorum, 614.
Codicillus, 550.
Collatio *bonorum,* 541. 519.
Collegia. Denuntiatio in collegiis, 118.
Commodatum, 448.
« Common law », 339.
Communicatio cum infidelibus et acatholicis, 50-53.
Communitatis votum, 220.
Commutatio voti, 226. 228; iuramenti, 205.
Compensatio occulta famulorum, 329, 5; eius cui res promissa sit, 442 ; creditoris, 648.
— crediti et debiti, 427, IV ; 680, [.
Compositio cum S. Sede, exstinguens debita, 680.
Compromissum, 500.
Concilium *Ballimorcnse,* de spiritismo, 247.
« Concordata » cum creditoribus, 501. 682.
Concursus in munerum collatione, 571.
Condicio in contractibus. Quid, quotuplex, effectus, 429, 437, vtlt. — impossibilis et illicita, in donationibus, 445; in testamentis, 553,4.
Condominium, 367.
Condonatio restitutionis a letaliter vulnerato, 617 ; a creditoribus, 682.

Confessarii munus docendi, 12-14. — prudentia in reconciliatione inimicorum, 93; in suadenda restitutione, pro stupro, 633 ; in suadenda restitutione, 672. 677. — cooperatio sacrilegio, 138. — actio contra blasphemias, 263. — consilia de votis, 212. 228. — de rebus benedictis, 273.
Confusio, modus accessionis, 398, b; exstinctionis debiti, 437, v.
Coniugum mutua pietatis oflicia, 305.
Consanguinei. Pietas inter ipsos, 308. Gradus et linea, 543.
Consensus, in contractu, 117. Vitium erroris, 423; metus, 124; doli, 125. Quid efficiat laesio, 126.
— tollens iniuriam, 575.
— de re iniusta, per snflragia. Restitutio, 664.
Consilia de commutatione et dispensatione votorum, 228 ; tie blaspbeiniis, 263; de votis, 212; de dispositione bonorum clericalium, 380; de restitutione, 633. 672. 677.
Consilium, quotuplox ; — iniustnm quomodo retractetur; ad quid obliget, 663.
Consilium, donum Spiritus Sancti. 161.
Conspiratio. Damnum ex conspiratione, 672, ii.
Contractus, quid, 108; quotuplox, 409; elementa constitutiva, 410. Obiectum, causa, 111. 112. Consensus, 117. Perfectio, 119. 122. Initium obligationis, 418. 420. 428. Quid superveniens mors vel incapacitas efliciat, 421.
Contractus obligatio, 127. 128. Stipulationes secundariae: condicio, 429; dies, 130; modus adiectus,431; adiecta causa, 432; demonstratio, 433; disinnctio, 434; clausula poenalis, 435,,; arrhae, 435, 3. Obligationis exstinctio, 436. 437. 501. Quid adiuncta inexspectata efficiant, 438. Varia observanda de forma, nullitate, 503.
Contractus debitoris cum creditoribus, 501.
— sollemnes, 503.
Contumelia. Notio,specificatio, 595. Causa restitutionis, 596.
Conversio, quid, 38.
Cooperatio. Notio, divisio, 129.
— ad bonam actionem, 130. 131.
— ad malam actionem. 132-137. Casus, 138-153. Materialis cooperatio oflenditne varias virtutes, 132,.. Potestne in alium paratum reici, 137.
— parocbi, ministri sacramenti, confessarii. 138; Sororum religiosarum in hospitiis, 139; coniugis. 140; famuli, 141; indicis, 112; inrati, 143; cauponis, 114; artificis, 145; otlieinatoris. I 15, ,; mercatoris, 146.
— ad falsum cultum. 117 ; ad aedes massonum aedificandas, 118: ad politicas partes. 149: ad societates negotiationum, 151; ad spectacula theatrorum. 152; ad prava scripta, 153.
Iniustae cooperationis modi: mandans, 662; consilium, 663; consentiens, 664 : palpo. 665; recursus, 666; participans, 667; mutus, non obstans, non manifestans, 669. Quid si ex pluribus ignoretur quisnam causam damno dederit, 668.
Restitutio ob cooperationem. 670-671. Restitutionis ordo inter creditores, 678; inter debitores, 674. Cuinam restituendum sit, 676.
Craniotomia 619-621. 626.
Creditor opponens praescriptionem,

406, 3; hypothecarius, 363. 364. 378: privilégiâtus, 366. 378. — concedens concordatum debitori, 501.682. Ordo inter creditores, 778.
Culpa theologica, iuridica, 535. — praestanda in exteriore foro et in conscientia. 535. 536. — requisita pro restitutione, 584.
Cultus. Notio, 165. Divisio, 166. 167. 168. Permissus, vetitus, 166. — liturgicus, 171-175. — superstitiosus Dei, 231-231; superstitiosus creaturae, 235-250. *Vide* superstitio. — maiorum, 240.
— falsus. Cooperatio, 147.
Custodes. Officium, 669. — *publici.* Officium, 523. 527.
Daemonis invocatio, 239. Protestatio contraria, 243. Signa obsidentis daemonis, 247. Quid in dubio, 245.
Damnificatio in bonis. Specificatio, 638. *Vide* Furtum. Restitutio, 656-660. Quid si nescias cuinam restituendum sit, 676.
Debitoris pactiones cum creditoribus, 501. 682. — donationes. 444. 679; solutio uni potius quam alteri, 678. Debita e legatis subducenda. 557. Debiti exstinctio, 680-682. Solutionis dilatio. 681. 682. Ordo inter debitores, 774.
Defensio *cruenta,* 607. — *eecreti,* 703.
Definitiones de veritatibus non revelatis, 43.
Dei *odium* abominationis, 64; malevolentiae, 76. — fidelitas, 213. Dei *gercue.* Cultus vetitus, 166.
— *tentatio,* 252-255.
— nominis vana usurpatio, 261.
— Deo facta promissio realis, donatio, 422.
Delictum. Notio. Divisio. Quandonam damnosum? Refectio damnorum, 534.
Demonstratio adiecta contractui, 433.
Denuntiatio. Species, facultas, obligatio, 117. 118. 527. Quinam iure canonico denuntiandi sunt, 527, c.
Depositum. Notio. Contractus. Divisio (voluntarium, necessarium, miserabile, sequestratio). Obligationes, 492. — acceptatum a religioso, 492.
Deputati electi obligatio, 150.
Desperatio, 61. 67.
Detractio ex errore audientium, 579; ex loquacitate vel ex audientium levitate, 601. Notio, 597. Malitia, 599. Specificatio, 599. Excusatio, 599. Casus, 600. Restitutio 603.
Devotio, 176.
Dies (in contractibus), 430. Dimissio, discessus operarii ante diem, 486.
Disiunctio adiecta contractui. 434.
Dispensatio voti, 225. 228; iuramenti, 205.
Disputatio cum acatholicis, 54.
Dissimulatio, 693.
Divinationes, 244.
Dolus, quid, 425. In contractibus, 425; in venditione, 455; in assecuratione, 494; in ludo, 495. — iniustus, 576.
Dominium *proprietati».* 352. Divisio, 353. — perfectum, 354.
— *altum,* 355.
Dominorum officia erga famulos, 330; erga opifices, 321; iura. 329. 331. Vota naturae, 334.
Donatio. Notio. Divisio, 443. Capacitas partium, 444. Forma, 44 1, m. Leges civiles, 445. 446. 447. — facta Ecclesiae vel piae causae, 422. 4 17. Revocatio, 445, -. Donatio inofficiosa, 441. — laedens creditores, 444. — filio adulterino, 634.

Donatio mortis causa, 4 13. 445.
Dos, quid sit, 378.
Dubia de religione. Discrimen inter catholicum ot acatholicurn, 36. — in causis civilibus et criminalibus, 514. — circa restituendi obligationem, 586. — temeraria do alterius probitate, 604.
Dubium de voto, 217 ; de interventu daemonis 245; de bona fide antecessorum, 406; de re sua vel aliena, 406, 3; de actionis iustitia, de eius causalitate, de facta solutione, 586; de iniusto aggressore, 607; de fetu ectopico, 628; do iustitia possessionis, 654. 655; de damno illato, 667 ; inter plures de auctore damni, 668. — cuinam restituendum sit, 676, 4.
Duellum. Notiones, 610. Moralitas, 611. 612. Poenae, 613. Quid de duellis américains, 614, de « mensuris » Germaniae, 615. Restitutio, 616. — ex auctoritate publica, 637, b.
Dulia, 167.
Ebrietas. Blasphemia, 260, 6. — iniuriose procurata, 592.
Ecclesiae promissio facta debet ne acceptari, 422.
Eleemosynae notio et modus, 109. — praeceptum, 105-108. — ex alienis bonis, 107.
Emphyteusis, 360.
Emptio-venditio. Notio; elementa; evictio; ordo exsecutionis; praestatio casus fortuiti, 453. Obligationes venditoris, 454. 455, emptoris. 456-466. Hodiernae iniustitiae, 467.
Facultas redimendi rem venditam, 468. Venditio rei ad gustum. 469. Venditio sub hasta. 470; per proxenetas, 471. Corollaria vel scholia, 472.
Monopolium auctoris, inventoris, 173.
Statuta canonica. 474. Causa praesentis mali. 475.
— a possessore dubiae vel malae tidei, 655.
Ephemerides minus bonae, pravae. 144,3 145, 2; 146.
Erorum et *opificum* mutua iura et officia, 331-334.
Error, in contractibus, 423. — in iniuriis, pro restitutione. 585. — iniuriose doctus, 592.
‹ Estate » 353. 547.
Eubulia, 156, 3.
Eucharistiae species proiectae vel ad malum tinem abductae aut retentae, 274.
Eutrapeiia, 736.
Evictio, 453,iii; 454. m.
Excellentiae appetitus, quid. 722, 3.
Excommunicatio apostatarum et haereticorum, 48. — suspectorum de haeresi, 49. — contra varia sacrilegia, 274. — contra quosdam simoniacos, 281. —contra quaestum facientes de indulgentiis, 284. 4. — contra violantes fori privilegium, 511. — contra reos abortus, 626.
Excusatio a cooperatione ad malum, 132, as.; a furto, 647. 648; a restitutione, 680-682.
Excusationis (a cooperatione) *canum* leves, graves, quaenam, 136.
Exorcismus, 207.
Factum *iuridicum,* 370.
Fama, quid, quotuplex. 597. Ius habendae famae, 598.
Famulorum officia, 329; iura, 330; furta, 642; cooperatio ad malum. 141.
Feticidium, 619-621. 626.

Fetus *nnimatio,* (»19. (122, «. <</<»-*pioun,* (128, 029.
Foudum, 881.
Fideicommissum, 551.
Fidel *rirtiiK.* Definitio, 2. Momentum, praestantia, I. I. Praesidia, 5. Poo rain cOlitrn tldom, 12-15, Tentattones contra tldom, 89. 10. *actu».* Distinctio, 3. Necessitas, 8-12. Ifl-18.
— *rruhvucentia,* 20. 23. 20.
— *ohiecta* credenda, 7· 12.
— *occultatio,* 20.
- *praesidia* legalia, 57.
ρπ»/«·MMi<» materialis, formalia, 20. Nocossltas, 20. 21. 22.
— *aminnio,* 31, 3,
f'Ides bona, dubia, mala, in possessore, 371, a. 101,s; 100, r 051. Bona tides personae sub tutore, vol personne moralis, 105 ; modici exercentia fatioidiiim, 021 ; rudia in restitutionis quantitate, (»72.
Fldelusslo, 602.
Fill! *illegitimi* condicio iui idica, 375. homies, 511, 5.
Filii *legitimi* eoudiclo iuridica, 375. matrimonii moro civilis, heredes, 549.
Fillorum otlleia ad parentes, 288-291. 371; condicio iuridica, 292. Légitimités, 301 ; legit imiit io, 302; agnitio, 303.
Filiorum iura patrimonialia, 373. 37 I. Statuta legis positivae, 375. 37(1.
Ludi, 195, a. Furta, 1112, d.
Filius adulterinus, dobotne erodere matri do sua nativitate, 031.
Fortitudo, virtus. Notio, 707. Actus, 708. Obiectum, 709. Perfectio, 710. Necessitas, 711. Fartos potentiales, 712. Vilia opposita, 713. Exempla, 711. Occasiones, 715. Acquisito, 710.
Fortuitus casus praestandus iu commodato, 118; in enipt iono-v auditione, 153, v ; ox delicto vol mora, 535; a possessore, (152.
Fraterna adhortatio, correptio, ill–117.
Fraudes. *l'idc* Dolus.
Fructus. Notio, divisio, 350. restituendi, (»51 (»51. (»57. Privilegium possessoris bonae Odei, 051.
Furis praescriptio, 10(1, p
Furtum. Notio, (138. Speci lient io, (»38. Materia levis, gravia, (139, (III); quando furta coalescunt, 015, Benignior aestimatio propter persouilles \ cl reales considerationes, (ill. 012; propter modum initiatitine, (141-04(1. rei sacrae, 040. Furtorum ɓoalo scentia, 044-040.
Excusatio necessitatis, Oli; occultae compensationis, (118.
Restitutio a possessore, (»19-051».
(InomC, 150, 4.
Gradus consanguinitatis, 513.
Gratitude, (187.
Habitatio (ius), 357.
Haoresls, quid, quotuplox, 32. 33-37. Abiuratio, 88. Poenae, 18. 19.
Haorctlcus piiieHiimptus, 32; receptus in Eceloaiaiu, 38; suspectus, 42. 284.
Communient io eum hiiorotieis, .»0-53. Disputatio cum haereticis, 54.
Hnstntlo (venditio sub hasta), lit).
Hereditas. Notio, 538, (tenera, 539. Historica, .»10. Compositio heroditatis, 511; acquisitio, 542; acceptatio, renuntiatio. Quid si neu tnim flat, 512. Dividendae lieroditatis regulae, 511.
Horcs in iure latino, 510. Quotuplox, 513. obligatus dehltis, 519, V. — fiduciarius, 551. Qulsnam heros,

legatarius, 538. 553. voti» obligat un, 218.
Homicidium. Malitia, 005. cahiih/i, 605. SpoeioH, 005. Restitutio, 1116-618.
Honor, 595.
Humilitas, virtiiH. Notin. Radix. ‹ tbieclmu. Honestas, 721; pranatant in, 725; subioetio aliis, 72(1; christiaim perfectio, 727. Vitia opponito, 728.
Hyperdulla, 167.
Hypnotism us, 218-250. I'eus, 325, illicitus in Indicio, 513, Abusus, causa restitutionis, 593.
Hypocrisis, 693.
Hypotheca, IUS, 868. I.egOH positi-vue, 301,
Idololatria. Notio, 236; dial met io, 237 ; tinis, 238.
Imaginum (nn.) cultus, 170; benedictio; impressio, 171.
Imprecatio. Malitia, 00. 262.
Indulgentia. Quaestus dc induigentiis punit us excommunicatione, 281, v
Inferni timor, 59, *i l.*
Infidelitas. Quid et quotuplex, 28-31. 50.
Inimicus. Quisnam, 87. Inimici <li lectio, 87-9i.
Inlurin realis contra ρογHOIIIIN HI». erus, poena, 271 ,.
Notio, divisio, 571. Condiciones, 575. Iniustae artes, 570; modus, 578. Quid ai impedias boni consecutionem, 577 ; hi non impedias malos propriae actionis elVertns, 579. — obligans nd restitutionem, 581.
Iniuriae *pn'Hoiiiihu.* Principium, divisio, 590. I iidneent in ad peccandum, avocantis n religione, MM ; inebriant In, 592; docentis errores, 592; tollentis libertatem, 593; contumeliosi, 595, 590; detractoris <9 calumniatoris, 599-003; temerarie indicantis, siiNpienntis, dubitantis, 001. homicidae et mut ilantm, 605, committentis abortum, leticidium, 020. 623; aurions stupri, (»32; a dulterii, 684 ; initiale bellantis, 637,
Iniuria *k u Iih* luria, 038, auctoris ni pinne, 038.
Iniustitia opposita leguli iuntitiae. Modus accusandi, 500. Ile tributis, 567; do pretio lecturae, etc. 568.
Inlustltlne in venditionibua, 1.51. 167. 170. 175; in nsscourationibuR, 191; in divisione lucri societatum. 189.
Intellectus *prti<(ieun,* 155.
Interpretntlo contractuum, frti, 730.
Irregularitas ex homicidio, 009 ; ex abortu et t'eticidio, 020; ex bello, 637.
'rrltatlo voti, 221 : inramenti, 205.
Index ĉoopérant legi iniquae. 112. instructor, 513. enueno, 511-

ludidorum onto canonicus, civilis, 509. Indien legitimi postnlata, 510.
ludlclum *linn larniin,* 601.
lurninentum. Notio, 190; dntsio, 191 ; lioneNtaN eiusque comlieio nos, 193.
pnmiiMMoriuiii. Notio, 191. \ nlidi tus, 196. 197. \dditum contractui, 195; minoriH, 198. Obligatio, 200-205. Interpretatio, 202.
— lictum, 199.
— de tribut in, 567. In'U'ditate, 567.
testis in indicio, (192.
in biblia haeretieoruiu, 117,
lurntus, cooporauN logi iniquae, 1 13; potestne ho capacem existimare.

518 ; privata scientia uti, 519. 8candalosa officii violatio, 519.
lurisdictio, 843.
Ius. Notio, 311. Species, 342. 343. Divisio, 345. — iiirisdictionis, 343.
lura *in re* principalia, 354-361 ; accessoria, 362-366. Inris *sublectum,* 372; *obiecttlm,* 383. Modi iura *acquirendi,* 386, ss.
lus obiectivum. Quid ins *latinum; common Jaw,* 339.
lus *quaesitum* ex voto, 216. 225.
Iustitia. Natura, linis. Contenta tractatus de iustitia, 339.
— *virtus.* Notio, 340. Species, 342. Proprietates, 344. Perfectio, 685-689. — *commutatira,* 352, ss. Peccata contraria, 574, ss.
Iustitia *distributira.* Notio, Officia, 350. Peccata opposita, 571. 572.
— *legali».* Notio, 347. Peccata contraria, 560-568.
Lactatio filiorum, 295.
Laesio in contractibus, 426.
Latrla, 167.
Laus, 178.
Legatarii quinam, 538. 553 ; quomodo obtineant legatu, 557. Capacitas, 553, 8. — obligati debitis, 557.
Legati exsecutio, 558; commutatio, 558.
Leges *canonicae* de personis secundum aetatem, 292; de filiis legitimis et legitimatis, 301. 302; do errore, 423; do metu, 424, :J; do dolo, 125; de laosiono, 426; do condicione, 129; do usuris. 450, 4; de alienatione rorum. 474; do permutatione, 176; do locatione rorum, 480; de transactione, 199; do compromisso, 500 ; praecipientes denuntiationem, 527 ; de praestanda culpa. 535; de testamentis, 558,
Leges *civiles de* patria potestate, 292; de liliis legitimis, legitimatis, agnitis, 301-303; de potestate maritali, 306; de tutela minorum et de protectione debilium mento, 311. 313; do usu hypnotismi, 325; de occupatione, 389. 391. 393; do thesauro, 396; de accessione, 399; de praescriptione, 101. 102. 406,5; de capacitate minorum aetate, 415; do capacitate uxorum, 416; de errore, 423; do metu, 424, .,; de dolo, 425 ; do laesione, 426 ; do donationibus, 445; do commodato, 448; de usuris, 450, 4 ; de censu, 451. 452; de locatione rerum, 480; de locatione operis, 181 ; de locatione operarum, 482 ; de variis societatibus, 484 ; do sponsionibus ot ludis, 196. 498; de concordatis, 501; de contractibus sollemnibus, 503; do hereditate, 540. 542. 545-548; de bonorum collatione, 54 l ; de heredibus necessariis ot reservata portione, 543; de computatione graduum consanguinitatis, 543; de hereditate dividenda, 545-548; de testamentis, 550. 551 ; de pactis successoriis, 552 ; de heredibus et legatariis, 553; de condicionibus in testamentis, 553; de substitutionibus, 554 ; de fructibus restituendis a possessore bonae fidei, 651.
Leges *positivae* considerandae in tractatu do iustitia, 339. Quaenam earum vis et obligatio, 318.
Legitima portio, 513.
Leo XIII, de religionum exhibitionibus, 55; do eleemosyna consilii, donorum, 109. Eius exorcismus,207; — de prohibitione librorum, 166.
Liberalism) notio, peccatum, 44.
Liberali tas, virtus, 686.
Libri pravi. Cooperatio, 145, j; 116.

Litterarum ot scriptorum secretum, 700. 701.
Liturgi a, 171. Valor in vita, 173. 171.
Liturgicus cultus, 171 ; spiritus, 175.
Locatio>conductio, 179. — rerum, 480; operis, 481; operarum. 482-186. Supplementariao pecuniae patribus-fainilias promissae, 185.
Loteria. Notio. Contractus. Loges positivae, 497.
Lucrum normale negotiatorum, 467; ex Indo, 196.
Ludus (contractus). Notio. Species. Condiciones iustitiae, 195. Leges civiles, 496. — in Bursis, 198.
Magia. Notio, moralitas, 241.
Magnetismus animalis, 250.
Maleficia 246.
Mali *minori»* suasio, 128.
Mandatum, contractus, 190. Vis rati-habitionis negotii gesti, 491. — Causa restitutionis. 662.
Mansuetudo, virtus. Notio. Functio et meritum, 730.
B. Ma: ia virgo, orans, 181. Hyperdulia, 167.
Mariti potestas, 306. 698. 699.
Massonum insignia adbibita, 24 ; conficienda, 145. —aedes exstruendae, 148.
Matrimonium attentatum cum vel a clericis in sacris aut sollemniter professis, 274, c. Consilium de matrimonio a parentibus petendum, 291; ineundi a seductore, 633.
Medicus. Ofiicia, 325. 528. Quid si conductus a communitate, 530. Peccata, 529.
Medii necessitas 8.
Mendacium Notio, casus, 701-703. — in venditione, 455. — iniuetum, 576.
.Mercatorum cooperatio ad malum, 146.
Meritorum et bonorum operum so-· cietas, 131.
Merces insta, 184-486.
Metus, in contractibus, 421. — iniustus, 576.
Milites in bello, 637.
Militiae obligatio, 569.
Minor aetate. Capacitas contrahendi, 414. 415. 490.
Missa dicta a non sacerdote, 271, f. — *rum* stipendia, 279-283.
Modernism! abiuratio, 22.
Modestia exterior, virtus,
Modus contractui adiectus, 131, legatario impositus, 553. — iniustus, 578.
Moneta falsa, 478, s.
Monopolium, quid. Pretium iustum monopolii, 466.
Moribundus quaenam credere debeat, 12; condonans restitutionem homicidae, 617.
Morositas seu litigium, 735.
Mors quid etliciat in contractus. 121: in promissionem. 441; in locationem operis, 481, ni.
Mulierum ornatus et vestes, 126. 145. 732.
Munera a iudiceacceptari votita,516.
Munus, quid. Iustitia in munerum collatione, 350. 506. — publicum, 506. j. Obligatio ex munere, 507, Peccata male suscepti, exerciti, resignati muneris, 508. Munerum collatio, 571.
Varia munera: index, 509-511. 514-517; procurator publicus, 512 ; index instructionis, 513; iuratus. 518.519; arbitri, 520; advocatus, 521. 522; alii ministri iustitiae, 523-525; notarius, 526 ; accusator. 527 ; medicus et chirurgus. 528-530; pharmacopola, 531; proxenetae. 532.

Mutilatlo. Moralitas, 323. 605. Restitutio, 616-618
Mutuum. Notio, obligatio, 119. — cum usuris, 450. Leges, 450.

Necessitas *medii, praecepti,* 8. 11.
— extrema, quasi-oxtrema, gravis, communis, 83. Obligatio succurrendi proximo in necessitate spirituali, 97-101. 136; in temporali, 102-109. 136. Ablatio rei alienae in necessitate, 647.
Negotiorum *yestio,* 491.
Notae propositionum damnatarum, 43.
Notarius, 526.
Novatio, 437.

Oblationes fidelium, 380.
Obligatio legum, 348. — contractus, *ride* Contractus. — promissionis, 438. 440-442. — dandi mutuum, 449,5. — ex ludo, 496. — militiae, 569; tributorum, 567.
— in solidum, 671.
Observantia (virtus). Notio. Species, 328. Officia, et iura, 329-337.
Occisio iniusti aggressoris, 607 ; innocentis, 635 ; nocentis, 636.
Occupatio, modus acquirendi, 388. — e lege naturae et positiva bonorum vacantium, 389; animalium, 390. 391 : rerum amissarum, 392. 393 ; rerum aci·' vel naufragio perditarum, 394.
Odium, quid, 88. 89. Divisio, 88. — Dei, 64. 76.
Officinatorum cooperatio ad malum, 145.
S. Officium de abiurando modernisme, 22 ; de societate ad procurandam christianismi unitatem, 55; de spiristieis coetibus, 248; de spiritisme, 249; de abortu, 623; do craniotomia, 619 : de fetu ectopico, G28.
Omissio iniusta. Restitutio, 669.
Operarii iura, 151, 3; iura et ollicia, 331-334. — participatio cum socialistis, 151, ...
Variae pactiones cum operariis, 483. lustum pretium locatarum operarum, 481. Supplementariae pecuniae patrum familias, 485. Dimissio vel discessus ante diem, 486.
Operistitia, 332.
Oratio. Notio, 179. 180. Sublectum orans, 181. Obiectum, 182. Termini. 183. Efficacia, 181. 185. Necessitas, 186. — praeferenda, 187 ; mystica, 188.
Ordinarius piarum voluntatum executor, 558, 3 — legata commutans, 558, 3.
Ordo *caritatis,* 81-85; 96 ss. — *correptionis* fraternae, 116. — creditorum in restitutione, 778: debitorum, 774.
Pacta nuptialia, 377. 378. — successoria, 542,5; 552.
S. Paenitentiaria, de spiritisme, 249.
Palpo, obligatus restitutione. 665.
Parentes. Pietas ad ipsos. 288-291. Leges de patria potestate. 292. Officia ad filios, 294-303. Eorum mandatarii, 312.
Parochi munus docendi. 11.—cooperatio sacrilegio, 138.
Participans obligatus restitutione. 667.
Patria. Notio. Officia erga eam, 315-317.
Patrimonium, 345.
Pauperum patrottinium in indicio, 522. *vide* Necessitas.
Peccatum defendentis propositionem damnatam, 43; adhaerentis libéralisme, ! ! : socialisme, 15. — contra fidem, 42-45.

Peccati alieni petitio, 125; «nasio, 591.
Quandonam et quomodo peccat (pii furta facit coalescentia, 616.
Permutatio, 476.
Persona physica, moralis, 372. Ec-clesia, Societas civilis, personae morales, 372. Errores de persona morali, 372. Bona tides personae moralis, 105. Habilitas ad contra-hendum, 414.
Personarum acceptio, 571.
Pharmacopola. Officia, 531.
Pietas. Notio, 286.
— ad parentes. 288-291.
— ad filios, 294.
— inter coniuges, 305.
— ad consanguineos, 308.
— ad patriam, 315-317.
— ad cives, 318.
— ad seipsum. De suicidio et muti-latione, 320-323 : do cura valetu-dinis, 324. 325.
Pignus, ius, 363. Leges positivae, 364.
Poenae docentium vel defendentium propositiones damnatas, 43; rebel-lionis, 13. Poenae contra superstiti-ones, 249; contra sacrilegia. 274; contra simoniam, 284 ; contra sni-cidiuni. 326; violantis fori privi-legium, 511; contra homicidas, 609; contra dnellant.es, 613; con-tra directum abortum, 626.
Pollicitator in contractu. 111.
Possessio. Quid ot quotuplex sit, 368. 369. — soli datne ea quae supra vel infra sunt, 398, 5. — he-reditatis, 542.
Possessori facienda restitutio, 676, 5.
Possessor bonae fidei, quid resti-tuere debent, 651 ; quid malae fidei possessor, 652; quid dubiae fidei possessor, 651. Quid si res per plures transivit, 653. Modus resti-tuendi, 677.
Praescriptio, acquisiti va, liberat iva, 100. Leges positivae, 401. 102. in foro conscientiae, 103. 404. 406. Bona fides personarum sub tutore et personarum moralium, 105. Quid in dubio, 406. Praescriptio opposita a creditoribus, 106, 4. Le-ges applicandae, quando mutatur ius, 406.
Praesumptio contra spem, 62. 63.
Precarium, 448.
Pretium, quid. 456; legale, 457, an opportunum, 158; vulgare, 159; conventionale, 465; monopolii, 466. lustum in venditione 457-466. Ho-die iniusta pretia, 167. lustum in locatione rerum, 480; — opera-rum, 483-486.
Privilegium in creditis, 366. 778.
Privilegium fori, 510. 511.
Principuni et subditorum mutua of-ficia et iura, 317. 335-337.
Procurator ad litem, 509. — pu-blicus, 512.
Professio religiosa suspendens vota, 227. Abducens a religione profes-sum, debctne restituere. 591.
Promissio facta Ecclesiae vel piae causae. 422.
— simplex, 439, ,; contractus, 439, ; obligatio, 440-442.
— non revocandi testamentum, 561.
Property rea/, *personal,* S53. 511. 517.
Propositiones damnatae. 10. 16. 17. 20. 74. 77. 80. 105. 607.
Propositum. Notio, 139. Obligatio. 222. 442.
Proprietas *ride* Dominium.
— artistica, industrialis, litteraria. 473.
Proxeneta (mercator). Otlioia, 532.

Prudentia, notio, gradus, functiones, oppositavitia, conexum donum Consilii, 156-161.
Purgatorii animae, orantes, 181; invocatae, 183.
Quasi-delictum, 534, n.
Reassecuratio, 493.
Reconciliatio inimicorum, 93; cum Ecclesia, 36. 38.
Recursus obligatus restitutione, 666.
Religio virtus, notio, 163. Actus elicitus, imperatus, 163.
Religionum congressus seu exhibitiones, 55.
ReHgiosorum bona, 381.
Religiosus depositarius, 492; heres, 514; abductus a religione, 591; furans, 642.
Reliquiarum cultus, 169; prudens, 232.
Renuntiatio hereditatis, 512; personae viventis, 542.
Res, obiectum iuris, 383. Divisio rerum, 381. Quaenam praescribi possint, 401.
— necessariae, quo summo pretio vendi possint, 161. — ad gustum venditae, 469.
Restitutio. Notio. 580. Causa remota, 581; proximae radices et quantitas, 582. Requisita conexio, 583; culpa, 584. Vis erroris, 585; dubiorum, 586. Restitutio in diverso ordine, 587. Obligatio est positiva. 588. Excusatio, 680-682.
— propter *iniuria» pernonalet:* propter avocationem a religioso statu, 591; doctos errores, 592; sublatam libertatem, 593; contumeliam, 595; detractionem et calumniam, 603; homicidium et vulnerationem. 616-618; stuprum, 632; adulterium, 634; bellum iniustuin vel injustitias in bello commissas, 637.
Restitutio propter *rralt-m iniuriam,* a possessoribus rei alienae, 650-651; propter suspectas emptiones, 655, et venditiones, 475. Cuinam restituendum, 676. Restitutionis locus, modus, tempus, 677; ordo inter debitores, 671; inter creditores, 678.
Restrictio mentalis, 704. 705.
Reus detrahens de teste, 602. 695.
Revocatio testamenti, 551, 4. Promissio non revocandi, 561. — consilii, 663.
Romanae ecclesiae iura et bona usurpata vel detenta, 274, g.
Rota S., 509.
Rubricae, quid, 137.
Sacramenta petita ab acatholico, 51.
Sacrilegium. Notio, divisio, 261. 265. Specificatio, 265. Casus sacrilegii personalis, 267; localis, 268; realis, 269. Varii casus, 270.
Sanctorum cultus, 166; oratio, 181. 183.
Scandalum. Notio, divisio, 120; peccatum, 121.122. Reparatiq, 123. Applicationes, 124-128.
Scholae non catholicae, 100. Quaestio de scholis, 298. 299.
Scripta secreta, 700. 701.
Scriptorum cooperatio, 153.
Secreti notio, varia ratio, obligatio, 697-699. 700. — defensio, 705. — secretum litterarum, scriptorum, 700. 701.
Sectio caesarea, 625.
Sententia declaratoria, derisoria, 509. — *iniuxta.* Effectus, 517; executio, 525. — liberans a dubio debito, 680, g.
Sepulturae ecclesiasticae privatio, 326. 613.
Sequestratio, 492.
Servitus, 358.

Signatura Apostolica, 509.
Simonin. Notiones, divisiones, 275-277. Malitia, 278, De stipendiis, taxis et oblationibus, 279-281. Applicationes, 282. Sanctiones, 281.
Simulatio, 691.
Sinceritas, 690.
Socialism! notio, peccatum, 15.
Socialistarum societas, 151, ..
Societas (contractus). Notio, 487. Divisio, 188; iustitia, 189. Restitutio societati debita, 676.
Solidaritas creditorum, debitorum, 671.
Solutio debiti, quid. Quomodo facienda. Quid efficiat mutatus pecuniae valor, 136. — creditori creditoris, 680.
Somnia divinationum, 244, .
Sorores in hospitiis clinicis. Cooperatio, 139.
Sortes consultoriae, 244, 3.
Spei *virtus*. Detinitio. notio, pretium, 57. 59. Peccata contra spem, 61-67. — *necessitas,* 58.
Spiritismus hodiernus, 217-250.
Spiritus *Sancti* donum Consilii, 161; Fortitudinis, 710.
Sponsio. Notio. Condiciones iustitiae, 495. Leges civiles, 496.
Status. Aes alienum. Census. 451. Persona moralis, 372.
— imponens tributa, 567; militiam, 569. Vector personarum, litterarum. etc. 568. Modus ei restituendi 676.
Stipendia. Definitio, 283. Honestas pro actione sacra. 279-282. Cambium pecuniae pro missis, 478.
Stipulator in contractu, 414.
Stolae *iura,* 379.
Stuprum. Notio, 631 ; restitutio, 632; prudentia consiliarii, 633; imperatum potestate publica, 635.
Substitutio quid, quot- i . 554. *pupillaris,* 550,»; fidei esmrni ria, 551. — ad pias caneas. 561.
Successio, successor, quid, qi <>ruplex, 386. 111; in *stirpe,* in <«-*pita,* 542.
Suffragii dandi obligatio, 149. 337.
Suicidium. Malitia. 320. </nid reo imperetur, 321. Activa necis permissio, 321 122. Poenae, 326.
Summaria, 6. >. 19. 27. 41. 46. 56. 60. 68. 72 78. 86. 95. 162. 161. 189. 208. 229. 251 285. 287. 293. 304. 307. 309. 319 *o-1.* 338. 316. 349. 351. 371. 382. 385. 387. 407. 501. 533. 537. 565. 570. 589. 648-650. 675. 683. 681. 690. 696. 702. 706. 717. 723. 729. 732. 737.
Supellex *sacra.* Tactus, nsns profanus, 271. 272.
Superficies, ius. 359.
Superstitio. Notio, divis o. i ;·. Vitiosus cultus Dei, 231-234. Superstitiosus cultus creaturae. 235: idololatria, 236-240 ; magia, 241; vanae observantiae, 242-216; spiritismus hodiernus. 247-250.
Suspicio temeraria. 601, (.
Symphiseotomla, 625.
Synesis, 156,4.
Taxae. Detinitio, 283. Honestas, 279-282.
Temerarium indicium, 604. Suspicio, dubitatio, 604.
Temperantia, 718. Species, 719. Partes potentiates, 720; integrantes, 721. Vitia opposita, 722.
Tentatio Dei, 252-255.
Testamentum. Notio, 550. Forma. 550; 551. 558. Revocatio, 551, 4. Obiecta, 553. Exsecutio, 556. 558. Etlicacia, 557. — inofficiosum, 555. 560; informe, 563; quomodo inter-

pretandum, 562. — ad piaa caneas. 564.
Testandi obligatio, 559.
Testis in iudicio, Obligationes, 694.
Theatra, 152.
Theosophia, 48
Thesaurus, 895-397.
Titulus coloratus, 401,.,.
Transactio, 499.
Tributorum obligatio, 567; iniqua distributio, 572.
Tutor, quisnain, 311. Officium, 311. Capacitas donandi, 444.
Urbani VIII protestationes imperatae, 166.
Urbis *Ruma.* Assistentia sacris acatholicornm. 52. Exstructio templi acatholici, 147.
Usurae, 150; hodiernae, 450, 3.
Usus (ius), 357.
Ususfructus, 356.
Uxoris eleemosynae, 107 ; subordinate, 305. 306. — iura patrimonialia, 376. Leges positivae, 377. 378. — capacitas contrahendi, 116. — mere civilis ius succedendi, 549. — furta, 642.
Valetudinis cura, 324. Do usu hypnotismi, 325. — nocumentum, 606.
Vanae observantiae, 212-244 ; 233.
Veritas, virtus, 691. Opposita vitia, 693.
Vestes fidem dissimulantes, 24. — mulierum, 126. 145. 734.
Vindicta, quid, 608. Appetitus vindictae, licitus vel non, 730. 88, 2. — privata quaenam licita, 608.
Virtus *intellectuali»,* 155.
Virtutis amor gratuitus, 59; Christiana perfectio theologo morali commendanda, 738.
Vis iniusta, 576.
Vitia consensus, 123-425. — rei venalis manifestanda, 454.
Vocatio *religion* an deserenda vel neglegenda propter bonum proximi, 96, 4.
Votum. Notio, 209. 210. Divisio, 211. Utilitas, 212. Obligatio, 214-217. Exsecutio, 218. 219. Votum communitatis vel pro communitate, 220. Specificatio, 221. Cessatio, 223-228.